SCHOLIA AD LEGES REGIAS STYLI:

AVTHORE DOMINO Chriſtophoro de Paz, Iuriſconſulto Salmanticẽſi, & eiuſdem inclytæ Ciuitatis Decurione, & in Regijs Curijs, quæ Madriti celebrantur Regni Curiali, & Procuratore.

AD DOMINVM FRANCISCVM de Sandoual & Rojas, Ducem de Lerma, Marchionem de Denia, feliciſsimi Regis noſtri Philippi Tertij Cubicularium primum, Hiſpanorum equitum primipilum, & Regiorum equorum præfectum maximum, Caſtellæ Commẽdatarium maiorẽ, & in ſuppremo Status Conſilio ampliſsimum Conſiliariũ, dominum meum excellentiſsimum.

CVM PRIVILEGIO.

MADRITI.

Apud Alphõſum Martinum Typographum,

Anno à Ieſu nato M.DC.VIII.

Expenſis Authoris.

TASSA.

YO Alonſo de Vallejo Eſcriuano de Camara del Rey nueſtro ſeñor, de los que reſiden en ſu Conſejo, doy feè, que auiendoſe viſto por los ſeñores del, vn libro intitulado Scholia ad leges Styli, compueſto por el Licenciado Don Chriſtoual de Paz Regidor de la ciudad de Salamanca, y Procurador de Cortes por ella, que ante los dichos ſeñores ſe preſento, y con ſu licencia fue impreſſo, taſſaron cada pliego del dicho libro a quatro marauedis y medio: el qual tiene ciento y nouenta y ſiete pliegos y medio, que al dicho precio monta cada volumen ochocientos y ochẽta y ocho mr̃s y medio en papel, y a eſte precio mandaron ſe venda y no á mas: y que eſta taſſa ſe ponga al principio del, para que ſe ſepa lo que ha de lleuar, y que no ſe pueda vender ni venda de otra manera: y para que dello conſte de mandamiento de los dichos ſeñores del Conſejo, y pedimiento del dicho Licenciado Don Chriſtoual de Paz di eſta feè. En la villa de Madrid à primero de Diziembre de mil y ſeyſcientos y ocho años.

Alonſo de Vallejo.

Errata sic corriges.

PAgina 3 colũna 1.linea 16 alliturns,all turæ.pag.17.col.1.lin.36.nerpetuo,perpetua.pa.10.col.1.lin.20.vnus,iudicit vnius,iudicis.pa.28 col.2.lin.5.ædicti ,editi.pag.34 col.2.lin 20.coniuges,roniugis pag.36.col.2 lin.38. Antonius , Antoniũ.pag.37.col.1 lin.33.actiones,actionis.pag.45 col 2.lin.16 a.1.ibidem,lin,38.diuo,ciuo.pag.50.col.2.lin 11.instituta,institoria.pagin.92.col.1.lin 20.possidet, non possidit.pag.104 in textu m md i demanda.pag.125 col.2.lin.16 esset,esse.pag 129.col.1.lin.1.secuare,secuari,ibidem lin.4.præscribitur,perscribitur pa 145 col.1.li.4.primus, primus est.pag 145 col.2.lin.22.actori actori,pag.150.col.2.lin 31.in, vbi pag.167.col.1.lin.22.personale personale sit pag.169.col.2,lin.8.familieres,familiares.pag.178.col.1.lin.22.dicatur d..tur.pag.191.col.1.lin.11.subditerum,subditorum.pag.159.col.2.lin.22.iuri.iure.pag.202.in textu ambas,à ambas.pag.217 col 2.lin.38.titul.titulo.8.pag.240 col.2.lin,8 violaribus,violatoribus.pag.257.col.1.lin.36.conspectum,conspectum non.pag.260 col. 1 lin.13.receptationem,reptationem.pag.262.col 2.lin.20.prætermittendum,præmittendum.pag.264.col,2.lin.23.vt sugdetur,& suadetur.pag.279.col.2 lin.2.sciptoris,scriptoris.ibidem lin.9.ratione ratione,ibidem lin.pen.additiunbus,additionibus,pag 280.col.1.lin.11.refeit,refertur.pag.341.col.2 lin.20.in cornelia.in lege cornelia.pag.351.col.1.lin.5.fulue,salue.pag.356 col,1.lin.12.requisitu,requisitum.pag.360.col.2.lin.17.alios,aliuspag.362.col.1.lin.9.Salitus,Salicetus,pag.364.col.2.lin.19.iduex index.pag.365.col.à lin.2.recenset,recenset.pag.374.in principio.por su nombre,por su hombre. pagin.401.col.2.lin.10.furst.furtum pag.40.402.in lege.lin 3.demada,demanda.pagin 403.lin 27.Aulum,Aulul.pag.408 col.2.lin.10 & qualitate æqualitate.pag.410.col.ç.lin.25. fuerunt,ferunt.col.sequenti lin.15 libro.6.lege.6 pag.419.col.1.lin.penultima.communis,commune.pag.419.col.2.lin.33.lege.lex.pag.329 col.1.lin.30.imperium, imperitum pagi.326.col.1.line.9.adulteritum,adulterium ead.pag col.2.lin.33.credultus credulitus. pag.440.col.1.lin.18.fecisse,fuesse.pag.443.col.2.lin.3.integre integro.pag.478.col.1.line.3.sus, seis. pagi.486.col.2 lin.18 definitis,definitio pag.521.num.6.conceptionis,conceptiuis. pag.531.col.2.lin.23.plures,pluris.pag.551.col 1.lin.19.peccunia,pecenniæ.pag.554.col.2.lin.27.adjiut,rejuit.pag.559.col.2.lin.4.cuuam,curiam.pag.19.col.1.lin.20.vnus iudicit, vnius iudicis.pag.59:.col.1.lin.2.lege institutus pag.624.col.2.lin.6.compere,competere.lin. sequẽti.vigit,viget.pag.628.col.1.lin.10.quo,qua.pag.629.col.2.lin.2.venditi,vendi. pag.630.col.2.lin.6.meum,mærub.

Vidi hoc volumen,& cum suo archetypo cõtuli omnia quæ sunt adeo verè,& fideliter impressa,vt præter,ea,quæ à me proxime sunt emendata,nulla vnquam inre ab exemplari suo discedat: Datũ Matriti die decima sexta mensis Nouembris anni 1608.

Licentiatus Franciscus
Murcia de la Llana.

D. Franciſco de Sandoual & Roxas, Duci de Lerma, Marchioni de Denia, fęliciſsimi Regis noſtri Philippi III. cubiculario primo, Hiſpanorum equitum, & Regiorum equorũ præfecto maximo, Caſtellæ Cõmendatario maiori, & in ſuppremo Status Conſilio ampliſsimo cõſiliario, domino meo excellentiſsimo, D. Chriſtophorus de Paz I.C. Salmanticenſis, & in regijs Curijs Madriti conuocatis Regni Procurator,

S. P. D.

IVSTITIÆ, Dux excellentiſsime, vtpote, virtutum reliquarum, atque adeo rerum omnium Reginæ ac dominæ, cum imperio & auctoritate firmitatem vireſque, tam magnas tribuere ſapientes ſolent, vt ab ipſa & Reges creari, atque conſtitui, & rurſus denuo prolibito (promeritis, inquam) à gubernaculis deijci ac dimoueri affirment: Iuſtitia, ſcilicet, quaſi fundamento firmiſsimo, regum ſolia innixa ſtare & permanere: Nec regum tantum caduca iſta ſolia, verum neque cælum ipſum, firmam ſemper (quod poëtæ canunt) ſuperum ſedem, ſine iuſtitia conſtare, aut diu perennare poſſe. Ex huius enim ſine fine imperio ſtationes parteſque, & cæleſtes ſpiritus, & cælorum orbes, Sol, Luna, Aſtra, elementa, tenent & peragunt ſuas. Sacra reſponſa teſtantur, & gentium philoſophi credidere. Heraclitus certe ſic de ſole alicubi ſcripſiſſe narratur: Sol (proprij curſus) limites non tranſgreditur: ſi faciat, Furiæ ipſum (vltrices) Iuſtitiæ famulæ inſectat æ conſequentur

(&

(& pœnas sument.) Huiusmodi cùm sit constantis roboris perpetuitate iustitia, ea est etiam eximij candoris & pulcritudinis rectitudinisq; propria custodia & quasi zelo curiosa & anxia, vt vel leuissimo iniquitatis puluere, aut dedecoris macula quapiam aspergi se, aut de honestari, minime gẽtium patiatur. Hoc iustitiæ ingenium sub fabularum inuolucro nobis, vt solent, repræsentaturi poëtæ, iustitiam, virginem regiam & diuinam, in terris aliquãdo visam, confinxere, Astreo, vt aiũt, patre: id est, stellarum omnium parente & satore Deo: nec Virginẽ solum sed puellam ætate & corporis habitu tenerrimam: vt imperium auctoritatemq; non à viribus, sed à dignitate maiestateq; habeat, securitatẽ non ab armis manibusve, sed à tutela ac patrocinio, primum quidem Dei tutoris & parentis, deinceps verò ab hominibus regibus ac principibus: quorum interfit armis exercitibusque cunctis virginem hanc tueri, & ab iniuria intactam ac inuiolatam seruare: à volaturam alioquin quam primum, & patrem, Deum amantissimum vltoremque fortissimum ploratu & querelis ad iram ac vindictam concitaturam. Præterquàm quod regna & respublicas ex iustitiæ fugat atque absentia grauissimæ & præsentes pœnæ sequuntur. Exulant enim & reginam comitatæ terras linquunt virtutes ceteræ, & cum virtutibus bona omnia. Non pax, non libertas, non opes hominibus reliqua, sed vitiorum violẽta tyrannis, ac malorum labes. Ipsa; certe iustitia non sponte & ex ingenio mortales deserit aut abesse gaudet: Antiquum enim & paternum obtinet: Hominum videlicet beneficio & consortio imperare se delectatur. Eo fit, vt simul ac regem aliquem aut Principem virum vbiubi terrarum extare cõpeterit, qui se amet, protinus ad illum deuolet. Amant verò præcipuè colũtq; iustitiam regũ quotquot legitimi cũ sint & paterna traditione ac successione sceptra à Ioue acceperint, qualis Homericus ille rex regum Agamemno, ab eodem regendi & imperandi artem edocti, Diuæ huius pulchritudinis conscij facti sunt. Iustitiæ namq; pater ipse Deus supremus primusq; est iuris scientiæ magister & antecessor, atque ex ea professione & artificio illustri laude ARISTOTECHNAS, id est, optimus artifex siue præstantissimæ artis professor, à Pindaro

ẽ 2 daro

EL REY.

POR Quanto por parte de vos el Licenciado Don Christoual de Paz Regidor de la Ciudad de Salamanca, nos fue fecha relació, que vos auiades cópuesto vn libro sobre las Leys del stylo, el qual teniades por muy vtil, y necessario, respeto de no auerse escrito sobre ellas, y auiades puesto en el mucho cuydado y trabajo, y nos suplicastes os mandassemos dar licécia y facultad para le imprimir, y priuilegio por veynte años, ò como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematica por nos sobre ello fecha dispone, fue acordado que deuiamos de mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien: por la qual vos damos licencia y facultad para que por tiempo y espacio de diez años, cumplidos primeros siguientes que corren, y se cuentan desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelãte, vos ò la persona que para ello vuestro poder ouiere, y no otra alguna, podays imprimir, y vendir el dicho libro, q̃ de suso se haze mencion: y por la presente damos licencia, y facultad a qualquier Impressor destos nuestros Reynos, que nombraredes, para que durante el dicho tiempo, le pueda imprimir por el original que en el nuestro Cōsejo se vio, q̃ va rubricado, y firmado al fin de Alonso de Vallejo nuestro Escriuano de Camara, y vno de los que en nuestro Consejo residen, con que antes q̃ se venda le traygays ante ellos, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impression està conforme al original ò traygays fè en publica forma, como por Corretor por nos nōbrado se vio y corrigio la dicha impression por el dicho original, y mandamos al Impressor, que assi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas de vn solo libro con el original al Autor, ò persona a cuya costa lo imprimiere, ni de otra alguna, para efeto de la dicha correcciō, y tassa, hasta que antes y primero el dicho libro estê corregido, y tassado por los del nuestro Consejo, y estandolo hecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego, en el qual imediatamente ponga esta nuestra licencia, y la aprouacion, tassa y erratas, ni lo podays vender, ni vendays vos, ni otra persona, hasta que estè el dicho libro en la forma susodicha, so pena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica, y Leyes de nuestro Reyno, que sobre ello disponen: y mādamos durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir, ni vender, so pena que el que lo imprimiere aya perdido, y pierda qualesquiera libros, moldes, y aparejos que del tuuiere, è mas incurra en pena de cincuēta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, de la qual dicha pena sea tercera parte para nuestra Camara, y la otra tercia parte para el juez que la sentēciare, y la otra tercia parte para el que lo denunciare, y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, y Alguaziles de la nuestra Casa y Corte, y Chancilleria, y otras qualesquier justicias de todas las ciudades, villas, y lugares destos nuestros Reynos, y Señorios, y a cada vno en su juridiccion, assi a los que aora son, como a los que seran de aqui adelãte, que vos guarden, y cumplan esta nuestra cedula y merced que assi vos hazemos, y contra ella no vayan, ni passen, ni consientan yr, ni passar en manera alguna, so pena de la nr̃a merced, y de diez mil marauedis para la nr̃a Camara. Fecha en Valladelid a treynta dias del mes de Agosto de mil y seyscientos y ocho años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor

Tomas de Angulo.

Muy Poderoso Señor.

POR Mandado de Vuestra Alteza he visto el libro que ha compuesto el Licenciado Don Christoual de Paz, vezino y Regidor de la ciudad de Salamãca, y Procurador de las presentes Cortes por la dicha ciudad: el qual es de mucho prouecho para la pratica, por ser sobre las Leyes del stylo, que tan oluidadas han sido de los que hasta aora han escrito en nuestros Reynos: por lo qual, y por lo que el Autor merece, dando Vuestra Alteza licencia, y siendo seruido dello, me parece que se le podra dar para que le pueda imprimir, y salga a luz, porque en quanto a nuestra santa Fè Catolica, no tiene cosa contraria, y en quanto a nuestra profesion, terna mucha vtilidad. En Madrid en veynte y siete de Agosto de mil y seyscientos y ocho años.

El Doctor Matute.

daro salutatur. Diuinæ huius artis discipuli & magistri fortissimi ac obseruantissimi iam multos annos Hispaniæ reges fuisse noscuntur: Atque inter ipsos præcipuè & eximiè, quasi generosissimi germinis flos lectissimus, hodie conspicitur PHILIPPVS III. Rex noster, non solum fidei, pietatis, iurisq; & legum amator, cultor ac propugnator acerrimus, sed humanitatis, mansuetudinis, probitatis vniuersæ, ac, verè dicam, Christianæ sanctitudinis exemplum perspicuum. Inde est quod Diua ipsa iustitia regem felicissimum, eius consuetudine & familiaritate delectata, perpetuo præsens virtutũ omnium choro sepiat & exornet, diuinam illi gratiam & bona omnia conciliet. Inter quæ magnum ego DEI OPTIMI MAXIMI beneficium deputo, quod te (Dux excellẽtissime) ipsi comitem & administrum pararit & adlegerit, quasi Herculi cuipiam Iolaum, Alexandro Macedoni Hephæstionem & Craterum, Augusto Mæcenatẽ & Agrippam, & maximis quibusq; Principibus eximios amicos alios. Non enim oportet aut decet reges humanorum bonorum maximo & suauissimo amicitiæ carere: Cum præcipue nemo tam excelsa, tamq; heroica animi & corporis virtute nascatur, vt tot ac tanta negocia solus sustinere valeat, aliquis in partẽ laborũ vocandus. Non multi Nã magnorum & arcanorũ plures conscios habere, minime expedierit. Te ergo magna felicitate sui amantissimum nactus, magno iudicio, quem rerum publicarum domesticarumque summæ præficeret, Rex elegit, virum natalium splendore, honorum ornamentis, dignitate in Hispania nostra facile principem: sed virtutibus præcipue omnibus probatissimum. Vt nulla res tanta sit, quam non tu consilio regere, virtute conficere, auctoritate conseruare possis. Verùm angustior hic campus, vt in eo laudum tuarum copiæ innumerabiles explicentur. Quo animus oratioque intenderant, vt redeam. Iustitia inter homines agente, legum interpretes & quasi oraculorum prophetas, ipsius merito sacerdotes appellandos, vt extent illamq; famulaturi sequantur, necesse est. In horum numero & censu & nos Aliquid nomenque decusque gessimus. Ergo, vt ne nihil agerem & studij diu impensi rationem redderẽ librum cõscribere instituti,

tui, is mihi publicè vtilis futurus visus, qui legum Styli à nemine, quod sciam, antea tentatam explicationem siue commentationem contineret. Hunc, si non pro dignitate, pro viribus certe laboratum atque confectum excellentia tuæ DO, DICO, nominis tui splendore ornandum, auctoritate & patrocinio defendendum. Egent enim libri omnes semel emissi, & inprimis qui legum interpretationem tractant, non minus quam iustitia ipsa Principum virorum tutela: & dicari solent magnis, dominatione & potestate, aut sapientia claris, vel certe scriptori amicis, & beneuolis viris. In te hæc omnia conueniunt, Dux excellentissime: Sciunt enim & prædicant omnes, neminem post Reges te auctoritate aut dignitate maiorem prisca nostra ve secula vidisse: quippe qui apud maximũ Regẽ iure primus maximusque sis. Eo ingenio & iudicio es natus, ea prudentia & vsus disciplina es auctus, vt minorem alteram, quàm à libris, non desideres. Ex huiusmodi dicationibus libris fides. Non enim hominibus verisimile fit, ea sanum, quemquam animi dementia futurum, vt indoctum, inutilem, de leuibus aut pretij nullius rebus scriptum librum Principi maximo, prudentia iudicioque præstanti, ac sibi amicissimo grati muneris loco sit oblaturus. Verum ego benignitate, humanitate, præcipuèq; singulari tua erga me beneuolentia & beneficentia fretus & inductus, in minore quam par foret, tibi munusculo deferendo audatior forte sum. Nullum tantum fuerat futurũ: Et ignosces (sat scio) homini non ex arrogantia, sed ex amore, reuerenter tamen confidenti, & audenti: peculiarique, vt soles, gratia & me souebis & librũ tuebere. VALE.

Comiença la tabla de todas las leyes, que en este libro se contienen.

Ley

Ley

dias

Deo gracias.

NIHIL DESPERANDVM CHRISto, duce & auſpice Chriſto, & intemeratæ Virginis Mariç matris eius, necnon B. Diui Franciſci de Paula ſubſidio inuocato.

Ad Rubricam Prima pars.

SVMMARIVM AD SCHOLIA PRImæ partis Rubricæ legum ſtyli.

1 *DIVERSITAS eſt in iure inter ſtylum Y. Græca, Latina vero litera ſcriptum.*

2 *Stylus. I. Latina litera ſcriptus cũ duabus literis ll. ſcribi debet.*

3 *A ſtilla ſtillicidium ortum fuit.*

4 *Sſtylla diminutiuum eſt, à ſtiria quæ ſignificat guttas frigore concretas à qua ſtiricidium appellatum fuit, ſicut à ſtilla ſtillicidium.*

5 *Differentia eſt inter ſtillicidium & ſtiricidium.*

6 *Habenti ius ſtillicidij, non permittitur per canales qui guttaria vocãtur in ædes ſeruientes aquam pluuiam dimittere.*

7 *Intellectus ad respõsum Sceuolæ in l. fin. de seruitutibus urbanorum.*

8 *Stillicidij seruitus superioris loci est.*

9 *Conuincitur Saliceti lapsus qui agẽdo de stillo quoad actum iudiciarium stillicidio conuenire dixit, & ab eo fluere.*

10 *Stylum cum litera Y. Græca scriptũ multifariam accipitur instrumentũque æneum, dicebatur quo scribebatur in albo.*

11 *Ipsa scriptura stylus dicta est, ut sic intelligatur, l. 1. C. de sacrosanctis Ecclesijs, ubi stylus accipitur pro scripta dispositione, differentiaque inter stylum & arbitrium adnotatur.*

12 *Plenissima potestas à l. 12. tabularum data est in hæredis institutione, eademque plena libertas, pijs locis relinquendi tributa fuit.*

13 *Quid sit nuncupare adnotatur intelligiturq́; Iuliani locis in l. Si ita scriptum sit § Quidam testamentum. ff. de bonorum possessione. secundum tabul. & § fin. de testamentis.*

14 *Stylus ordinem arbitrium, verò substantiam dispositionis respicit secundum* Bart. *docentem in testamento ad pias causas, Constantinum in dict. l. 1. de Sacrosanctis Ecclesijs, iuris solemnitates sustullisse, sicut & alia plura eis indulgentur.*

15 *Stylus pro ordine dispositionis accipitur.*

16 *Intellectus ad l. Si quando. C. de bonis vacantibus, lib. 10.*

17 *Intellectus ad l. Siquis intra. C. de bonis proscriptorum.*

18 *Intellectus l. Siquis, post hæc eodẽ titulo.*

19 *Intellectus l. fin. C. de postulando.*

20 *Stylum etiam modus dicendi dicitur.*

21 *Stylus pro punctione, ac reprahensione accipitur.*

22 *Stylum pro ordine ponitur.*

23 *Stylus pro consuetudine accipitur.*

24 *Stylus & consuetudo distant, & numero anteriori.*

25 *Stylus pro communi usu loquendi scribendi, receptaque in tribunalibus praxis summitur.*

26 *Ex actu quoque extraiudiciali stylum inducitur.*

27 *Stylus an incognitus à iure fuerit?*

28 *Stylum pro præscriptione summitur.*

29 *Stylus pro iudicula accipitur.*

30 *Stylum pro radice recta, & ob longa dicitur.*

31 *Stylus pro iudicio animo, & mente alicuius interpretatur.*

32 *Stylus accipitur pro columna.*

33 *Legum styli Ethymon apponitur.*

34 *In stylo eius qui habet potestatem legis condẽdæ, non requiritur temporis lapsus.*

35 *Stylus qui vim legis obtinet, leges corrigere potest.*

36 *Leges fori solum locum habent in his, quæ usus eas admisit.*

37 *In legibus styli, non desideratur probatio usus.*

38 *In legibus fori, ideo requiritur probatio*

batio vſus, quia ab ipſo vſu deſcendunt.

39 Stylus non eſt forus.

40 Legum peculiare eſt, vt vſu earũ non ſit opus.

41 Legis promulgatio, & vt à populo recipiatur neceſſaria ſunt ad legis validitatem.

42 Poſt promulgationem nefas eſt à lege diſcedere.

43 Adnotatur ratio quare vetuſtas in ærario leges recenderet.

44 Aerarium pecuniatãtum publica repoſitorium erat, nec non, & res quæ cõmodum Reſpub. allatura erant ibi apponebantur.

45 Pro Rege, & lege, & eius iuſtitia, ſemper præſumitur.

46 Refertur ſentẽtia peritiſſimi cauſidici docentis alleganti leges ſtyli, non incumbere earũ vſus probationem, cui author aſſentitur.

47 Inter alias Regias, ſanctiones leges ſtyli connumerantur, ſine explicita declaratione.

48 Contraria opinio Burgenſis de Paz reijcitur.

49 Ad hoc vt vſus probatio requireretur in legibus ſtyli opus, erat declaratione.

50 Expreſſe non ſancitum, non præſumitur, nec ſubauditur.

51 Valet argumentum ſi lex, vel princeps voluiſſet expreßiſſet.

52 A verbis ſtatuti, nunquam recedendum eſt.

53 Leges reſtrictè intelligi debẽt ſi ex eis inducatur iuris correctio.

54 Quælibet lex quæ aliam excipit, dicitur exorbitans.

55 Per legem nouam, nunquam cenſetur derogatum veteri iuri, niſi quatenus expreſſe ſit dictum.

56 Non poteſt in iure argui ab vno caſu, expreſſe excepto ad alium non expreſſe exceptũ, neque ab vno expreſſe conceſſo ad alium, nõ expreſſe conceſſum.

57 Diſpoſitio limitata, limitatum producit effectum.

58 Caſus omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris antiqui.

59 Non fit extenſio de perſona ad perſonam.

60 Hoc ſemper eſt conãdum in legibus interpretandis, vt vna aliam, non lædat, etiam verba impropriando.

61 Illa interpretatio facienda eſt, ex qua reducitur ſubſtantia rei ad ius primæuum, ſuamque primordialem legem.

62 Ad cõſeruationem legis, multa permittuntur.

63 Extẽſio permittitur, vt res ad ſuã naturam redeat.

64 In generali diſpoſitione, non comprehenduntur odioſa.

65 Odioſum eſt, quidquid à iure recedit.

66 Styli legis in deſuetudinem, abiiſſe negatur.

67 Multa leges ſtyli, compilata ſunt in noua legum collectione.

68 Non eſt abiicienda lex, quia vetus.

69 Apud Eginetas cautum fuit, vt qui

qui noua legis condendæ causam daret execrabilis fieret.

70 *Licurgi fictio vt leges perpetuas faceret notatur.*

71 *Et Iustinianus, & ante eum Numa Pomppilius, perpetuas esse leges voluerunt.*

72 *A quo Rege latæ fuerint leges styli.*

73 *Reges iura condere posse, nemo dubitauit.*

74 *Lex declaratoria non regulatur secundum naturam legis, quam declarat.*

75 *In noua collectione sunt innumer leges declaratoriæ fori, in quibus non requiritur probatio vsus, sicut in legibus fori desideratur.*

76 *Lex fori inserta in compilatione nomen legis fori amittit.*

77 *In stylo interpretatiuo, non requiritur vsus probatio.*

78 *Diuersitas inter interpretationẽ intrinsecam & extrinsecam.*

79 *Styli authoritas tanta est, vt etiã ab vno iudice inductus vim habeat legis.*

80 *Magistratus summæ potestatis stylum inducere potest.*

81 *Stylum non ligat, nisi vbi receptum est.*

82 *Stylus Curiæ Romanæ non comprehendi talias Ecclesias.*

83 *Stylus regius omnes ligat.*

84 *Cõsuetudo probatur ex aßertione peritißimi doctoris.*

8 *Principi afferenti de stylo credendum est.*

86 *Stylum non scriptum vim consuetudinis habet.*

87 *Stylus si cõsuetudini aduersetur, stylo standum est.*

88 *Stylus sicut lex, obseruandus est.*

89 *Stylus Curiæ ius facit.*

90 *Styli transgreßor punitur sicut qui legi non obtemperat.*

91 *Stylus scriptus omnino seruandus est sine vlla distinctione, & numero sequenti.*

93 *Stylus Curiæ potest allegari in decisionibus causarum, si ius in contrarium, non reperitur.*

94 *Si stylus à Rege cõfirmatus sit seruatur, licèt iuri aduersetur.*

95 *Nunquam præsumitur sanctio legum inusitatarum, & numero sequenti.*

97 *Alexander seuerus, nunquam sacrauit aliquam legem, quin prius consuluiße t disertißimos.*

98 *Pro lege illud recipitur, quod præcedente examine æditum est.*

99 *Leges promulgantur ad resecãdas dubias opiniones.*

100 *De lata lege non est liberè disputandum, sed secundum eam pronunciandum.*

IN

IN RVBRICA, IBI.

Aqui comiençan las leyes del Estilo.

1 STYLVS, siue
stylum an I, Lati
na, vel Y. Græca
li tera scribatur
multũ interest,
diuersus enim
vtriusque vocis significatus erit,
vt ex infra ad notandis appare-
bit. Rursusq́ue stillo cum Lati-
2 na littera I. scripto & aliam litte
ram L. addere debemus duplici-
q́ue scribere, & hinc stilla dice-
tur, idest, gutta aquæ enim, vel
olei stilla, vel gutta in idem cō-
ueniunt: vt author est alijs omis
sis Marcialis, prout Calep. verbo,
stilla refert, ibi: *Atq; olei stillam do-
naret opellicus vnctor.* Stillaticiũ-
que esse illud, ꝙ guttatim stilla-
ret scripsit Plinius lib. 17. c. 12. in
illis verbis. *Stillicidij breuis diffini-
tio est omniũq; proiectu frondis, ita dif-
funduntur, vt per ipsas non defluant
3 imbres stilla saua est.* Exindeq́ue stil
licidiũ ortum fuisse docet Cice-
ro, lib. 1. de legibus, ibi. *Quam ob-
rem quo me vocas? aut quid hortaris,
vt libellos conficiam de stillicidiorũ,
4 ac parietum iure.* Dicitur enim stil
licidium à stilla est autem stilla
diminutiuũ à stiria, quæ signifi
cat guttas frigore concretas, vn-
de stiricidium, aut certè cum a-
qua, adhuc, suo continuo se ri-
gore continet, & continuo du-
ctu fluit appellatur etiam stiria,
quia similis, his quæ conge-
latæ sunt: stilla autem dicitur,
cum in minimas guttas dissipa-
ta cadit, quod euenit cũ est pro-
pè à terra, & aliquantulũ iã abest
à primo suo impetu, quo tãquã
viribus suis se facilè sustinet, &
5 perpetuo fluxu fertur. Quare iu-
risconsulti nunquã dicũt stitici-
diũ pro hac seruitute, quoniã sti-
ricidiũ magis est flumē, quã stil-
licidiũ, hæc autē differũt, vt ait
Barro. lib. 4. de lingua Latina flu
uius, ꝙ fluat itē flumē à quo, lege
Vrbanorũ prędiorum scribitur,
stillicidia, flumina, aquaq́ue, vt
ita fluãt cadãtque inter hęc, hoc
interest stillicidiũ enim dicitur:
Eo ꝙ stillatim cadat flumen, ꝙ
fluat continuè, quod innuit Pau
lus in. l. Seruitutes. §. Si antea. ff.
de seruitut. Vrban. prædiorũ, dũ
ait: Si de primatur stillicidium
grauiorem fieri seruitutem, id-
est, pro stillicidio flumen, quia
stillicidium continuo ductu fe-
retur in aream vicini, à qua non
longe, abest: Quæ scripsit Fran-
ciscus Conanus in Commenta-
rijs Iuris ciuilis, libr. 4. capit. 10.
numero final. litera. B. à quo
transcripsit Hotomanus in Cō-
mētatio verborũ iuris, verbo, sti
6 llicidiũ. Ex quo infertur ei qui

ius stillicidij habet non esse permissum per canales qui guttariç vocantur in ædes seruientes aquam pluuiam dimittere cum hoc modo impetuosius cadat, quam lege seruitutis stillicidij, liceat cum hæc propius fluminis seruitus sit, quæ grauior est, & omnino alia seruitus, quàm sit stillicidium, vt docet idem
7 Conanus, dict. numer. fin. Ex quibus induci potest intellectus ad responsum, Sceuolæ in l. fin. ff. de seruitut. Vrban. prædiorum, in §. vltimo, vbi stillicidij rigor vocatur, quatenus aqua ex protectu fertur naturali suo impetu, vsque dum hũc impetum suum remittat, & cadere incipiat, vt interpretatur Duarenus, ibidẽ.
8 Stillicidij, itaque seruitutem superioris loci esse, vt ex hoc stillicidium à flumine distet, testatur Brisonius de verborum significatione, lib. 17. verbo, stillicidiũ, & in multis iuris partibus de eo métio fit, vt videre licet ex. l. Si domus, & ex. l. Si quid igitur, & ex l. seruitutes. §. Stillicidiũ, & §. Si seruitus. ff. de seruitutibus Vrbanorũ, & in l. Si cũ meus. ff. Si seruitus vẽdicetur, & in l. Si stillicidij. ff. Quemadmodũ seruitutes amittantur, & in l. 1. §. Sciendũ. ff. de aqua pluuia arcẽda & alibi passim ex quo fluxit, vt stillare, & distillare dicamus, idest, guttatim emittere, vt ait Virgilius. 3. Georgic. ibi. *Lentum distillat abinguine virus.* & Cicero. 2. Philippica, in Marcũ Antoniũ, ibi. *Ille qui præ se stillantem pugionem tullit, is à te honoris causa nominatur.*
9 Ex quibus manifestè cõuincitur Saliceti Lapsus in l. 2. nu. 23. C. Quæ sit lõga cõsuetudo, ad finẽ, qui agẽdo de stylo, quoad actum iudiciarũ, & extraordinariũ stillicidio conuenire, dixit: Et ab eo fluere cũ diuersa inter se sint, & omnino repugnãtia, vt inferius patebit, qui error antea Cyni fuit, in l. 2. n. 7. C. Quæ sit longa cõsuetudo, cuius verba Authore tacito transcripsit Salicetus vbi supra.
10 Stylus autẽ siue stylũ quoad nostras leges artinet cũ Y. Græca scribi debet, & multifariã accipitur. Antiquitus enim instrumentũ Eneũ dicebatur: quo in albo, idest, in ceratis tabulis scribebatur, vt ex Plinio cõstat lib. 34. c. 14. in illis verbis. *Et cũ stylo scribere institutũ, vt vetustissimi authores prodiderũt.* Hincq; ipsã scripturã stylũ, dici docuit Lucas de Pœna in l. 3. C. de bonis vacãtibus, lib. 10. verbo, diligẽs stylus. Et ex
11 his infertur interpretatio ad legem primam. C. de Sacrosanctis Ecclesijs, in illa verba. *Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quã vt supremæ volũtatis liber sit stylus:* vbi stylũ pro scripta dispositione accipitur, vt ibi Alberic. exponit, siue ordinata dispositione, vt testatur Angel. in §. Ex non

scripto,

ſcripto, de iure naturali, num. 5. Salicetus in l. 2. C. Quæ ſit lõga confuetudo, num. 23. & melius Baldus in dict. l. 1. num. 1. qui diuerſitatem conſtituit inter ſtylũ, & arbitrium cum illud ad ſcripturam, hoc ad liberam volunta tem non ſcriptam referat, nullo enim præſtantiori nomine, potuit vti Imperator, vt ſignificaret liberam liberalemque relinquendi Catholicis Collegijs facultatem, cum olim nihil ex teſtamento caperent, nam & quod verius puto prohibita ipſa Collegia erant, ſed pietatis cœlo diuinique numinis intuitu iuris rigore mitigato Cõſtantinus Magnus antiquitate ſublata prædictam legem tulit, qua liber eſſet teſtatoris ſtylus, ſimilia iura ſunt in l. Quid, & in l. Nulli, & in l. Siquis. C. de Epiſcopis, & Cleric.

12 Quæ libertas, à lege duodecim tabularum ortum habuit, qua pleniſsima poteſtas, ſine vlla diſtinctione hæredis inſtituẽdi cõceſſa erat, cuius meminit Iuſtinianus, libr. 2. inſtitutionum, ad legem falcidiam: & in nouella, cõſtitutione. 22. Pomponius in l. Verbis legis. ff. de verborum ſignificatione. Cicero. libr. 2. de inuentione, & lib. 1. Rethor. ad Herenium, hæc ergo eadem facultas pijs locis tributa fuit, tàm ſtylo, quàm arbitrio teſtamento, ſcilicet, in ſcriptis, vel nuncupatiuo, vt Accurſius hic, verbo,

ſtylo interpretatur cũ ex duodecim tabularũ lege, ſatis eſſet ea

13 præſtare, quę eſſent lingua nũcupata: eſt enim nũcupare nõ ſcripto, ſed verbo, cauere, vnde teſtamentũ nũcupare, dictũ eſt: teſte Plinio lib. 14. qui de veritate loquẽs, ait: *Alij teſtamẽta ſua nũcupãt, alij mortifera loquũtur, redditura ſque per iugulũ voces nõ cõtinent.* Et Iuſtinus, lib. 34. de Perdicca loquẽs, inquit: *Nã etſi nõ voce nũcupatus hæres, iudicio tamẽ electus videbatur.* Et ſic intelligitur Iuliani locus, in l. Si ita ſcriptum ſit. §. Quidã teſtamentũ. ff. de bonorũ poſſeſſione, ſecundũ tabulas, in illis verbis. *Teſtamentũ in tabulis ſibi fecit, filio autem impuberi per nuncupationẽ ſubſtituit:* quem benè explicat Budeus, in Annotationibus ad pandectas, in interpretatione. l. vltima, de Senatoribus, folio. 54. ſic nuncupata voluntas dicitur à Iuſtiniano, in titulo de teſtamẽtis

14 §. fin. Bart. tamen, nu. 5. putat ſtylum, in dicta. l. 1. ordinem: arbitrium vero, ſubſtantiam diſpoſitionis reſpicere, ſentiens vt de libero ordine Conſtantinus quoque legem ſanxerit, quaſi in teſtamento ad pias cauſas, nulla requiratur iuris ſolemnitas, ſicut quam plurima alia, his indulgentur, nam & earũ controuerſię ſummaria cognitione explicantur, integrumque legatum eis præſtatur, nihilque falcidiæ, vel Trebelianicæ nomine

ex eis deducitur. Rursusque huiusmodi relictum ex incertitudine non viciatur, soloque nutu pia causa institui potest,&captatoria institutio in ea locum, habet. l. Hac consultissima. §. Ex imperfecto. C.de testamentis, c. Relatum, capit. Cum tibi eodē, vbi Doctores latè tractant, ex
15 qua Bart. Explanatione alius styli desummitur significatus, nēpè vt stylus pro ordine dispositionis accipiatur, quoad piasque causas hic ordo liber sit, & licèt de hac Bart. opinione prætextu solēnitatis dubitetur, vt videre est, ex Scribentibus in dicta.l.1. quoad nostram tamen styli significationē, omnes conueniunt, & de intellectu huius legis vltra ordinarios videndi sunt consulentes relati ab Antonio Augustino in Codicis interpretatione ad titulū de Sacrosanctis Ecclesijs.l.1.

16 Eodemquè modo accipiendum putò textum in l. Si quando tertia. C.de bonis vacant. lib. 10. ibi: *Et diligens stylus sigillatim omnia scribat.* Vbi stylus pro eadē scriptura summitur, siue inuentario, vt ibi Accursius voluit, verbo, Stylus, & placuit Lucæ de Pœna, ibidem, verbo, Diligens: & Ioanni de Platea, numero. 2. & Iacobo Rebuffo ante numerum primum, qui styli verbum, de quo ibi, pro ipsa scritura inuentario incorporatione, ordineque, & serie rerum accipiūt, quam legem, ita intelligit Salicetus in dict.l.2.C.quæ sit longa cōsuetudo, numer. 23. Et ex eisdem infertur intellectus ad textum, in l. Siquis in-
17 tra.C.de bonis proscriptorum, ibi: *Siquis intra Prouintiam pro qualitate delicti, stylum proscriptionis incurrerit per ordinarij officij solicitudinem bonorum eius indago diligentissimè celebretur.* Qui textus de scriptura quoque inuentarij intelligi debet, vt ex verbis supradictis apparet. Rursusquè & stylus in litera. illius textus pro Iudicis sententia accipitur, vt ibi Accursius, verbo, Stylum interpretatur, & in hunc sensum allegatur decisio illius textus à Ioanne de Platea in dict.l.3.C.de bonis vacantibus, prope fine, & in. l. Si quando, in secunda, eodem titulo, num.2. & docet Bald. in dict. l.Siquis intra, num.1.

18 Ex inde etiam deducitur intellectus.l.Siquis post hac eodē titulo. de bonis proscriptorum: ibi: *Siquis post hac stylum, quod absit proscriptionis exceperit.* Vbi prædicta verba, pro sententia accipiuntur, & interpretantur ab Scribentibus, ibi, quibus assentitur Platea in dict.l.3.num. fin.

19 In quem sensum intelligitur quoque textus in l.fin.C.de postulando, ibi: *Ab aduocationis officio remotus stylum proscriptionis, atque perpetui exilij specialiter sustinebit.*

bit. Vbi verbum ſtylum pro ſententia damnationis ponotum Accurſius exponit, verbo, ſtylū, & in hoc ſignificatu communiter recipitur prædicta. l. Ab omnibus iuris interpretibus, ibi.

20 Stylus etiam dicitur, modus dicendi Terentius in Andria, ibi: *Sed tamen diſsimili oratione ſunt facta, ac ſtylo.*

21 Stylus præterea propunctione, & reprehenſione accipitur, quæ ſcriptis, & inuectiuis libellis fieri ſolet, vt inquit Plinius in præfatione, in hæc verba: *Quod ſi hoc Lucilius qui primus condidit ſtyli naſum, dicendum ſibi putauit. Si Cicero mutandum præſertim cum de Republica ſcriberet, quanto nos cauſatius ab aliquo iudice defendimur?* Ad quod alludit ſtylum cenſorium, cuius mentionem facit Cicero, in oratione pro Aulo Cluento.

22 Vlterius ſtylus pro ordine ponitur, vt conſtat ex l. Si quando. C. de bonis vacantibus, libr. 10.

23 Deinde ſtylus, & pro conſuetudine accipitur à Baldo, in dict. l. Siquis intra, in principio, & in l. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſijs, num. 1. Bart. tamē, in l. De quibus. ff. de legibus, num. 1. in ſecūda lectura, ait: Diuerſitatem eſſe inter ſtylum & conſuetudinem, ſicut inter genus, & ſpeciem. Cōſuetudo enim ſecundum eum ex actis iudiciarijs conſtat, & extraiudiciarijs: præcedente tamē populi conſenſu, ſtylus tamen ex actis iudiciarijs duntaxat, iuxta textum in l. Si poſſeſſor, in fine. ff. de reiuendicatione. l. Circa, in fine. ff. de probationibus. l. Labeo, in principio, de ſtatu hominum. l. 1. §. In honorarijs, de varijs, & extraordinarijs cognitionibus, Bartolum tamen improbat Salicetus, in l. Conſuetudinis, numer. 23. C. Quæ ſit longa cōſuetudo, quippè qui ait his legibus, non probari eius opinionem, cum tantum loquantur de more iudiciorum ſeruando de ſtylo tamen nihil dicant, teſtatur itaque ſtylum ordinem iudicialem concernere, Idem docet Angelus in §. Ex nō ſcripto, de iure naturali, ea nempe ratione, nam & ſtylum Curiæ, & Chācellariæ, dicimus, & tamen non ſemper iudicium reſpicimus: & in quo differat ſtylus, & conſue-
24 tudo videndum eſt apud Cinū, in dict. l. 2. C. Quæ ſit longa conſuetudo, num. 6. & 7. Bart. in l. de quibus. ff. de legibus, ſecundā lectura, num. 10. Bald. ibidem, numer. 19. & 20. Salicet. in l. 2. C. Quæ ſit longa conſuetudo, nu. 23. Angel. in §. Ex non ſcripto, de iure naturali, numer. 5. Decium in Rubrica de conſuetudine, num. 11. & 13. & nouiſsimè Albanum, qui innumeros recenſet in additionibus ad Bart. in repetitione. l. De quibus, nume 10. 19.

25 Rursus & stylus pro communi vsu loquendi scribendi, receptæque in Tribunalibus praxis summitur, vt Bart. & Alberico placuit in l. 2. C. Quæ sit longa consuetudo, ex textu in capit. Quam graui de crimine falsi, ibi. *Tàm in bulla, filo, & charta, quã in stylo.* Mos enim iudiciorum seruandus est. l. Si pacto quo pœnam, ibi. *Moreiudiciorum.* C. de
26 pactis. Illud tamẽ verum est exactu quoque extraiudiciali, & extraordinario stylum induci, cũ in communi vsu loquendi stylus Curiæ & Chancellariæ dicatur, vt supradiximus, & tamen iudicialis actus, non semper interuenit cum & literas, rescripta, bullas, & alios actus qui extraiudiciales sunt, stylus concernat, iura itaque supradicta, de iudiciali more loquuntur, non vero de stylo, cum hoc, tàm ad iudicium, quàm ad extraiudicium referri
27 possit. Quinimo stylus incognitus à iure fuit, neque in vlla eius parte in prædicto significatu fit de eo mentio, cuius rei primus, author post Petrum ab eo relatũ fuit Cynus in l. 2. C. Quæ sit longa consuetudo, numer. 7. In illis verbis. *Et aduertendum est, quod de consuetudine nos hăbemus mẽtionem, de vsu etiam in iure de stylo, nihil reperitur.* Et refert & sequitur Angelus in dicto. §. Ex non scripto, de iure naturali, num. 5. in principio: putò tamen decipi prædictos grauissimos Doctores, vt ex supradictis legibus cõstat, & ex dict. capit. Quàm graui quæ iura styli meminerunt in omni significatu.

28 Præterea, & pro præscriptione stylus accipitur à Cyno in d. l. 2. num. 7. ad finem præscriptionem exponendo. idest, præoculis scribere, sicut olim stylo fiebat, vt supra monstrauimus. Vl-
29 terius stylus accipitur pro tudicula, siue instrumento quo vasis signa imprimuntur: teste Columela, libr. 12. cap. 50. Ambrosio Calepino, verbo, tudicula.

30 Deinde, & pro radice quoque recta, & ob longa stylum Columela accepit, lib. 5. cap 9. ibi. *Omnis autem nux, vnam tantum radicem mittit, & simplici Stylo prorripit.*
31 Stylus quoque pro iudicio alicuius animo, & mente eius accipitur à Cicerone, in Philippica secunda, in Marcum Antonium in illis verbis. *Et si meus stylus ille fuisset, vt dicitur mihi crede, non solũ actum, sed totam fabulam cõfecissem.*
32 Stylum etiam pro signo sigillo vel signaculo accipitur, vt constat ex Plauto Bacchidib. actu. 4. scen. 4. Illic enim Chrysalus ad scribendam, atque ob signãdam epistolam adferri, sibi iubet, stylum ceram, tabellas, & linum, nisi forsam de calamo hic author senserit.

33 Postremo stylus, siue stylum quoad nostræ Rubricæ expositionẽ

tionem pro columna accipitur, vnde epiſtylium dicitur capitellum, quod ſuper ipſam columnā collocatur, vt animaduertit, idē Calepinus, verbo, ſtylus, & Bald. docuit, in l. de quibus, num. 20. ad finem. ff. de legibus, in illis verbis: *Et dicitur ſtylus quaſi ſtans ad ſimilitudinem ſtyli ferrei, qui eſt ſtabilis, quaſi ferreus.*

33 Cum ſtylus ergo ſiue ſtylum, nomen Græcum ſit, columnamque ſignificans, vt ſuperius oſtēdi facilis deſcenſus erit ad intellectum noſtræ Rubricæ, eiuſque ethymi, leges enim ſtyli dicemus, idest, leges ſtabiles firmaſque & illibatas, ſicut columnas, ex prædicta vocabuli alluſione vſuque ſtylo & praxi perpetuo recipiendas. Cuius ethymologiæ meminit, Rebuffus ex Ambroſio Calepino, eo tamen tacito deſumptæ in Commentarijs ad leges Regias. 3. part. tractatu de conſuetudine, gloſſa. 13. articul. 2. numer. 10. Ex qua ethymologia (ſiue alluſione) quæ proprius, quàm ethymon nuncupabitur, licèt interpretes noſtri pene omnes, pro eodem ponant, vt conſtat ex Accurſio, & Imola, in l. 1. ff. de contrahenda emptione, (ſiue notatione) quo nomine Cicero ethymologiam vocat, vt inquit Boecius in eius topica, quia notam facit rem, de qua prædicatur) infertur interpretatio, ſiue extenſio ad doctrinam Decij, in Rubrica de conſuetudine, numer. 35. in verſiculo, Breuiter reſoluendo, docentis in ſtylo eius, qui habet poteſtatem legis condendæ non requiri temporis lapſum, qui allioquin deſideratur,

34 ad ſtyli introductionem, iuxta ad notata a Guid. Pap. conſ. 119. num. 4. Itaque cum hæ ſtyli leges æditę ſint a Catholicis Regibus Hiſpaniæ, non recognoſcentibus ſuperiorem, curſus & lapſus temporis in eis non deſiderabitur.

35 Secundo infertur, interpretatio ſiue limitatio, ad gloſſam in cap. fin. verb. conſuetudo, de conſuetudine, libr. 6. quæ docuit in ſtylo contra ius requiri temporis longiſsimi lapſum; ſicut in conſuetudine, hæc enim doct ina corruit in ſtylo, qui vim legis obtinet, nam quamuis ius corrigat, & emmendet ipſa promulgatio, ius facit ſecundum, quàm interpretationē accipiēdi ſunt, gloſſa Bart. & Scribentes, in l. Labeo. ff. de ſupelect. legat. & in l. Mater. ff. de inofficioſo teſtamēto, & in l. Clodius Clodianus. ff. de acquirenda hæreditate, & in cap. fin. de præſcriptio. vbi Bartholomæus Socinus, idem, in cōſilio. 260. nu. 18. in fine, volum. 2. Rebuffus. d. gloſ. 13. nu. 16.

36 Tertio infertur, vt quanuis leges fori, ſolum locum habeant in his, quę vſus eas admiſsit, & recepit, vt latè expendit Xuarez in proœ-

procemio fori, numer. 1. & satis probatur in l. 1. Tauri, quæ est l. 3. titul. 1. lib. 2. Compil. vbi Scribentes, receptissima itaque sententia, sit alleganti legem fori, incumbere eius probationem, vt reclamante Montaluo in suo Repertorio, verbo, legis, & in l. 10. titul. 1 1. part. 3. & in l. fin. titul. 6. libr. 1. fori, contendit Gregor. in l. 7. titul. 2. part. 1. & in l. 28. titul. 15. par. 7. Zuarez in dicto procemio, numer. 2. & 3. quibus suffragantur ad notata a Glossatoribus dict. l. Tauri, & Compillationis, & à Iacobo Baldesio, in additionibus ad Rodericum Xuarez in additione procemij, ad numerum secundum, littera D. & ad numerum tertium, littera. E. docentibus ad eius vsus probationem aliquot actus desiderari, at
37 in legibus styli, neque vsum, neque actus requiri probabilius mihi semper visum fuit, authoritate Rebuffi, ad leges Regias, titulo de cōsuetudine, art. 2. glossa. 13. 3. part. num, 17. Vbi expresse firmat in stylo pluralitatem
38 actuum nō requiri. Minimèque mirum est, si in legibus fori vsus probari debeat, cum ex ipso vsu originem habuerint, vt ex eatū
39 procemio videre licet. Neque ex his argumentari poterimus ad styli leges. Cum stylus forus non sit, vt ex ipsius significatu superius ad notato constat, & ra-
40 men legum peculiare est, vt vsu earum non sit opus, quia lex nō tolitur per desuetudinē, vt sunt iura vulgaria. l. vetustissimam.
41 C. de iure dotium. l. Arriani. C. de hæreticis, solum itaque tequiritur eius promulgatio, ita vt à populo recipiatur. l. de quibus. ff. de legibus, quod & antiquitas obseruauit, ferebat enim præco, legem ad populum ex authoritate & iussu eam condentis subijciente verba, & præsente scriba, qui cum illā promulgasset, id demum firmū etat, si in eo quod lege cauebatur populus author fieret, ipsaque lata & promulgata, atque in æs incissa, & in ærarium condita, ita omnes ad stringebat, vt eius firma maneret authoritas aduersusque eā, siquid factum foret, posset non iure factum censeri, multa quoque per legem lata aduersus eum, qui secus fecisset impunè irrogari quibat, siquid tamen ea promulgata addendum legi foret detrahendumvè antequam in foro proposita, & in æs incissa fuisset facilè, licebat postea vero vetabatur, quod si in lege ferenda populus aduersaretur, aut Senatus illam non reciperet, quippè qui eam ferri, aut promulgari non sineret nullius exempli, nullarum-
42 quevirium esse cēsebatur. Hincque fluxit, quod vetustas prodidit, videlicet, leges trinundino ferendas esse, quod tribus nundinis proponi leges: demum promul-

mulgari deberent, ſenſus enim
eſt, vt ante legis æditionem po-
pulus penſitaret poſt promulga-
tionem, tamen nefas eſſet ab ea
diſcedere, vt multis exornat A-
lexandr. ab Alexandro, Genia-
lium dierum, libr. 6. capit. 23. &
docet Macrobius, libr. 1. Satur.
cap. 19. Cicero. libr. 2. de diuina-
43 tione, & de legibus libr. 3. Coro-
lariè tamen dubito, quare in æra
rio vetuſtas leges reconderet?
Cum hoc differat ab illo loco
publico, in quo acta vrbis, & ci-
uium recondi cõſueuerunt, quẽ
in Hiſpania habemus in oppi-
do, quod appellatur Simancas,
vbi omnes leges, & ſanctiones
poſtquam promulgatæ ſunt re-
conduntur, vocanturque Regia
archiua, quæ à Romanis tabula-
ria monumẽtorum publicorum
dicta ſunt, ærarium tamen pecu-
niæ tantum publicæ repoſito-
44 rium erat. Animaduerti tamen
interpretationem eſſe hanc, ve-
teres, ſcilicet, tanti feciſſe ſan-
ctiones ſuas, vt non in alijs lo-
cis publicis, ſed in ærario recon-
45 derent, vbi non ſolum pecu-
nia, ſed & res quæ vtilitatem
reipublicæ allaturæ erant repo-
nebantur, vt conſtat ex Cale-
pino, verbo, ærarium, cum ergo
ſtylus in ius redactus ſit, ſemper
pro Rege & lege, & eius iuſtitia
præſumptio eſt, ſine vſus proba-
tione, capit. Erit autem lex. 4. di-
ſtinctione, capit. Illa, 12. diſtin-
ctione, & plura huius rei congeſ
ſit Tiraquellus de retractu con-
ſanguineorum in procemio, nu-
mero. 77. cuius opinionis non-
nulla fundamenta recenſet Bur-
gos de Paz in l. 1. Tauri, numer.
46 280. Demunque in numer. 264.
Refert quendam peritiſsimum
cauſidicum huius fuiſſe ſenten-
tiæ, nempè, vt alleganti legem
ſtyli non incumbat eius vſus
probatio, cui & ego aſſentior,
conſideroque, pro hac parte præ
47 dictam legem primam Tauri,
quæ eſt, l. 3. titulo 1. libr. 2. Com-
pilationis, vbi Rex præcipit ſer-
uari, & cuſtodiri omnes leges &
ſanctiones, quanuis allegetur
vſum eas non recepiſſe, & ſta-
tim ſubijcit his deficientibus de
bere ſeruari leges fori, ſi tamen
vſus admiſſerit, & non aliter, de
legibus tamẽ ſtyli nõ ſpecialem
mentionẽneq, exceptionem fe-
cit, inter aliàs enim leges, & ſan-
ctiones implicitè enumerauit.
47 Neſcio itaque qua ratione ipſe
Burgos de Paz in dicta l. 1. nu-
mero 184. & ſequentibus ab
hac diſcedat ſententia parum e-
nim vrgent ea quæ allegat, ait e-
nim dictam l. 1. Tauri, quæ tran-
ſumpta eſt in dict. l. 3. tit. primo,
libro ſecundo Compilationes.
Meminiſſe legum, quibus iudi-
candum ſit, & tamen non facere
mentionem, de ſtyli legibus, in
hoc enim hallucinatus eſt, vt
ſuperius animaduertimus: cum
præ

prædicta, l. Taurina, decidat le-
gibus, & sanctionibus Regũ an-
tecessorum, & successorum debe
re litis diffiniri, quis ergo nega-
bit styli leges Regias decisiones,
49 esse? Ad hoc enim vt legibus
styli, non iudicaretur opus erat
explicita declaratione, iuxta
singularem doctrinam Archi-
diaconi, in capit. Seruatis, 25.
quæstion. 2. Docentis nũquam
in intentione Principis esse sty-
lo derogare, quando non expri-
mit, ex textu in capit. Manda-
tum de rescriptis, capit. Ex posi-
ta, de arbitris, capit. Cum in il-
lis, de præbendis, libr. 6. capit.
vltimo, eodem titul. in Decreta-
50 libus. Quibus accedit textus in
l. Si vero, §. de viro, ff. soluto
matrimoni. & in l. Si seruum, §.
Non dixit prætor, de acqui-
rend. hæredit. & text. in Authẽt.
de non eligend. secund. nubent.
§. Cum igitur. ibi: *Nec qualibet
est lex tale aliquid dicens.* Et in l. Di
sentiẽtis, C. de repudijs, ibi: *Nul-
la præcipit iuris constitutio,* & in l. il-
lã, C. de collationibus, & in cap.
Is qui, ibi: *Cum id non sit expressum
in iure,* de sententia ex commun.
libr. 6. & in capit. Consuluisti. 2.
quæstion 5. ibi: *Quod non est ex-
presse sancitũ superstitiosa non est in-*
51 *uentione præsumendũ:* & docet Bal.
consil. 228. lib. 3. & cõs. 99. lib. 4. Si
ergo lex, vel princeps, id voluisset
expressisset in dicta l. Tauri, si-
cut expressit prædictas ll. fori,

in quibus vsum probari voluit,
huiusmodi enim argumentum
validissimum in iure est, qua
de re plura congessit Cepola, in
repetitione Authenticæ, sed no-
uo iure, colum. 20. in paruis, ver-
sicul. Et hoc probo. C. de seruis
fugitiuis, Euerardus in topi. le-
ga. loco à lege cessante, & in
pluribus casibus similibus ita ar
guunt Doctores teste Angelo,
consil. 257. Baldo in capit. Inter
corporalia, de translation. Epis-
copi, num. 2. eodem Bald. consil.
52 202. lib. 1. Alex. consil. 5. lib. 3. Ad
idẽ est optimus tex. in l. quod cõ
stitutum, ibi: *Quantum ad verba
eius,* de militari testamento, quẽ
Bart. in principio, ibi, inquit fre-
quẽter allegari in materia statu-
torum, vt a verbis eorũ nũquam
recedatur, & in l. Si furiosi, ibi:
De furioso non loquitur, C. de nup-
tijs de qua re omnino inspicien-
dus est Baldus consil. 447. libr. 5.
consiliorum, & in capit. signifi-
cante, numer. 5. de appellationi-
bus, & in l. testamentum ad fi-
nem, C. de testamentis, & in le-
ge Ancillis, numero 6. C. de in
cestis nuptijs, & cæteri iuris in-
terpretes, in prædictis iuribus,
quorum doctrina eò respicit, vt
iura, sanctiones, constitutiones,
& statuta non interpretentur vl
tra casus expressos, & dispositos
nec eos egrediantur, sed solum
decidãt illud ad quod præcipue
prædicta iura lata fuere, & nihil
præ-

53 præterea,& prædictis ad stipulatur,quia leges restricte intelligi debent, si ex eis iuris correctio inducatur,etiam si sic ea restricte intelligendo, nihil operentur,vt ex pluribus probat Socinus,conf.38.numer.6. volum. 1. Curtius Iunior,consil.1. num.3. Socinus,in l.1. num. 4. de legat. 1. Decius,conf.444. num.5. Gozadinus,consil.88.numer.8. Menochius,consil.5.numer.3.volu. 1. Et conducit prędictis, nã que-
54 libet,l. Quæ aliam excipit,vel limitat exorbitans dicitur, & sic stricte interpretari debet,extensionemque nullatenus patitur. Lex ius singulare.ff. de legibus, l. Quod vero contra. ff. Eodem, cap. Quæ à iure communi, de regul.iuris,lib.6. cap. Constitutionem,& ibi glossa,verbo, prorogamus,de regularibus,in 6.glos. in cap. In fidei,verbo, Inquisitionis,de hæreticis, eodem libro:
55 Nam vt inquit Oldrald. consil. 190.nu.2.per legem nouam nunquam censetur derogatum antiquo iuri,nisi quatenus expresse sit dictum.l.allumnæ.§. Qui filias,de adimend. legat l. Sancimus.C.de testamentis.l.Præcipimus. C.de appellation. & tenet Bart.in l.Omnes populi, nu.60. ff.de iustitia & iure: idem Bart. in d.l.Si vero. §.De viro soluto matrimon. Angel. conf. 210. in principio,Decius conf.444.n.11. Parisius conf.49. nu.70. Neque argui in iure potest ab vno casu expresse excepto ad alium,non expresse exceptũ, neque ab vno
56 expresse,concesso ad alium non expresse concessum, iuxta textum in l.Ius singulare.ff.de legibus,glossam in l. à Diuo Pio, in principio,verbo,à se,de re iudicata.Parisium conf.2.num.68. libro. 4. sicque cum in prædicta.l. Tauri, excipiantur à regula leges fori argumentari,nequaquã potest ad leges styli, cum dispositio limitata,effectum quoque limitatum producat. l. in agris, de adquirendo rerum dominio.
57 l.Cancellauerat,de his quæ in testamento delentur, Decius conf.
58 451.numer.4.Dicendum itaque est casum omissum remanere in dispositione iuris antiqui,vulgaris.l.Comodissimè, de liber. & posth.l.Si cum dotem in principio.ff.Soluto matrimonio. l. Si extraneus,de conditio.ob causã testatur Matthæus de Afflictis,decisione.21.num.13.Alex. consil. 53.num.13.& conf.104.num.20
59 lib.4.Sicut neque valet argumẽtum de vna persona ad aliã,quando agitur de extẽsione. l. Siquis ita.§.penult.de testament. tutela,Iaso. in l.Gallus.§. Et quid si tantum,num.23.& ibi Aretinus num.15.& omnes Scribentes idẽ Iaso. in l. Cum res notabil.6.delegat.1.& consil.220.lib.2. Abb. consil.57.lib.1.Decius conf. 287 num.5.& conf.394.num.2.Quibus

bus concinnit non leuis conside ratio nempè vt prædicta.l. Tauri, sic intellecta minus corrigat,
60 detrahat, ac deroget alijs iuris Regni legibus,hoc est enim semper in legibus interpretãdis Conandum, nempè vt quominus fieri posſit lædantur ab illis aliæ leges,etiam verba impropiãdo, cap. Cum dilectus,vbi gloſſa,verbo,nec iure,de cõſuetudine.l. 2. C.de noxalibus, Alexand. conſ. 52.nu.1.lib.1.& conſ.116.nume.
61 11.libr.2. Interpretatioque hæc valde fauorabilis eſſe debet,totiſqueviribus adiuuanda,& amplectenda,per quam reducitur ſubſtantia rei ad ius primæuum, & ad ſuam primordialem legem, vel in ea conſeruatur,ob quã cauſam ſolent,plerunque legum, &
62 diſpoſitionũ,verba inflecti. Multaque permiti,quæ alias non licerent.l.Si vnus.§.Pactus nè peteret de pactis,cap. Ab exordio. 25.diſtinct.late Felinus,in capit. cum omnes,& in cap.Cum acceſſiſſent,de conſtitutionibus,& in cap.Veniẽs,de præſcriptionibus & ad id allegari ſolet, gloſſa in capit.Statutum,verbo,numerandum,de præbendis,in 6.quæ ait: Tunc ſolum extenſionem fieri debere, vt res de facili ad ſuam
63 naturam redeat, quando per aliquem intellectũ reducitur ad vetus ius, quam gloſſam in hoc ſolemnem dicit Iaſo.in l.1. numer.53.de officio eius cui mandata:& meliorem iuris idem Iaſo.ait,in dict.l.Si vnus.§. Pactus num.6.de pactis, & non paucos referens ſequitur Oroſcius, nu. 76.Ripa,in l.Si conſtante, num. 61.ſoluto matrimon. maternus auus Antonius Gomezius, vir inter primos,qui inter noſtrates celebrantur: & is qui pietatis & aliarum virtutum ſtudium, ſemper edidicit:var.1.tomo, capit.5.num.11.Couarru.libr.3.variarum,capit.6.num.4. Ioan.Gutierr.conſ. 1.num. 37. Tiraquel. de primogen.quæſt.24. num. 6.
64 Rurſus quia in generali diſpoſitione non cõprehẽdũtur,ea quæ odioſa ſunt,capit. Statutum, de electione in 6.l. Cũ quidam, de liberis & poſthu.l. Si vnus. §. Pactus, de pactis.l. Arrianus, de actio.& obligationibus,Bart. in l.2.§.Exercitij,de his qui notantur infamia,Platea in l.Quemadmodum de Agricolis, & cẽſitis,
65 lib.11.Sebaſtianus Medicis,regula.1. & ratio potiſsima eſt, quia odioſum dicitur: Quidquid à iure recedit,capit.Cum dilectus de conſuetudine,capit.1.& 2. de filijs præsbyterorum,in 6.capit. Quod dilectio, de conſang.& affinitate,docet Bald.in l. Non ſine,numer.2.de boniſque liberis, Corneus conſ.89.volum.3. Aymon Craueta,conſ.170.nu. 3.& conſ.173.vol.1.Vſus ergo neutiquã probandus erit in ſtyli legibus cum legum fori, tantum l.

Tauri;

Tauri meminerit, nec extenſio, à iure permiſſa ſit.

66 Vlterius non obſtat ſecundũ Burgenſis de Paz fundamẽtum, dum inquit, ſtyli leges in deſuetudinem abijſſe: & ſic niſi vſus probetur eis iudicari non poſſe: argumento textus in l. 1. §. Sed etſi quæ leges. C. de nouo, Codice, Faciendo, in quo omnino decipitur, cum quia illa lex loquitur de legibus poſitis in veteribus libris, vt ex eius ſerie conſtat, tum in legibus quæ notoriè in deſuetudinem abierunt, quę verba non quadrant noſtris
67 legibus ſtyli. Nec enim veteres leges ſunt, cum ſint conditæ poſt leges Partitarum, & leges Fori, neque inuſitatæ cum illis vtamur, multæque ex his compilatæ ſint in noua legum Collectione, vt conſtat ex l. 1. 3. 4. & 5. tit. 9. lib. 5. Cõpilation. & l. 6. tit. 10. eodẽ lib. 5. quę ſunt l. 203. 205. & 207. in legibus ſtyli, & alibi ſę-
68 pe. Neque abijciẽda lex eſt, quia vetus ſit, quinimo quæ ingeniorum ſubinde locis, temporibuſque interpolata diſtinguitur, & Prothei modo formam euariat, neutiquã lex dicenda eſt, vt verbis cœlij vetr. antiq. lection. lib. 18. c. 19. neq. enim leges momẽto ferri debent, ſed iudicio eſſe perpetua, apud Eginetaſque cau-
69 tũ fuiſſe, vt qui nouę cõdẽdæ legis cauſã daret, inuiſus, omnib', & execrabilis fieret, tradit Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 6. ca. 14. q Principẽ cõſideraſſe in legũ ſtyli promulgatione, vel ex ipſa ethymologia vocabuli cõſtat, cum le
70 ges ſtyli, id eſt, ſtabiles. Leges nũcupẽtur de Licurgoque, vt leges ſuas faceret perpetuas proditum eſt cũ Lacedemonijs dediſſet, coſq; difficiles in primũ ad eas acceptãdas cognouiſſet finxiſſe ſe Deũ Apolynẽ ſuper earũ iuſtitia, vel iniuſtitia cõſulturũ, dũmodo ſubditi eas, donec reuerſus fuiſſet ſeruare iurarẽt, prout fecerunt, quo per acto in patriã, nũquã reuerſus eſt iuſsitq; oſſa ſua poſt obitũ in mare proijci, ne ad patriã reportarẽtur, & ſic ſuæ leges per
71 petuo ſeruarentur. Idéq; ferè Numa Pompiliũ feciſſe ſcriptũ eſt, cũ efferatos Romanorũ animos ad induendas leges vix inducere poſſet, vt teſtatur Liuius, lib. 1. ab vrbe cõdita, & perpetuã quoque legem eſſe voluit Iuſtinianus in l. Hac conſultiſsima. C. de teſtamentis.

72 Deindeq; nõ obſtat. 3. indignũ doctiſsimo alioqui authore fundamẽtũ, inquit enim ſtyli leges, non eſſe cõditas ab eo, qui authoritatẽ habuerit cũ manifeſtũ ſit, tuliſſe eas Regẽ Illephõſum. IX. & X. qui ſapiens dictus fuit, & filiũ eius dominum Regem ſanctium, qui vocatus fuit Ferox, & dominũ Ferdinãdũ eius nepotẽ, qui citati aſſequutus eſt nũcupationem, & dominam Reginã

Mariam eius matrē, vt ex Chronicis accepimus, & videre est ex inscriptione harum legum, & ex l. 4. & 198. cæterisque huius Codicis. Regesque alijs nō
73 obtemperantes, iura condere posse, nemo dubitauit vulgaria iura, in cap. Cōstitutio. secunda distinct. l. 1. ff. de constitutio. Principum, Ripa in Rubrica, de constitutio. num. 7. Andræas de Isernia in procemio cōstitutionum in principio, & Doctores notāt in cap. nouit, de iudicijs, & de Regis eximia potestate scripsit Accursius, in principio, Rubricæ de hæredibus, & falcidia. Po-
74 stremo nihil ad rē facit quartū, eius fundamētum, ait enim, prædictas leges styli, esse declarationes legum fori, vt ex eius inscriptione liquet. Consequens itaque esse, vt sicut vsus, in earum obseruatione præcedere debet: & hic quoque desideretur in styli legibus, cui & Azeuedo assentitur, in dict. l. 3. titul. 1. lib. 2. numer. 11. Nam si hæc opinio vera esset, ex ea sequeretur omnes leges declaratorias legum fori, nullam aliam vim habere, nisi quam, & ipsæ leges fori habent. Leges tamen legum fori declaratoriæ innumeræ sunt, vt videre est, ex l. 17. 18. 27. & 28. Tauri,
75 quæ sunt in Cōpilatione. l. 1. 2. 10. & 11. lib. 5. tit. 6. Rursus in l. 7. 8. 9. & 10. & 11. titul. 11. libro. 5. dictæ nouæ Collectionis, & in alijs quam plutibus legibus Tauri, & Compilationis, quæ fori leges interpretantur, & tamen disceptare de harum validitate, & an vsus in eis debeat probari inciuile profecto esset? Quinimo
76 ipsimet authores sibi sunt cōtrarij. Aiunt enim legem fori insertam in Compilatione, vel ab ea declaratam, tanquam legem Compilationis esse habendam, nomenque legis fori amittere, & sic eius vsum non probandū, vt testatur idem Burgos de Paz, in dict. l. 1. Tauri, numer. 116. & Azeuedo in dict. l. 3. num. 13. eos itaque ex eorum opinione conuincere possemus, summereque argumentum, vt lex fori à lege styli declarata, styli lex reputetur, quam opinionēm amplectitur Rebuffus ad leges Regias 3. parte, in tractatu de consuetudine, articul. 2. glossa. 13. numero. 17. qui loquitur in proprijs terminis styli interpretatiui.
77 Et tamen cum multis, resoluit in eo, non requiri vsus probationē, actuum quepluralitatem, & vltra omnes in huius sententiæ quę verissima est confirmationē allego pulchram Baldi doctrinam, in capite. 1. numero. 17.
78 de constitution. Docentis interpretationem statuti, statutum dici, si intrinseca sit, & substantialis, & inseparabilis à statuto, argum. text. in l. Nominis, & rei. §. Verbū ex legibus. ff. de ver-

verborum ſignificatione: ſi tamē (vt hic euenit) declaratio ſit ſeparata, & extrinſeca, tūc ſtatutum nullatenus dici poſſe, prædicta itaque ſententia omnino amplectenda eſt, nempè vt alijs Regijs legibus deficientibus obſeruandæ ſint prædictæ ſtyli leges, & ſi vſu non approbatæ: in cuius corroborationem non omitto, ea quæ adducit Cynus in l. 2. C. Quæ ſit longa conſuetudo, numero. 23. dum firmat ſtyli authoritatem tantam eſſe. Vt e-
79 tiam ſi ab vno iudice inductus ſit, legis, tamen vim habeat, & Cynum, Salicetus declarat, in dict. l. 2. numero. 23. quippè qui ait etiam plurificatam voluntatem, vnus iudicis, ſtylum non inducere, niſi ſummæ poteſtatis magiſtratus eſſet, quæ opinio
80 communiter recepta eſt. Et ei adſtipulatur pulchra deciſio, textus in l. Obſeruandum. ff. de iudicijs, & in l. Labeo. ff. de ſtatu liberis, ibi. *Morem agentium ſequi debemus.* Et docet Baldus in l. fin. C. Quæ ſit longa cōſuetudo, numer. 1. poſt Bart. in l. Iuris peritos, ad finem. ff. de excuſatio. tutorum, quod procedere propter Principis Maieſtatem, cum ab eo magiſtratus creati ſint, tenet Redin. de Maieſtate Principis in interpretatione verſiculi, Sed etiam, per legitimos tramites, numer. 176. & 177. cum ſequentibus: ſi ergo iudex ſtylum inducere poteſt, qui legis poteſtatem habet, hanc in ipſo Rege negare non eſſet ciuile? Authentica multo magis. C. de Epiſ-
81 copis. Quinimo (quanuis receptum ſit ſtylum generaliter non ligare, ſed tantum apud illud tribunal, vbi admiſſum eſt, iuxta Baldi doctrinam, in capit. 2. de feriis, numero. 1. eundem Baldum in l. Certum. C. vnde legitimi, numero. 11. argumento textus, in l. De quibus, in principio à contrario ſenſu. ff. de legibus, quanuis eſſet ſtylus Curiæ Romanæ, qui non comprehendit alias Eccleſias, vt ibidem Bald. ex Bernardo do-
82 cet) ſi tamen eſſet ſtylus Regius omnes ligat: iuxta Abbat. ſen-
83 tentiam in capit. Ex literis, de cōſtitutionibus, quem refert & ſequitur Rebuffus in d. tractat. de conſuetudine, gloſ. 13. num. fin. & his accedit doctrina Bart. in l. De quibus. 4. q. ff. de legibus docentis conſuetudinem probari
84 ex aſſertione cuiuſdā Doctoris dicentis ita de conſuetudine obſeruari, ſolamque ipſius ſimplicem aſſertionem ſufficere, ſine vſus probatione, lapſuſque decēnio & actuū pluralitate, arg. tx. in l. Dos à patre. C. Soluto matr. l. Septimo menſe. ff. de ſtatu hominum. l. Antiqui, ſi pars hæreditatis petatur. l. Si pater. ff. de ſolutionibus, quam doctrinā extollit

tollit Xuarez in procemio fori, num. 17. & licèt non inficier cōtrouersam esse hác opinionem,
85 vt ex multis testatur Valdesius, in eius additionibus, litera. Q. Principi tamen asserenti de stylo non credere, esset ab omni ratione alienum, disputationeque indignum, & contra textum in Clementina literis de probatio nibus.
86 Et prædictis conducit si animaduertamus Cynum, Bartolū, Baldum, Salicetū, & omnes grauissimos patres supra citatos loqui in stylo non scripto, sed inducto ex tacito, vel expresso con sensu, vt constat ex Cyno, & Saliceto, in d. l. 2. num. 23. & 24. qui prædicto stylo non scripto vim consuetudinis tribuūt, vbi præscriptus est, & Baldus docet in l. Siquis intra. C. de bonis damna
87 torum, vbi firmat etiam si stylus consuetudini aduersetur. Stylo standum, argum. l. Defensionis. C. de iure fisci, lib. 10. & testatur Iaso. in l. Si domus. §. In pecunia de legat. 1. num. 5. Et stylum vbi
88 viget seruādum esse pro lege, voluit vulgaris. l. Obseruandum. ff.
89 de iudicijs, & stylum Curiæ facere ius iuris Pontificij Sectatores agnoscunt, ex cap. Ex literis, de constitutionibus, & styli transgressorem puniendum, sicut ple
90 ctitur qui legi non obtemperat, testatur Baldus in l. Siquis non dicam rapere. C. de Episcopis & Cleric. nu. 3. constat ergo stylo non scripto tantam authoritatē tribuere omnes Scribentes, vt le
91 gi comparent. Si tamen scriptum stylum esset, tunc omnino seruandum aiunt, sine vlla vsus
92 probatione, distinctione, nec declaratione, cum transierit in authoritatem legis, vel statuti: & Baldo placuit in dict. l. Siquis non dicam rapere ante numerum quartum. C. de Episcopis, & Clericis, itaque cum hæ nostræ leges styli conditæ sint, scriptæ, latæque, ab habente potestatem eas condendi, vt diximus improbum esset disferere, an vsus probari debeat cum scriptum ius sit, à Regeque latum. Quod cōfirmatur pulchra Abbatis doctrina in cap. Ex literis de constitut. nu. 6. vbi docet stylum Curiæ posse allegari in decisionibus causarum cum ius fa
93 ciat: dum tamen ius non reperiatur in contrarium, nisi à Rege cō firmatus stylus esset, quo casu
94 omnino seruandus est, licèt iuri aduersetur, & optimè interpretatur Curtius conf. 66. cuius initiū est super præmissa, numer. 154. & in dict. capit. Ex literis satis probatur, & in capit. Literas, de iuramento calumniæ, & in capit. fin. de consuetudine, ex quo hác sententiam cum pluribus, quos recenset admittit Curtius, in titulo, de consuetudine in præfatione.
95 Rursus, quia vt supra animad-

animaduertimus ſtylum inter cæteros ſignificatus pro vſu accipitur,& ſic Rex noſter harum legum conditor,leges ſtyli condidit,ideſt leges vſu receptas, neque credendum eſt leges inuſitatas ennucleaſe contra deciſioné
96 textus in l.1. C. de nouo,Codice faciendo, in illis verbis: *Sed Et ſi quæ leges in veteribus libris poſitæ iam in deſuetudinem abierunt nullomodo eaſdem vobis ponere permittimus.* Præcipuè cum Catholicum Regem præſumēdum ſit doctiſ-
97 ſimos viros ellegiſſe ad legū ſuarum promulgationem exemplo Alexandri Seueri,qui nunquam ſacrauit aliquam legem, quim prius conſuluiſſet viginti ſaltim iuriſperitos,&quinquaginta diſertiſsimos,teſte Celio,lib.18.antiquarum lectionum.c.19. & habetur in l.Si auiam. C. de ingenuis,& manumiſsis, illis verbis. *Si cum peritioribus tractatum habuiſſes facile cognoſceres.* Et in l.Si idē, cum eodem. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, ibi: *Sabino*
98 *& Caſſio, & Proculo placuit.* Neque enim fas eſt pro lege recipi, quod vitio, & non præcedente examine æditum ſit, aut promulgatum: ſitque honeſtum, iuſtum,poſsibile, ſecundum naturam, & conſuetudinem patriæ, loco,temporique conueniens, neceſſarium,& vtilē, cap. Erit autem lex.4.diſtinct.
99 Vlterius quia ſi prædicta opinio vſus probationis in ſtyli legibus admittenda eſſet fruſtra prædictæ leges æditæ fuiſſent, nec dubias opiniones reſecarent,cōtra deciſionem textus in l.fin. C.de præſcriptione longi temporis, & cap.primum, de iuramento calumniæ, & regulam, quæ dubitationis.ff. de regul. iuris, gloſſam in cap.1.verbo, Et filio, de ſumma Trinitate,libr.6. & gloſſam ſecūndam, in cap.Licèt canon de electione, eodem libr.6.Abbat.in cap.Certificari, de ſepulturis, & in cap. Solitæ, de maioritate, & obedientia, Carolum Ruinum, conſil. 89. Philippum Decium in l.2.§.vltimo,ad finem, ſi certum petatur, Dominicum in cap. Si Papa, de priuilegijs, in 6. quibus adſtipulatur, l.Gallus.§. Nunc, de lege Velcia de liberis & po-
100 ſthumis. De legibus itaq, poſtquam ſemel inſtitutæ ſunt, non eſſe liberum diſſerere,ſed opportere iudicare ſecundum ipſas,docet textus,in cap.In iſtis.4.diſtinctio.quod & lege veteri cauebatur,his verbis. *Legum iuſta imperia ſunto,hiſque ciues modeſtè, & ſine recuſatione parento.* Quæque lex iuſta apud veteres diceretur, traditur ab Alex.ab Alex.Genialium dierum,libr. 6.cap.23.& videndus eſt text.in cap.Non licet.10.diſtinctione.

Secunda pars Rubricæ.

SVMMARIVM AD Scholia secūdæ partis Rubricæ legum ſtyli.

STyli effectus eſt ambigua declarādi.
2 *In caſibus dubijs declaratione eſt opus.*
3 *Ab ipſo iure naturæ declaratio deſcendit.*
4 *Declaratio nulla conſtitutione prohiberi poteſt.*
5 *Neceſſaria diſpoſitio, non poteſt prohiberi.*
6 *Legis verba licet præciſa interpretationem admittunt.*
7 *Declaratio non debet tranſgredi terminos ſuos.*
8 *Etſi lege caueatur, vt lex, vel ſtatutū, nō poſsit interpretari, accipitur de hominis, nō de legis declaratione.*
9 *Diſputatio & interpretatio fori, ſumme neceſſaria eſt.*
10 *Solum Regi licet legum ambigua interpretari.*
11 *Stylus dubius, interpretationē ſummit à iure communi.*
12 *Stylus Curiæ ſecularis interpretationem ſummit à iure ciuili, Eccleſiaſticæ à iure Pontificio.*
13 *Regio iure deficiente interpretatio ſummitur à iure Pontificio.*
14 *Stylus & praxis iudiciorum, à iure Pontificio fluxit.*
15 *Legis diſpoſitio ad præterita nō trahitur.*
16 *Lex declaratoria ad præterita extenditur.*
17 *Leges ſtyli, tanquā declaratoriæ ad præteritos caſus extenduntur.*
18 *Nonnullæ leges ſtyli declaratoriæ ſunt.*
18 *Aliæ leges ſtyli correctoriæ ſunt.*
20 *Aliæ leges ſtyli, noui iuris deciſiuæ ſunt.*
21 *Aliæ leges ſtyli, nec interpretātur, nec corrigunt, nec nouam ſanctionem ædunt, ſed alijs iuribus conueniunt.*
22 *Innumera iura declaratione & correctione promiſcuè vtuntur.*
23 *Quando perſpicuè non conſtat, an lex declaret, emmendet nouumvè ius ſtatuat in dubio declaratoria cenſenda eſt.*
24 *In caſu dubio leges ſtyli, tanquam declaratoriæ cēſendæ ſunt, & ad caſus præteritos extendendæ.*
25 *Si ſcriptura eſt contraria inſcriptioni; hæc non inſcriptio attenditur.*
26 *Lex in aliqua parte declaratoria, in alia vero correctoria, vel noui iuris promulgatiua, ſcinditur, & declaratoria ad præteritos caſus, correctoria vero ad futuros tantum extenditur.*
27 *Pœna de nouo ædita, non extenditur ad factum præteritum, licèt aliàs damnatum eſſet.*

28 Diſ-

28 *Disputatur an leges Tauri, declaratoriae sint necne.*

29 *Plures leges Taurinae correctoriae, aliae noui iuris decissoriae sunt.*

Secunda pars Rubricae.

Por otra manera se llamã, declaracion de las leyes del Fuero.

1 HÆC Rubricae secunda pars e styli effectu agit, effectus autem est ambigua, scilicet, declarare, vt probatur in cap. Ex literis, de cõstitutio. vbi Abb. numer. 5. & or
2 dinarij omnes latè tractãt. In casibus enim dubijs declaratione est opus, & ea est vsus Sũmus Pótifex in prooemio Clemẽtinarũ illis verbis. *Necessaria est superioris authoritas, vt tã per determinationis oportunae suffragiũ tollat ambigua, &c.* & in prooemio lib. 6. decretaliũ, ibi. *Nunc antiquorũ declaratione, &c.* & ibi: *Super hoc cum instãtia requisiti à multis ambiguitatem & incertitudinẽ huiusmodi dispendium pluribus afferentem omnino tollere, ac elucidare:* & Imperator in prooemio Codicis, & in Authentica in medio litis. §. Si vero aliqua colla-
3 tione. 8, & alibi sępè. Et ab ipso iure naturae declarationem descendere legimus, in l. 2. §. His legibus. ff. de origine iuris, ex quo §. Ellicit Baldus ibidem, in prin
4 cipio. Interpretationem vt poterem admodum vtilem ac necessariam nulla constitutione prohiberi posse, argumẽtatur enim de necessario ad impossibile, vt sicut dispositio impossibilis nõ
5 valet. Nec etiam necessaria prohiberi possit, idemque adnotauit Baldus in cap. Per trãslationem, de renuntiatione, nu. 1. ad medium, & in l. Quãuis in principio. C. de in ius vocando, vbi ex praedicta lege docet legis ver
6 ba licèt praecisa sint. Interpretationem tamen admittere, idem Baldus in l. 1. nu. 77. C. Qui accusare non possunt, vbi ait, verbũ, precisũ recipere interpretationem probabilem & necessariam, idem Baldus in cap. Cum M. Ferrariensis de cõstitutionibus, n. 28. firmans verba Pontificis, etiã praecisa recipere interpretationem, & tacitam conditionẽ, idem Bald. in cap. 1. eodem tit.
7 num. 16. Docens praedictam interpretationem ita intelligendã nempè si non transgrediatur terminos suos, & de hac re videndę sunt, glossae in l. Si pecuniam, in principio, versiculo, Necesse. ff. de condition. ob causam, & in c. ex eo, versicul. Rationis, de electione, lib. 6. Bart. in l. Stipulatus sum damã. ff. de verborum obli-

gationibus,Salicetus in l.fin. C. de nonnumerata pecunia,Iason. in l.Quamuis ff.de in ius vocando,num.2.Antonius de Butrio, in cap.3.de præbendis,Abb.in c. Proposuit,& in ca. Suggestum, de appellationibus,quibus ad stipulantur iura,in l.fin.C.de nonnumerata pecunia,& in c. Quēadmodum,de iure iurando,&in dict.l.Quamuis.ff.de in ius vo-
8 cando. Neque ommittendus est Baldi singularis locus,in l. Omnes populi.ff.de iustitia & iure, num.2.vbi ait: Etiam si lege caueatur,vt lex, vel statutū nō possit interpretari, accipi debere de hominis, & glossæ declaratione,non vero de legis interpretatione. Rursus, & his conuenit ipsius Baldi pulchrum in proposito dictum,in dict.l.1.§. His legibus,ad finē, de origine iuris,
9 inquit enim disputationem, & interpretationem fori, summe necessariam esse, quod considerans princeps hic,has in fori declarationem styli leges tulit,cui
10 solum licèt legum ambigua interpretari:super eisque iura promulgare, iuxta iura pervulgaria in l.fi.C.de legibus.l.2.§.Siquid vero.C. de veteri iure enucleando.l.2.& 3.titul.1.part. 2.l.3. tit.
11 3.libr.2.Ordinamenti. Et quando stylus dubius est assummere interpretationem à iure cōmuni statuti exemplo, docet Abb. in dict.cap.Ex literis,nume.5.de quo est omnino videndus Bartolus in l.Omnes populi.ff.de iustitia & iure,Innocentius in cap. Causam de rescriptis, Matianus in Rubric. de cōsuetudine, Abb. & ordinarij,in cap.fin. eodem titulo,& in c.Quam graui de crimine falsi,& in c.Adhæc,de sententia excommunicationis,&in cap.Quod super his, de fide instrumentorum,&in cap.Causam que,n.2.de testibus,Frāciscus de Aretio,consil.115. incipit,clarissimè & excelentissimè, Alexan. consil.36.volum. 2. Guidon.Papa consil.119. Rochus Curtius, in præfatione ad titulum de cōsuetudine,num.27. Rebuffus. 1. part.ad leges Regias,tit. de consuetudine,art.2.glos.13. nu. 18.
12 Stylumque Curiæ sæcularis interpretationem recipere à iure ciuili, Ecclesiasticæ vero à iure Pontificio,Author est Panormitanus,in d.cap.Ex literis, num. 5.& Baldus tractat.in l.1.C.Qui bonis cedere possint,& in l. 2.C. de successorio ædicto, & in l. Si nondum.C.de furtis, & in l.Maximum vitium.C.de liberis prę teritis,& in l.Meminimus.C.de legitimis hæredibus,& in l. 1. & 3.C.Quæ sit longa consuetudo, & in l.Contractus. C. de fide instrumentor.& in l. Ita nobis. C. de adulterijs,& in l. Acceptā.C. de vsuris,& in l.Milites.C. de testamento militis,&in l.Eo quod à multis, C. Si certum petatur,

&

& in l.7 C.de fide instrumentorum,&in l.2.C.An seruus ex suo facto:& in l.1.C. Per quas personas:& in l.Quicumque.C.de seruis fugitiuis:&in l.Cum allegas C.de vsuris:& in cap.in Ecclesia de constitut.& in cap.Quod Clericis, de foro competenti,Romanus in dict.l.2.de successorio ędicto,Ioan.And. in additionibus, ad Specul.in Rubrica de success. abintestato,in §.1. Anchiarra. in c.1.de constitutionibus, glossæ in capit,Possessor, de regulis iuris,in 6.& in cap. Cum esses, de testamentis,& in cap. 1. de noui operis nuntiatione,& in Clemētina.2.de iudicijs:& ibidem Cardinalis,Rebuffus vbi supra,num.
13 20.Apud nos tamen putarem ego Regio iure deffieciente summendam esse interpretationem à iure Pontificio, tam apud tribunalia Ecclesiastica, vel secula-
14 ria. Stylus enim & praxis iudiciorum ab eo fluxit, ad decisionemque causarum, ius Pontificium semper præualuit,&iuri ciuili antefertur, quinimo, & quoad causarum decisionem ius Pontificium allegari, eoque potius,quam ciuili esse dirimēdas lites,Baldus docet in l.1.C.Quēadmodum testamenta aperiantur,de quare latè differit Burgos de Paz in relectione primæ legis Tauri,ex numer. 590.
15 Vlterius ex nostra Rubrica animaduertendum est, vt quāuis regula iuris recepta sit legis dispositionem ad præterita non extendi,cùm futura tantum respiciat,C.Cognoscentes, de constitutionibus.cap.fin. eodem titulo. l. Leges & constitutiones.C. de legibus,& in Authent. Vt factæ nouę constitutiones:& ratio est,ne scilicet, aliqui puniantur sine causa,qui actum ante legis æditionem gesserunt,iuxta textum in capit.2.de constitutionibus,ex qua ratione infertur,legē latam duplici intellectu, qui possit futura & præterita intueri de futuris accipiendam, iuxta Panormitani doctrinam in cap. fi. de constitutio.n.3. omnes enim leges, non ea quæ anteriori tempore facta sunt damnant, sed in futurum obseruanda constituūt, iuxta l.3.Codicis Theodosiani, sub titulo de constitutionibus principum, & ædictis. Hæc tamen doctrina admittenda est, quādo lex correctoria sit,vel no-
16 ui iuris promulgatiua, legem vero declaratoriam ad præterita,extendi nemo dubitauit, cap. Cum dilecti, de accusationibus, Clemētina, Statutum,de electione.l.Non dubium,C.de legibus l.vltima & penultima.C.de Sacrosanct.Ecclesijs,& probat textus in Authen.de filijs natis ante dotalia instrumenta.§.1.
17 Has itaque nostras leges styli,quippè quæ declaratoriæ sunt, vt ex earum inscriptione constat, non

folum admitremus in his, quæ acciderint contigerintve, post earum æditionem, sed ad casus præteritos extendemus, iuxta prædicta iura.

18 Considero tamen nonnullas, huius nostri voluminis leges declaratorias esse, vt cõstar ex l.42.
19 43.47.& alijs. Aliàs correctorias, vt patet ex l.44.& 45.& alijs. Al-
20 teras noui iuris decisiuas, vt liquet ex lege.9.& 10. iuncta declaratione nostra alterisque hu-
21 ius voluminis. Aliàs tamē quæ nec interpretãtur, nec corrigũt, neque nouam sãctionē ædunt, sed alijs iuribus conueniunt, vt videre est, ex l.1.2.3.& 4.& innumeris infra, ex quo constat Regem, hic non solum leges interpretatiuas, sed & correctorias nouique iuris promulgatiuas, aliásque alijs concordantes, ædere & promulgare voluisse: & tamen omnis inscriptio est de lege declaratoria, vt patet ex Rubrica, & sic nõ immerito dubitare possemus, an omnes nostri styli leges ad casus præteritos trahantur, vel hæ tantum quæ expresse declaratoriæ sunt, iuxta prædictam, & per vulgarem legis nõ
22 dubium regulam. Rursus, quia innumera iura declaratione, & correctione promiscue vtuntur, l.1.§.Qui operas ad Tertullianũ l.1.de origine iuris, l.Sancimus C.In quibus causis in integrum restitutio, non est necessaria. l Cum Aquilisna.ff.de transactio-
23 nibus. In hoc itaque existimarem distinguẽdum esse, nempè, vt quando perspicuè non constiterit, an lex declaret, emmendet, nouumvè ius constituat, tunc in
24 dubio declarare videatur. Sicque siquid iudico has styli leges exponere debemus, vt scilicet, declaratoriæ sint in casu dubio, & ad casus prætericos extendantur, quando tamen apertè patet corrigere, vel ius nouum constituere, vel ei concinnere, & conuenire: tunc iuris principium: amplectendum sit, quo docemur legem, nunquam de præterito disponere, vt supra ad notatum est.

25 Nec huic verissimè explanationi refragabitur ipsa declaratoria nostræ Rubricę inscriptio: nam si scriptura est cõtraria inscriptioni, illa, non, hæc, arrẽdenda est, iuxta textum in cap. Cum dilecti, de accusationibus, vt ex Baldo, Purpurato, Aretino, & Castrẽsi, docet Paz in dict. proœmio, num.438.

26 Deinde animaduertẽdum est legem, quæ in aliqua eius parte declaratoria est in alia vero parte correctoria, vel noui iuris promulgatiua, hoc casu scindi debere, ita vt pars legis, quæ declaratoria est ad præterita correctoria vero, vel noui iuris decisiua ad futura, tantum negocia trahatur, iuxta textum in cap.2. de cõstitu-

ſtitutio, & Clementinam vnicam, iuncta gloſſa, verbo, de cætero de vſuris & caput vnicum, de Clericis non reſidentibus, li-
27 br.6. Docet Abb. in cap. fin. de conſtitutio. numer. 8. vbi ſcribit exemplum in conſtitutione prohibente vſurarum exercicium, ſub pœna publicationis omniũ bonorum, quo caſu licèt factum ſit damnatum de præterito, pœnam tamen publicationis cũ ſit de nouo ædita, non extẽdi ad eos, qui vſuras exercuerunt ante conſtitutionis promulgationem firmat, & idem docuit prædictus author. 11. num. ſequenti, his verbis. *Niſi partim eſſet declaratoria, & partim æditoria, quia tunc quatenus ædit de nouo dicendum eſt, vt de conſtitutione noui iuris æditoria*: quam doctrinam extollit Ioan. Crotus in repetitione legis omnes populi. ff. de iuſtitia & iure.

28 Ex quibus infertur intellectus ad leges Tauri, an, ſcilicèt, declaratoriæ, correctoriæ nouive iuris promulgatiuæ ſint, effectus autem maximus erit futuri, vel præteriti temporis prætextu, cum & ad hoc declaratoria lex extendatur, vt ſuperius adnotauimus, & omiſſa longa diſputatione putaui in hac re prædictam generalem regulam accipiendam eſſe, videlicet, vt quanuis in proœmio legum Taurinarum, de interpretatione & declaratione mentio fiat, & ex verbis proœmialibus latoris legis mẽs pareſiat. l fi. ff. de hæred. inſtituẽdis. Hæc tamen doctrina admittenda ſit, ſecundum anteriorem legum ſtyli expoſitionem, videlicet, vt in caſu dubio legem declaratoriam, non vero correctoriam dicamus, vbi tamen corrigit, vel de nouo ſancit ſcriptura legis, non autem proœmialia, verba, conſideranda ſint, vt ſupra oſtendimus: in Tauriniſque legibus omnes declaratorias eſ-
29 ſe minime dicendum eſt. Multę enim, vt ex earum contextu apparet correctoriæ, vel noui iuris deciſoriæ ſunt, vt probatur in l. 17. vbi valet melioratio facta filio in poteſtate, quæ de iure communi ipſo momento nulla erat, quia ipſo inſtanti res acquirebatur patri, vt in l. Si donationes quas parentes. C. de donationibus inter virum, & vxorem, & in l. Si donatione. C. de donatio, & quinque illius legis deciſiones iuri contrarias recenſet Tellus Fernandez ibidem, ante numerum primum, & ex num. 1. cum ſequentibus, deinde l. 44. Tauri, correctionem continet, dum decidit donationem factam titulo maioratus, eſſe reuocabilem, cũ de iure communi, ſi tamen facta non eſſet filio in poteſtate, irreuocabilis eſſet, vulgaris lex perfecta donatio. C. de donationibus; quæ ſub modo, cum ſimilibus,

bus, lex quoque vndecima ius corrigit, dum disponit filium naturalem esse illum, qui nascitur ex his qui contrahere matrimonium poterant, & tamē iure Codicis requirebatur cōcubina domi retenta, vt in Authentica, Licèt, versiculo, Naturalis ex concubina. C. de naturalibus liberis, & in Authentico, Quibus modis naturales efficiantur legitimi. §. Palam, & alia quinque desiderabantur, quæ congerit Tellus in dicta lege. 11. in principio.

Postremo & in l. 4. inducitur iuris communis correctio, inquit enim damnatum ad mortem posse testari cum intestabilis fieret per legem primam. ff. de bonis damnatorum, legem qui vltimo. ff. de pœnis.

Hoc ergo solum præcipuum hac in secunda Rubricæ parte, animaduertendum est, vt quanuis in his styli legibus, Taurinis, & alijs, inscriptio declaratoria sit. Nihilominus tamen, si ex legis scriptura ad quam, potius quam ad Rubricam respici debet, aliud suadeatur inscriptioni inhærere, non adstringamur: & quia de lege declaratoria præstantissimi Commentarij ædicti sunt: extra rem nihil agere cupiens, meosque verbosos facere: finem impono diserte lector. licet innumera alia se se mihi obijcerent, quibus hanc Rubricæ partem exornare facilè potuidem: sed breuitati operis, & labori tuo consulens, his dumtaxat quæ ad veritatem elli cidam concernere videbantur: vsus sum itaque longius quam res postulabat proficisci sum veritus, ad legumque interpretationem descendo, quæ cum supe rius ostendi præcipuè conditæ sunt à potentissimo Alphonso Cognomento sapienti, & cum consilio procerum sui magni cōsilij, iustitia, sanctitate, veritate, æquitate, æqualitate, & sapientia refertæ: inuiolabiliter custodien dæ sunt, si alia recentiori lege expresse non sint derogatæ: vsus enim probatio hic minimè desideratur.

Textus Primus.

ES a saber, que si alguno pone su demāda, y es el pleyto començado por respuesta, si despues pone no razonan algunas otras cosas en el pleyto, demas de las que puso en la demanda, las quales ayudariā a la demanda. si puestas las ouiesse en la demanda, no las puede poner, ni le deuen ser recebidas despues del pley-

to

to començado, e conteſtado, que quiere dezir en romance, començado por reſpueſta. Pero es a ſaber, que ſi el demandador requẽ ta en ſu demanda el fecho, e no haze ſu demanda en el libelo, ni pedimiento, aſsi como ſi dize, conozca o niegue fulano ſi deue ciẽ marauedis que le preſtè. Y el demandado reſponde e dize, que ge lo niega, y el demandador trae prueuas, e prueua ſu intẽcion eſtonce, ò en antes que las razones ſean encerradas, deue el Alcalde de ſu oficio dezir al demandador que diga que pide. E ſi el demandador, preguntandogelo el Alcalde, ò el ſin preguntargelo el Alcalde pidiere que condenen al demandado en lo que demanda, ſegun en ſu demanda ſe contiene, o faze pedimiento por otras palabras, valdrà lo que es paſſado en el pleyto, y darà ſentencia el Alcalde, è no ſe desfarà el pleyto, ni el juyzio, maguer el pedimiento fue fecho deſpues del pleyto conteſtado. Mas ſino fiziere pedimiento ante que las razones ſean encerradas, no valdrà lo que paſſò en el pleyto, ni la ſentencia que dio el Alcalde, daran el pleyto por ninguno, y eſto que dicho es de ſuſo, que ſi el pedimiento ſe faze deſpues del pleyto conteſtado: è ante que las razones ſean encerradas, que valdrà el juyzio: y eſto es porque lo touo el Rey Don Alfonſo aſsi por bien, è aſsi ſe guarda en la Corte. E touo el Rey Don Alfonſo aſsi por bien, porque ſe vſaua aſsi eſtõce, de dar en ſu caſa las cartas ſin pedimiento, y el que lleuaua la carta del Rey, no fazia otra demanda, ni otro pedimiento, ſino que la carta del Rey pone por ſu demãda: è porque los hombres otroſi de la tierra, vſauan de hazer ſus demandas ſin otro pedimiento. Mas ſegun derecho fue fallado, que en la demanda ſe auian de hazer el pedimiento, y deſpues el conteſtamiento, y en otra manera que no era valedero el pleyto, ni el juyzio, quia iuxta petitionem ſententia dictanda eſt. Y eſto que dicho es de ſuſo, ha lugar quando el demandado niega la demanda, mas ſi conoce la demanda, maguer pedimiento no aya, valdria.

SVM.

competat, iudex debet absoluere ab obseruatione iudicij.

26 Sine litis contestatione, iudicium corruit.

27 Si decem petantur, & viginti probentur, vltra decem non potest sententia proferri.

28 Appellans iudicatis potest se opponere, & quomodo accipiatur regula 1 ac.

29 Interposita appellatione, res reducitur ad statum, in quo erat tempore primæ instantiæ.

30 Iudex causæ appellationis, non cognoscit vltra ea, de quibus cognouit iudex causæ principalis.

31 Instantia appellationis diuersa est causa tamen eadem.

32 Intelligitur textus in l. In delictis. §. Si detracta. ff. de noxalibus.

33 Intelligitur textus, in §. Si minus, institutа, de actionibus.

34 Et hoc numero interpretatur d. §. Si minus.

35 Quæ ex natura actionis veniunt, contestata esse videntur.

36 In accessorijs & virtualiter comprehensis, non pronuntiatur vltra petita.

37 Sufficit rem petere, ad hoc vt iudex possit condemnare in rescisionem contractus.

38 Rescisio in petitione rei, comprehenditur, tanquàm necessarium antecedens.

39 Remedium rescindens, non est separatum à rescissorio.

40 Post litem contestatam regulariter actionis mutatio non admittitur vsque ad eo, vt nec partium consensus in hoc operari possit.

41 Ethymologia contestationis narratur.

42 Aliud Ethymon litis contestationis adnotatur.

43 Intelligitur textus in l. 1. & aliæ, ff. Quod iussu.

44 Interpretatur textus cum alijs, in l. Qui testamento. §. fin. ff. Qui testamenta facere possunt.

45 Exponitur textus in l. Priusquã distraheretur. C. de distractione pignorum.

46 Verbum contestatio, actiua & passiua significatione summitur.

47 Litis contestatio non solum in ciuilibus, sed & in criminalibus requiritur.

48 Improbatur Parladorij interpretatio, dum festum, & Tiraquellũ improbat.

49 Attestatione & testificatione vis, & proprietas litis cõtestationis deducitur.

50 Lis contestata dicitur cum iudex per narrationem negocij causam audire cœpit.

51 Litis contestationis diffinitio adnotatur.

52 Inter iudiciales actus precipuus, est litis contestationis.

53 Si ommittatur litis contestatio, lis nulla est.

54 Litis contestatio, est iuris publici.

55 In causis summarijs, non requiritur

tur litis contestatio, nisi in causa ordinaria summarie procedatur.

56 *In tribunalibus superioribus litis cõtestatio non consideratur.*

57 *Nonnulli negant contestationem fieri per confessionem.*

58 *Contestari verbum, & testes producere, vocare & nominare significat.*

59 *Reo inficiante, sortiuntur suum effectum omnes qui ex contestatione resultant.*

60 *Reo fatente, nulla sunt partes iudicis.*

61 *Multis per affirmatiuam contestari, placuit aliis per dubitatiuam, pluribusque verbis contestatio fiebat.*

62 *Et post litem contestatam pars declarare potest quid petat.*

63 *Sine actione & petitione sententia proferri, non potest.*

64 *Iudicium, non potest habere debitã formam, si libelli fundamentum ei deficiat.*

65 *Obscurum libellum à iudicio repellere debet iudex.*

66 *Sine petitione iudicium, non potest subsistere.*

67 *Iura ciuilia desiderant, vt actio exprimatur.*

68 *Iura Pontificia, non requirunt actionis expressionem.*

69 *Duplex expressio, est explicita, & implicita.*

70 *Libellus certus esse debet.*

71 *Intellectus ad. §. In duo. l. Si ex plagis. ff. ad l. Aquiliam.*

72 *Expressio actionis factum includit.*

73 *Siquis dicat se dominum satis concludit rei vendicationem.*

74 *In personali actione, requiritur factum expressum.*

75 *In reali actione cõcluditur certa actio conformis, in personalis, generalis, & informis.*

76 *Obligationes multis modis accipiũtur.*

77 *Iudex iubere debet actorem, vt petitionem incertam declaret.*

78 *Sententia debet esse conformis libello.*

79 *Iudex non debet pronunciare, de his qui non veniunt in actione, vel ex eius natura.*

80 *Libellus necessarius non est, qualis qualis tamen petitio desideratur, licet verbalis sit.*

81 *Quando res restitui nequit, æstimatio succedit.*

82 *Quando aliter causa expediri nequit, vltra petita, iudex pronunciare potest.*

83 *Natura iudicij magis inspicitur, quam modus agendi.*

84 *In dependentibus vltra petita, iudex pronunciat.*

85 *Et si res spoliata solum petatur, & in pœnam spolij iudex condemnare potest.*

86 *Et si petatur electio confirmari iudex pronunciare potest eam infirmandam.*

87 *In consequutiuis & accessorijs, iudex pronuntiare potest, licet petitum non sit.*

88 *Acces-*

88 *Acceſſoria dependencia. & conſecutiua, tacitè in eſſe viden tur in libello.*

89 *Acceſſoria, & in compromiſſo continentur, & in iuriſdictione, licet ſtricti iuris ſit.*

90 *In mandato procuratorio, conne xa comprehenduntur.*

91 *Iudicium vniuerſale eſt, quoad omnia capita quæ ei inſunt.*

92 *Si acceſſoria emergunt, ante litem conteſtatam in libello, peti debent ſecus ſi ſuccedunt poſt litis conteſtationem.*

93 *Acceſſoria an quantitate expreſſa in iudicio deduci debeant.*

94 *Sufficit liquidatio in litis proſecutione.*

95 *Per litis conteſtationem, non contrahitur cum iudice.*

96 *Interdum totum petitur, & fit cõdemnatio pro parte.*

97 *Quæ poſt litis conteſtationem eue niunt, multum ſpectant ad iudicis officium.*

98 *In criminalibus iudex, & vltra petita condemnat, & numeroſequenti.*

100 *Ciuile iudicium reſpicit ius radicatum in agente, criminis vero iudicium nequaquam.*

101 *Diuerſitas inter officium nobile, & mercenarium.*

102 *In re cauſa, & actione, ſententia libello conuenire debet, & numeris ſequentibus.*

105 *Reo fatente, nulla ſolemnitas requiritur.*

106 *Confeſſio ordinem iudicij, non deſiderat.*

107 *Si Actor decem petat, & viginti quis confiteatur in eis condemnatio fit.*

Lex Prima.

IN TEXTV, IBI: Començado por reſpueſta.

Scholium I.

1 PROBAT Ergo hæc lex iudicium incipere à litis conteſtatione, quod nulla alia iuris Regij lege video animaduerſum: quinimo nec iuris communis, inter Scribẽtes tamen cõtrouerſia eſt an ab ea, anvero à citatione lites exordiatur, & à cita
2 tione incipere, Author eſt Acurſius in l. Vbi cęprũ. ff. de iudicijs, Scholio. 1. vbi Bart. n. 3. & adducitur adhoc text. in l. Siquis poſtea. ff. Eodẽ tit. de iudicijs, & tex. in §. fin. Inſtitura, de pœna temere litigantiũ, & in capit. penultimo, de foro competenti, quibus iuribus ſuffragatur principium, de actionibus, vbi Imperator docet iudicium conſiſtere, vbi primum actio intenditur, & ſic antequam Reus reſpondeat, idem Bartol. in l 2. ff. de furtis, Alexand. in Rubrica de in ius vocando, Maranta de ordine iudiciorum, 6. parte, numero,
3 2. A litis tamen conteſtatione iudi-

iudicium inchoari, non vero à citatione, videtur, apertè colligi, ex pulchra decisione textus, in cap. Gratum, de officio & potestate iud. deleg. ibi. *Citatione facta negocium sit, quasi cœptum*. Ex quibus verbis corruit interpretatio Ripæ, in Ru-
4 brica de iudicijs, numero. 47. & 48. docentis iudicium cœptum dici à citatione integrum vero perfectum, & formatum à contestatione, sic volentis conciliare præfatas opiniones. Cui expositioni refragatur, verbum, illud, quasi cœptum, dict. cap. Gratum, iuncta l. Getis pro hærede, de acquirenda hæreditate, quamobrem dicen-
5 dum erit. Iudicium incipere, à litis contestatione, propriè & verè, iuxta nostram legem Impropriè vero à citatione, & sic intelligantur illa verba, quasi cœptum, & omnia iura in oppositum adducta hac distinctione conueniant, quam declarationem, tenuit Paulus in l. 1. numero. 4. C. de iudicijs, Curtius in Rubrica ff. de iudicijs, numero. 13. Decius in Rubrica eiusdem tituli in Decretalibus, numero. 1. Didacus Perez In Rubrica, titul. 1. libr. 2. Ordinamen
6 ti, quæstion. 7. Quibus addo quo ad actorem, & ad eius incommodum iudicium principium sumere ab ipsa citatione, adhoc, vt non posset apud alium iudicem reum conuenire, vt est de mente Bart. in dict. l. Vbi cœptum, n. 3. & 4. Et pulchrè docet Bald. in l. Ædita. C. de ædendo, numer. 47. versil. Quia dicit, & Baldi, verba sunt. *Quia dicit quod statim cum est proposita actio in libello intimata: intelligitur lis quasi contestata, ex parte agentis, & ideo non potest mutari.*
7 Prætextu vero rei ab ipsa contestatione initium iudicium summere eius fauore, ne ei præcludatur via excipiendi, & differendi litem, si aliqua dilatoria ei competat, vel respiciens personam iudicis, vt declinatoria, vel litigatoris, videlicet, legitimationis personæ, vt si pupillus sine tutore filius familias, & vxor sine licentia patris, & coniuges legatusvè, quandiu est in legatione, vt in Rubrica, Qui legitim. person. habeant. standi in iudicio. l. penult. ff. delegatio, vel totam causam, vt exceptio obscuri libelli, vel malæ actionis ante aduentum dici, vt in l. 1. quand.
8 dies legati cedat. Nam cum hæ omnes, & aliæ dilatoriæ exceptiones, opponendæ sint, ante litis contestationem, iuxta textũ in cap. Inter Monasterium, de re iudicata, & in l. Exceptionem. C. de probationibus, & de iure Regio, in l. 9. titul. 3. part. 3. & in l. 1. titul. 5. libr. 4. Recopilationis, ideo prædicti rei fauore non dicitur iudicium cœpium
9 ante eam. Cum ad impidiendum

dum litis ingreſſum dilatoria opponatur, textus in capit. Veniens, de teſtibus, ſi cœptum itaque iudicium diceremus à citatione, non poſſet ingreſſum impedire Reus: quod ſenſit Bernard. in dict. cap. Gratum, Scholio. 1. & optimè interpretatur Bald. in dict. l. Ædita, numer. 48 verſicul. Verum, ibi. *Verum dictum Petri, eſſet verum, quod conteſtatio fieret ſtatim, ex parte agentis: ſed ex parte rei nõ, vt ſint ſalua ſua*
10 *declinatoria*. Quoad omnes vero alios actus à citatione dicimus litem inchoari, quæ ſufficit ad perpetuandam iuriſdictionem iudicis delegati mortuo delegante, vt in dict. cap. Gratum, ſatisprobatur cui conuenit, lex Regia. 35. titul. 18. part. 3.

11 Neque ignoro opinionem Didaci Perez in Rubrica, titu. 1. libr. 2. Ordinamenti, quæſt. 7. aſſerentis, de iure Regni, niſi lite conteſtata non continuari iuriſdictionẽ delegati. In hoc enim falſus eſt alioqui doctiſsimus vir nam ex prædictis ſupradicta reſolutio verior eſt, & tenenda eique ſuffragatur. l. 35. tit. 18. par. 3.
12 vbi Greg. docet. Quinimo per ſolam delegationem adelegato emiſſam etiam ſi nondum ad citati notitiam peruénerit: iuriſdictio iudicis delegati perpetuata dicetur: ita vt morte delegantis poſt emanatã citationẽ ſine vlla intimatione: iuriſdictio delegata non expiret, vt docet Guido Pap. deciſ. 286. num. 4. & deciſio. 416. n. 2. Rota deciſio. 9. tit. de dolo & contumac. in antiquis, quæ omnia ſunt omnino menti com
13 mẽdanda, nam quãuis hęc quæſtio vulgaris ſit, non alibi, ſic inuenio diſcuſſam, aſsiduaque eſt in Tribunalibus, & in Granatenſi Prætorio, vidi ſatis controuerſam in cauſa Ducis de Seſa, & Baena, & Marchionis de Poça, qui actionẽ mouit prædicto Duci, ſuper oppido de Baena, quę intimata fuit Duci Romæ, vbi in legatione erat, & ante quã lis eſſet cõteſtata à Duce oppoſuit dilatoriam legationis qua durante nõ debebat conueniri. l. 2. §. Legatis de iudicijs, & ſic non adſtringi conteſtari litem, petijtque ſuper hoc pronunciari prius debere, liteque ſuper hac exceptione pendente prædictus Dux in Pintiano Conuentu, mouit actionem Marchioni de Poça ſuper oppido de Poça, cui conteſtando reſpondit Marchio, & reconuenit Ducem ſuper opido de Baena, & deſtitit à ſua actione quã prius, mouerat Granatæ allegans ante litem conteſtatam à Duce, non dici iudicium cœptum, & ex prædictis forſam, & alijs fundamentis demonſtratũ fuit, quoad ad Actorem à citatione iudicium inchoari, obtinuitque Dux & cauſa remiſſa ad Granatenſe Prætorium.

IN TEXTV, IBI
No las puede poner.

Scholium. II.

14 NAM Post litē cō testatam nō potest innouari, c. Accusatū de Symonia. C. Significauit, de eo qui duxit in matrim. quam pol. c. Ex literis. c. Quoniam, de iurepatronatus. l. Senatus, de officio Præsidis. l. Fideiussor. §. fin. ff. Qui satisd. cōgantur. l. Ædita. C. de ędēdo inter plures itaque effectus, litis contestationis, quos recenset Speculator, in titul. de litis contestatione, verbo, effectus, Bonifacius, in Peregrina, verbo, litis contestatio, quæstione. 3. Maranta. 6. parte, numero. 10. Damaudenius. c. 120. Andræas Gail, pract. obseruatio, de litis cōtestatio. lib. 1. obseruatio. 73. vsq,
15 ad 78. Præcipuus est qui deducitur ex litera nostri text. nempè, vt post litem cōtestatā, actor noua petēs vltra cōtēta in sua actione, non sit audiendus.
16 Cum litis contestatio habeat vim, quasi cōtractus, vt placuit Vlpiano, in l. 3. §. Idem scribit. ff. de peculio, per quam litis contestationem, ita quis obligatur instantiæ, vt ab ea discedere, & pœnitere nullatenus queat, vt ita intelligatur textus, in l. Non id circo. C. de contrahenda emptione, ibi. *Nec enim licet incontinenti facta, pœnitentia contestatio cōsensu finita rescindit.* Et in l. Is qui se obtulit. ff. de reiuendicatio. sensusque est per illū quasi contractum obligari, quē ad id quod in iudicio petitū est, si in diffinitiua condemnetur, per quam iste quasi contractus perficitur, & perinde condemnatus obligatus remanet, ac si verè contractum publicum fecisset, vt optimè interpretatur Felinus, in Rubrica de re iudicata,
17 numer. 23. Qui omnino inspiciendus est, super his enim, quæ in actione non fuerunt expressa, iudicium non consistit, iuxta d. l. Ædita. C. de ædendo, l. 2. C. de reiudicat. vbi Doctores late tractāt, ꝙ procedit etiam in Curia Principis. ex l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. quæ præcise requirit actionē super illa re, de qua debet iudicari, vt constat ex illis verbis. *Conteniendo se toda vna demanda, &c.*
18 Quam declarat late Auendaños, responsio. 1. & Azeuedo in Scholijs, ad dict. l. 11. & quanuis aliquando Princeps posit iudicare super non petitis, ex clausula generali, ius & iustitiam. Accipitur tamē quādo procedit ab eadem origine petitorum, ex notatis per Bart. in l. Æmilius, de minoribus, Antoniū de Butrio, in cap. Licèt Hely,

de

de Symonia, Capici. quæſtio-
19 ne. 10. numero. 24. Articuli-
que probationes, neque inſtru-
menta producta, aliquid ope-
rantur, ſuper non peritis in ip-
ſa actione, liteque ſuper ipſa
conteſtata, cum productio in-
ſtrumenti non ſit petitio, ſed
20 probatio. Probatio vero fieri
non poteſt, niſi eam petitio præ
cedat, quia probatio eſt de me-
dijs cauſæ, & ſine principio ad
media, perueniri non poteſt,
quæ ſunt verba, Bald. in l. Si-
quis libellos. ff. de appellation.
& conducit textus, in Clemen
tina, Sæpe, de verborum ſig-
nificatione, & quod notat Ia-
ſon, in §. Præiudiciales, nume-
ro. 25. Inſtituta, de actionibus,
Alexander, conſilio. 201. nume
ro. 1. libr. 2. Craueta, conſilio.
223. numero. 3. & 4. Socinus in
capit. 1. numero. 22. vbi late diſ-
putat, de libelli oblatione, De-
cius, in l. Vinum, numero. 42.
ff. Si certum petatur, quia ſu-
21 per non conteſtatis, non eſt lis,
vt in Authentica, Offeratur.
22 C. de litis conteſtatione. Et
proſequutio quantumuis gene-
ralis non extendit iudicium vl-
tra metas actiones, vt in l licèt.
C. de iudicijs, vbi Salicet. & Ia-
ſon. & in capite Dudum, vbi
gloſſa, verbo, prohibemus,
de decimis, & in l. Et an eadem.
§. Actiones, vbi Bart. de excep-
23 tione rei iudicatæ. Ex quibus
concinitur Auendañi lapſus,
reſponſo. 1. numero. 18. qui ex
l. Regia, quæ ſancit in his Re-
gnis veritate inſpecta, iudicari
debere iuris ſubtilitatibus reie-
ctis, deducit actorem, qui agit
ex vna cauſa, & probat aliam
poſſe à iudice petere, vt reum
condemnet ex ea cauſa, quæ be
nè probata fuit, quamuis ſuper
illa actione iudicium inceptum
non ſit, quem non minus do-
ctè, quàm eleganter impugnat
Doctor Arius Pinellus, in. l. 2.
in 3. parte. cap. 3. numero. 28. &
29. C. de reſcindenda venditio-
ne, pro qua opinione eſt textus
expreſſus, in l. Habebat. ff. de in-
ſtitoria actione, & in l. Rem. ff. de
in rem verſo, quæ probant agen
tem ex vna cauſa obtinere non
24 debere, ſi probet ex alia, quàm
ea de qua agit. Et hoc notant Do
ctores, perèque omnes & Bart.
in l. 1. numer. 12. ff. de ædendo,
Paul. Caſtrenſ. in l. Depoſuit vbi
textus & gloſſa. ff. de peculio, id-
que copioſè tradit, & ornat Fe-
linus in cap. Licèt cauſam, num.
4. cum ſequentibus, de probatio
nibus, & in cap. Examinata de iu
dicijs, Matthæus de Afflictis de-
ciſion. Neapolitana. 60. & Nico-
laus Boerius deciſio. 289 num.
2. qui allegat. l. Vt fundus. ff. Cō-
muni diuidundo, & Craueta cō-
ſilio. 80. numero. 17. Pariſius cō
ſilio fin. n. 10. vol. 1. Thom. Grā-
mat. conſil. 26. numer. 16. & huc

pertinet Iurisconsulti respon-sum, in l. Bæbius Marcellus. ff. de pactis dotalibus, vbi si agatur inepte ex vna actione cu illa non competeret, sed alia iudex proferre debet sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij, quem textum ad id summe cōmendat Bald. in Authentica, Et & siquis, num. 6. C. de secundis nuptijs, & Iaso in l. 1. numer. 39. ff. de ædendo, & in §. Omnium numero. 118. Instituta, de actionibus, cuius rei ratio illa potissima est, quæ ex Baldo deducitur, in l. 2. C. de probation. & ex Paul. Castrensi, in l. Et an eadem propè fine, de exceptione rei iudicatæ, videlicet, quia in iudicio respectu illius actionis, quæ deducta non est litis contestatio defficit, sine qua iu-

26 dicium corruit. Et probationes factæ super actione, quæ in iudicio proposita non est, nullæ sunt, & nullius roboris: ex communi, & receptissima sententia, Bald. in l. 1. numer. 8. C. Vt in possession. legatorum, quam Arius Pinelus, vbi supra, numero. 28. & 29. receptam esse firmat, & alias authoritates adducit.

27 Ex quibus docuit glossa, in l. Verbum opportere. ff. de verborum significatione, si decem petantur, & lite contestata viginti deberi actor probet, non posse vltra decem sententiam

28 proferri. Ex his quoque infertur interpretatio ad textum, in l. Ampliorem, de appellation. & ad capit. Fraternitatis, de testibus, cum similibus, vbi appellans potest se iudicatis opponere, debet enim accipi, non vt noua petere possit, sed solum discutere super articulo, in quo est apellatum, vel connexo non in alio, iuxta textum in l. Etiam. §. Ex causa. ff. de minoribus, & in. l. Quod tamen. ff. de arbitris, & in l. Si ex falsis. C. de transactionibus, & in. l. Offerendis. C. de appellation. & Accursius docet, in dict. l. Ampliores, verbo, iudicatis: itaque quanuis appellans possit, non allegata allegare, & non probata probare: intelligitur tamen dummodo, ea quæ allegantur in secunda instantia, non faciant nouam rem, vel diuersam actionem à mota in prima instantia, casus est expressus, in lege, Per hanc. C. de temporibus appellation. quàm adhoc

29 inter alios extollit Romanus, consilio. 371. numero primo, Qui rationibus pluribus confirmat, & inter alias, quia interposita appellatione, res deducitur ad statum, in quo erat tempore primæ instantiæ, facta contestatione, lege, Ita demum. C. de procuratoribus. l. final. §. Illud. C. de temporib.

rib. appellation. ſed poſt litem conteſtatam, non poteſt mutari libellus primæ inſtantiæ, iuxta noſtram, l. Et textum, in dicta. l. Ædita. C. de ædendo, ergo non poteſt mutari in cauſa appellationis, & Romanum, ſequuntur, Decius in dict. lege Ædita, numero. 54. qui refert Antonium, in capit. 2. columna. 2. de libelli oblatione, & Purpuratus, in eadem lege Ædita, numero. 75. Quibus addo Bartol. in l. 1. C. Si aduerſus libertatem, in fine, vbi regulam ge-
30 neralem, conſtituit, eam, ſcilicet, vt iudex cauſæ appellationis, non cognoſcat vltra ea, de quibus cognouit iudex cauſæ principalis, & Bartol. refert & ſequitur Robertus Maranta, in Speculo aureo. 6. parte. 2. articulo principali, numero. 151. licèt enim ſit inſtantia diuerſa, vt
31 probatur in l. 1. C. Ne liceat in vna eademque cauſa, & in l. Mater. C. de procurat. cauſa tamen eadem eſt, iuxta dictā. l. 1. & ex rubro, & nigro, illus tituli patet, & ideo decidit lex noſtra, vt petitio mutari nulla ratione poſsit, vt in §. Sic itaque inſtituta, de actionibus: & in l. final. C. de errore aduocatorum, & in l. Cum pactum. C. de liberali cauſa, & in l. Aurelio. §. fin. ff. de liberationibus. l. Duobus. ff. de exceptionē rei iudicatæ.
32 Neque huic ſententiæ refragatur textus in l. In delictis. §. Si detracta. ff. de noxalibus, quia ibi non mutatur actio, vel res, vel cauſa, ſed quodam beneficium datur, vel aufertur conuento, ex prædicta. l. Competēs, vt in gloſſa magna, dict. l. Ædita Accurſius interpretatur.
33 Neque rurſus obſtat textus, in §. Si minus inſtituta de actionibus, qui probat eum qui minus, quàm ſibi deberetur iudicialiter petierit, non prohiberi reliquum petere, nam quamuis (vt Accurſius ibidem refert) nonnulli, illum textum intellexerint, ita vt ſine noua conteſtatione reliquum poſsit ab actore peti, ex duabus falſis rationibus, quas ipſe refert in Scholio, *In eodem iudicio*, ait tamen nulla ratione actionē immutari poſſe, niſi vſque ad litem conteſtatam, cū neque videatur in iudicium veniſſe, illud quod poſt litis conteſtationem contigit, iuxta textum in l. Non poteſt. ff. de iudiciis, & in l. Cum quæritur. ff. de exceptione rei iudicatæ, exponitque dict. §. Si minus, & eius verba. ibi. *In reliquum eum nihilominus iudex aduerſarium, eodem iudicio ei condemnat* · id eſt coram eodem
34 iudice, vt ſenſus ſit, vt ſi decem alicui debeantur, & quinque petierit, & lis fuerit conteſtata reliquum apud eundem iudicem petere non prohibeatur, non vero, in eadem inſtantia iudicij,

cum super residuo noua lis causa
ri debeat, de nouoq; lis contestari, aliàs enim sequeretur actionis emendatio, & mutatio contra omnia iura: iudiciumque appellatur in litera illius textus, propter identitatem iudicis, & causarum, vt Franciscus de Aretio in eodé. §. Declarat, in principio, & Accursius dicto verbo, iudicio, & optimè interpretatur Ioannes Faber. ibi. nu. 3. & 7. qui quamuis dubius, & fluctuãs saltē tenet super nouiter petitis copiam reo dandam, responsioneque, & contestatione rei opus esse adhoc, vt super residuo lis determinetur, prædictamque opinionem admittit Balduinus ibi, versicul. In reliquum, & est communis, secundum ordinarios, ibidem.

35 Prædicta tamen vera communis & recepta conclusio limitari debet, quando illud super quo pronunciatur accessorium est, aut virtualiter comprehenditur ex natura actionis, quia tũc dici non poterit sententiam ferri vl-
36 tra petita, ea enim quę ex natura actionis veniunt implicitevè insunt ipsa prima litis contestatione, contestata esse videntur: iuxta Baldi doctrinam. in l. fin. numero. 7. C. de fideicommiss. libert. & latè tractat. Felinus in capit. Licet Hely, de Symonia, & Octauianus Cacheranus, in decisione. 1. Pedemontana, numero. 24. & docet Anton. de Butrio, in capit. Constitutus, num. 25. de Relig. domibus, vbi post glossam, verbo, iustam ratam, ait
37 sufficere rem petere, adhoc, vt iudex posit condemnare, in rescissionem contractus, cum ex petitione rei, & rescissio contineatur, tanquam necessarium antecedens ad rem petitam, vnde infert minorem, vel Ecclesiam quę
38 petit, rem quam vendidit: videri rescissionem venditionis petere licet, ex verbis non appareat. Sequitur & valde cõmendat Alex. in Rubrica. C. Qui admitti, numer. 2. idem cons. 52. num. 8. volum. 2. & consil. 197. num. 8. vol. 5. Cũ remedium rescindens, nõ sit separatum à rescissorio, secun-
39 dum prædictam doctrinam: & tradit Imola, in Clem. 1. de restitutione in integrum, nu. 21. versicul. In hoc tamē vltimo, Guid. Pap. decisio. 143. à principio, qui ait ita seruari, ex consuetudine in Francia, ad euitandum circuitum, & vt finis litibus imponatur: & hanc opinionem vti veriorem amplectitur Esforcia, de restitutione in integrum. 1. par. q. 31. artic. 5. num. 36. cum sequentibus, præcipuè num. 38. versic. Ego putò, & pro hac sunt etiam plura iura, quæ doctè considerat Mauricius, de restitution. cap. 9. num. 3. & ex iure Regio, in quo inspecta veritate iudicatur, vt in l. 10. tit. 9. libr. 4. Recopilationis, est

est indubitabilis conclusio, vt in simili sentit Additionator ad nouas decisiones Rotæ, decision. 7. sub titul. de restitut. in integrũ, refert & sequitur Esfortia, dict. 1. par. quæst. 31. art. 4. num. 35. & indiuidualiter iudicium rescindens, & rescissorium posse simul cumulari, docet Maranta in practica, titul. *Et an iudex sit competẽt.* 9. distinct. num. 26. & 32. In om-
40 nibus tamen alijs casibus absque dubio prædicta regula accipienda est, nempè vt post litem cõtestatam actionis mutatio, non admittatur iuxta superius adnotata, quodvsque ad eo verum est, vt etiam si partium cõsensus accedat, nihilomagis emmendatio locum habeat cum actus iudicij substantiales partium consensu tolli nequeant, glossa, in capit. de causis, verbo, consensu, de officio delegati, & docet Alexand. in dict. l. Ædita, num. 9. & 10. qui innumeris fundamentis hanc opinionem firmat.

IN TEXTV, IBI. Començado y contestado.

Scholium. III.

F ESTVS Pom-
41 peius vir antiquitatis peritissimus, libro. 3. ait contestari dici duos, aut plures aduersarios, quia ordinato iudicio, vtraque pars dicere solebat testes estote, quod Pompeij Ethymon refert Brisonius, de verborum significatione, libr. 3. verbo, cõtestari, idem Brisonius, de formulis, libr. 5. fol. 421. versicul. Cæterum, & Hotomanus in Commentario verborum iuris, verbo, contestari, & prædictis authoribus tacitis, eiusdem Ethymologiæ meminit Tiraquellus, de retractu linagier. §. 15. glossa 2. num. 2. Cui Ethymologiæ cõcinnit alia non dissimilis, quàm
42 refert Rota, decisio. 6. n. 1. de litis contestatione, in nouis: quippè quæ ait litis cõtestationẽ esse si-
43 mul testationẽ, siue mẽtis declarationẽ volẽtiũ litigare. Et hinc intelligendus est text. in l. 1. ff. Quod iussu. l. Honores. ff. de decurionibus, & l. 3. C. de fide instrumentorum, vbi verbum contestari significat testibus adhibitis, aliquid declarari & profiteri.
44 Rursusque, & ex prędictis interpretatur textus in l. Qui testamento. §. fin. ff. Qui testamenta facere possunt, & in l. Acceptã C. de vsuris, vbi contestatio pro testatione accipitur, & in hunc sensum accepit Paul. libr. 2. receptarum sententiarum, titul. 13.
45 & secundum prædictam interpretationem intelligitur quoq; textus, in l. Si priusquã distraheretur. C. de distractione pignorum, & in l. Non id circo. C. de con-

contrahenda emptione, vbi contestatio accipitur pro protestatione coram testibus, & ibi exponit Accursius, verbo, contestatio.

46 Vlterius animaduertendum est verbum contestari non actiua tantum, sed & passiua significatione in iure inueniri: vt constat ex l. 1. in fine. ff. de ferijs. l. 3. §. Si is cuius. ff. de sepulchro violato. l. Senatus consulto. ff. de officio præsidis, l. 3. C. de nouationibus, & in alijs pluribus iuribus (quasi sensus sit) vt si partes contestari nolint, ad hoc, iudex cogat: ut benè interpretatur Vlpianus in dict. l. 1. versicul. Sanè. Cũ lite non contestata regulariter absolutio, vel cõdemnatio fieri, aut ad diffinitiuã perueneri nequeat, caput Vnicum, de litis cõtestatione, caput Dudum, de electione, & docet Bart. in l. Consentaneum, numer. 5. C. Quomodo
47 & quando iudex, litisque contestatio nõ solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, & quidẽ publicorum iudiciorum accusationibus, desideratur, l. 1. C. Ex delictis defunctorum. l. Ex iudiciorum publicorum. ff. de accu-
48 satio. Festum tamen Pompeium Tiraquellumque impugnat Parladorius, rerum quotidian. cap. 14. num. 2. aitque in lite per agẽda veteres primum de fori persona rũque præscriptionibus egisse, quibus per actis, cum iam de iure principali, esset agendum fuisse solemne, vt actor & reus à testarentur se statim intentionẽ & exceptionem suam probaturos, ex qua actoris, & rei attestatione litis contestationem fluxisse testatur: ex iuribus quæ alle-
49 gat, sed profecto hæc declaratio, non multum differt à festi, & Tiraquelli ethymologia, cum & hi grauissimi Authores à testatione & testificatione vim, & proprietatem huius nominis deducant. Apud nos tamen contesta-
50 ta lis, tunc videtur, cum iudex per narrationẽ negocij causam audire cæpit. l. 1. C. de litis contestatione.

IN TEXTV, IBI. Por respuesta.

Scholium IIII.

51 LITIS Enim cõtestatio est litis per actorem facta narratio, ad eamque rei secuta respõsio, cap. Dudum, de election. l. Rem non nouam. §. Patroni. C. de iudicijs l. 2. & 3. titul. 10. part. 3. l. 1. tit. 4. lib. 4. Compilation. docuit speculum iuris, tit. de litis contestatione. §. Quem omnes Scribentes sequuntur, & videre licet, apud Tiraquel. de retract, lib. 1. §. 15. gloss. 2. num. 1. & inter iudiciales

52 ciales actus adeo præcipuus eſt, vt iudicij fundamētū vulgus appellet. Cum ſit tota ordinis iudiciarij ſubſtantia.l.1. & Authentica offeratur.C.de litis conteſtatione,cap.1.de libelli oblatione, vbi Scribentes,& Bald.docet, in cap. 1.de litis conteſtatione: & ideo ſi omittatur litem eſſe nullam,teſtatur gloſſa in cap.de cauſis,de officio delegati. Ita vt nec
53 partium conſenſus, nec iudicis authoritas eā impedire poſsint:
54 Cuius rei rationem reddit Rota de litis conteſtatione, deciſion.4 in nouis, eam,ſcilicet, quia litis conteſtatio, eſt iuris publici,cui pactis priuatorū nō poteſt renunciari,& Afflictis tenuit,deciſion. 283.num.3.Et ne in his per vul-
55 garibus immoremur. Regula quaſi generalis conſtituenda eſt, in cauſis ſummarijs non requiri litis conteſtationem, in cauſis tamen ordinarijs, etiam ſi in eis procedatur ſummariè litis conteſtatione opus eſſe, iuxta Bart. doctrinam, in l. Dies cautionis. §. penultim.7.quæſt. ff.dè damno infecto,&quæ ſint cauſæ ſummariæ,docet Accurſius in l.3.§. Sciendum.ff.ad exhibendum,& gloſſa in Clementin.Diſpendioſam,de iudicijs,& in Clementina,Sæpe, de verborum ſignifi-
56 catione. Rurſuſque in tribunalibus ſuperioribus, ad litis conteſtationem non attendi, & de ſtylo Parlamenti Delphinatus, idem obſeruari,teſtatur Guido Papæ,deciſion.369.numero.1.

IN TEXTV, IBI.
Y el demandado reſponde, y dize que ge lo niega.

Scholium V.

57 HÆC Verba mirum in modum fauent negantibus conteſtationem fieri,per cōfeſsionem quorum meminit Tiraquel.de retractu.§.15.gloſſa.2.num.2. quibus aſſentiri videtur textus noſter, qui inficiationis, verbo, in lite conteſtanda vtitur, & ſanè per reſponſionem negatiuam proprius lis conteſtatur,cum hoc caſu opus ſit litē formari,&teſtimonia adduci, & ad diffinitiuam procedi,ethymologiaque ſuperius citata optimè quadrat: cum tunc ſolum teſtes requirantur,ſi reus neget,cum & vltra prædi-
58 ctum feſti Pompeij Ethymon,cōteſtari etiam ſit teſtes producere vocare, & nominare ex Cicerone, actione. 6. in verrem, ibi. *Siracuſis flens,at Deos, hominesque cōteſtans,clamare cœpit*, & idem in oratione pro Cecina, ibi. *Ego omnes homines, Deoſque teſtor,&c.* Et alias innumeras authoritates Ti
59 raquel.vbi ſupra refert: Reoque infi-

iuxta adnotata à Baldo in tracta tu de Schismaticis, num. 16. vbi ait omnia quæ gerimus, nisi legi timum initium habeant inanē nostrum actum efficere, argum. text. in l. Quæcunque gerimus.
64 ff. de actio. & obligatio. Iudiciū enim non potuit habere legitimam formam si libelli fundamē tum ei defficiat, iuxta textum in cap. Examinata, de iudicijs, & in l. Si patronus. ff. de iure iurando,
65 Et ideo si libellus obscurus offeratur, ineptusvè sit, vel absque causa, poterit iudex à iudicio re pellere, iuxta l. 1. C. de ædendo, & in Authentica, Offeratur. C. de litis contestatione, & notat Bart. in l. Si in rem. ff. de re iudicata, & Iason in §. Omnium, nu me. 175. Instituta de actionibus, & constat ex pragmatica. 42. Or dinis iudicialis, recopilata in l. 4 titul. 2. lib. 4. in noua legum col-
66 lectione. Sine petitione enim iudicium, non potest subsistere. l. inter litigantes. ff. de iudicijs, c. Forus, de verborum significatio ne, cap. 1. de libelli oblatione, Sarmiento lib. 1. selectarum, c. 2. actio enim est ius prosequendi in iudicio, quod nobis debetur, vt Instituta de actio. in principio. Non competeret ergo, nisi
67 esset deducta in factum, & exercicium, iuxta glossam receptam in l. Ædita, Scholio. 1. C. de ædendo: cùm iudicio itaque lex nostra petitionem, non vero actionē desiderauit, nam quanuis iura ciuilia videantur velle, vt actio ex-
67 primatur. l. Age cum Geminiano, & l. Actione. C. de trāsactio.
68 Iuxta iura tamen Pontificia receptius est actionis, expressionē
69 non requiri. Iuxta Innocētij doctrinam, in cap. Dilecti de iudicijs: duplex enim est expressio, explicita, scilicet, & implicita, illa necessaria non est, quoniam ex propositis, & narratis tacitè intelligitur, & expressio eorum quæ tacite in sunt nihil operatur. l. Cum quid si certum petatur. l. Hæc verba, delegat. a. Hæc tamen necessaria est secundum nostram. l. Quæ petitionem desi derauit, idest, implicitam actionem, ex qua constet quid actor petat, quanuis actio ipsa explicita non sit: iuxta prædictam In-
70 nocētij doctrinā. Libellus enim semper debet esse certus in propositione facti, & eius qualitate, illaque actio, quæ ex prædictis oriatur implicitè proposita vide tur, alioqui enim si petitio incer ta esset in facti, & debiti, narratio ne à iudice repelleretur, vt supra ostendimus, vel saltem iubebit prædictus iudex actori, vt se declaret, iuxta d. l. Ædira, & dict. l. Age cum Geminiano, & textū in l. In actione. ff. de furtis, & hoc siquid iudico, voluit textus vulgaris, & non satis intellectus in l. Si ex plagijs. §. In diuo. ff. Ad l. Aquil. vbi Iureconsultus docuit

ex

ex facto ius oriri (sensus enim est) vt petitio saltim debeat continere factum, ex quo resultet actio quamuis implicita, & mox ius sequatur ad quod deuenire sine facto, & eius narratione petitioneque actoris impossibile esset.

72 Neque his obstabit si dicatur vbi est expressio actionis non requiri factum: expressio enim ipsius actionis factum includit, sicut factum expressum vt diximus, includit actionem tacitam, & probatur in Authentico, de exibend. reis. §. Sancimus, sicuti in reali actione di. imus, sufficit enim deduci sine expressione alterius causæ, vt in l. Et an eadé, §. Actiones ff. de exceptione rei iudicatæ. Vt putà si dicam me
73 dominū satis enim includo reiuendicationem, & si non ex primam, & si dicam me quasi dominum publicianam intentare, non dubium est. l. Minor. §. 1. ff. de euictionibus. l. 1. §. Qui in perpetuum si ager vectig. vel emphyteu. Et sic hoc casu non desideratur expressio facti, idest, causæ iuris agẽtis, cum in ipso reali iu-
74 re factum deductum sit. In personali tamen actione requiritur factum expressum, vel saltim implicitum, & inclussum sub expressa actione, vt supra monstrauimus, & ratio diuersitatis est:
75 Quia in reali concluditur certa actio conformis, vt in exemplis appositis in personali tamen includitur actio. generalis, & in formis, vt puta si dicerem te obligatum non enim concluderem aliquem actum specifice cum obli-
76 gationes multifariã sint, & hoc est, quod ab Scribentibus appellatus libelius incertus, qui vt cesset debet exprimi causa, vt sciatur quid actor petat, vt probatur in l. Cum mota in fine. C. de trãsactio. & in l. Bæbius. ff. de pactis dotalibus, & docet Bald. in d. l. Ædita, num. 11.

IN TEXTV, IBI: Quia iuxta petitionem sententia dictanda est.

Scholium VIII.

77 LITE Contestata à Reo citato, si iudici non liqueat de certa quantitate, quã actor petat, ait. l. Nostra, iudicem debere iubere actorem, vt petitionem certam producat, cum iuxta eam sentẽtia dictanda sit. Refertur itaque a l. Nostra illud vulgare iuris principium, quo docemur sentẽ-
78 tiam debere esse conformem libello, l. Vt fundus communi diuidundo. l. Pomponius, de negocijs gestis, cap. licèt Hely de Symonia. l. Si ex testamento. ff. de excep-

exceptione rei iudicatæ. l. Item
79 labeo. §. 1. ff. Familiæ herciſcun
dæ. Formam enim petitionis iu-
dex egredi nõ debet, neque pro-
nunciare de his quæ ex natura
actionis non veniunt. l. fin. ff. de
fideicommiſſ. libertatibus. l. Vi-
num ſi certum petatur. l. 1. C. de
fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſca
80 lis, libr. 10. Neque ex his infero
libellum omnino neceſſarium
eſſe, ſaltem tamen petitio licèt
verbalis in actis redigi debet, ad
hoc, vt iudex ſecũdum eam ſen-
tẽtiam dictare poſsit, hicque eſt
ſenſus noſtræ. l. Et docuit gloſſa,
in Clementina, Sæpe, verbo, ex-
pedit, de verborum ſignificatio-
ne, Bart. in dict. l. Vt fundus, in
principio, Bald. num. 2. alioqui
ſententia vltra petita lata nulla
erit, vt adnotauit Accurſius, in
81 l. Et putò. §. 1. ff. Familiæ herciſ-
cundæ: neque refragabitur. l. Ar
bitrio. ff. de dolo, vbi petita fuit
res, & tamen iudex in æſtimatio
ne condemnauit. Nam quando
illa reſtitui nequit hæc ſuccedit.
l. Sed & ſi poſſeſſor. §. fin. ff. de pe
titione hereditatis, cõducitquo-
que dict. l. Vinum, & l. Mortuo
bobe. §. fin. ff. de legat. 2. Vbi pro
miſſor qui non poteſt rem præ-
ſtare, condemnatur ad intereſſe,
quibus adſtipulatur. l. Non am-
plius, de legat. 1. l. Nemo. §. 2. de-
legat. 2. l. Ea lege. C. de cõdictio-
ne ob cauſam, & quæ ibi ab Ac-
curſio adnotantur. l. 1. ff. de actio
nibus empti. l. Egi, ff. Si ſeruitus
vindicetur. l. Conductores. C.
Locati: & vtrobique Scribentes
docent, & textus in l. 2. §. Iudici.
ff. Finium regundorum, vbi iu-
dici finium regũdorum permit-
titur, vbi non poſsit dirimere fi-
nes, ad iudicatione controuer-
82 ſiam dirimat. Nam quanuis in
his iuribus vltra petita videatur
iudex pronunciare, permittitur
tamen cum aliter ſimiles cauſæ
83 expediri nequeant. Tum etiam
& propter naturam iudicij quæ
magis inſpici debet, quam mo-
dus agẽdi, neq, oberit etiã text.
in l. Si conſtat. ff. de appellat. vbi
ſi ab actore petatur ſententia de
clarari iniuſta, & ſic reuocanda:
& tamen prædicta ſententia nul
la ſit iudex, de nullitate pronun-
ciare poteſt, etiam ſi à parte peti
tum non ſit. Reſpondetur enim
iudicium reſciſſorium, & reſcin
dens accumulari poſſe, & ideo ſi
ab actore reſcindens, tantum re-
medium intentetur: & ſuper reſ-
ciſſorio nullitatis iudex pronun
ciare poteſt, cap. Conſtitutus, de
reſtitutione in integrum: & ſu-
perius adnotauimus, Scholio. 2.
præſertim cum iudicium appel-
lationis ex ſui natura reſciſſoriũ
ſit, iuxta textum in dict. cap. Cõ-
ſtitutus. l. 1. C. Quando prouoca
re non eſt neceſſe, deinde quia in
cauſa appellationis non attendi
tur libellus, ſicut in ipſa prima
inſtantia, de qua agimus, ſed iu-
ſtitia

belli oblatione communis, tamen opinio eſt, vt petitio generalis ſufficiat, vt putà petere cũ his quæ pertinẽt ad eam, quæ tamẽ poſtea in lite ſpecificatur: &
94 hæc eſt Praxis quæ viget: aſſerit enim cum proteſtatione actor ſe declaraturũ, & liquidaturũ in litis proſecutione: quę practica habuit ortũ a l. Si quando. C. Vnde ui, & a c. fin. Quod metus cauſa, & a l. A quo. ff. de reiuendicat. & adnotauit Innocentius in c. Cũ ad ſedem, de teſt. ſpoliat. ratioq; prædictorum ea poteſt eſſe nã, vt ſupra oſtendimus omnia hęc acceſſoria, & cõſequutiua ex natura actionis veniut, & ideo eis nõ obſtat litis conteſtatio, per eam enim nõ contrahitur cũ iudice:
95 Iuxta textũ in l. Iudiciũ ſoluitur ff. de iudicijs ideoq; & de his pronũciat: ſecus tamẽ eſt in litigatoribus, qui cũ quaſi cõtrahant litẽ conteſtando, nihil ea conteſtata innouare poſſunt, vt ex l. 3. §. Idẽ ſcribitur. ff. de peculio in 2. Scholio mõſtrauimus. Iuxta quæ omnia ſupradicta accipienda noſtra
25 l. Eſt, & eius concluſio, vt ſcilicet, iudex dicatur iuxta petita pronũciare, quando de ipſa re, vel in his quæ accedunt ipſi rei petitæ, vel ſuccedunt in eius defectũ, vel in eius locum ſubrogãtur pronuntiari vt in iuribus ſupra allegatis probatur, & Innocẽtius docet in c. Sacro, de ſent. excõm. & in c. licèt cauſam de probendis, n. fin. & Accurſius notat in Scholijs, ad l. Solemus. ff. de iu
96 dicijs. Interdum etiam totũ petitur, & fit cõdemnatio pro parte, in l. Si duo. §. fin. ff. de poſiti. Rurſuſque, & vnum petitur, & in alio ſentẽtia fertur, vt in l. Vobem. §. Aliquando. ff. de ædilitio
97 ædicto, & in l. Qui reſtituere. ff. de reiuend. Ea enim quæ poſt litẽ cõteſtatã eueniũt multũ ſpectãt ad iudicis officiũ. l. Ædiles. §
98 Sciẽdũ, de ædilitio ædicto. Dein de animaduertẽdũ eſt prædictã noſtri tex. regulã accipiendã eſ-
99 ſe in ciuilibus: in criminalibus enim vltra petita iudex condẽnare poteſt: & in hũc ſenſum intelligẽdus eſt text. in l. Quid ergo. §. Pęna grauior. ff. de his qui notãtur infamia, & in l. Et ſi ſeuerior,
100 C. eodẽ, & diuerſitatis ratio eſt, quia ciuile iudiciũ reſpicit ius radicatũ in agẽte, quod iudex auferre nequit, & ſic debet pronunciare, ſecundũ actionem propoſitam. Criminis vero iudiciũ nõ ſolũ offenſum, ſed ipſam rẽ publicã intuetur: vndę iudex tanquã eius miniſter cauſa cognita, non adſtringitur ſtare libello, nec accuſantis accuſationi inhętere: vt aſſerit Bald. in d. l. Et ſi ſeuerior. n. 11. & latius oſtẽdemus in l. 63. ſe-
101 quenti. Et hinc interpretari poterit officium iudicis nobile, & mercenariũ. Hoc enim ita appellatur quia actioni inſeruit, legũque formulis, & partis petitioni:

D cum

cū nihil aliud iudex possit, quā legibus iubeatur, secundū actionem, quā actor intendit: quibus adeo iudex assidere debet, vt solam iurisdictionem eum habere dicamus: iuxta textū in l. Sed & quod. §. 1. ff. Quod metus causa: Illud tamen ex eo nominatur nobile, quia iudicis Imperium magis in eo præualet: nec magistratus inhærere debet partis actioni siue accusationi: cum ea enim, & sine ea, quando æquum videbitur, animaduertere poterit: iurisdictio itaque, quæ in iurisdictionem & Imperium diuiditur: vt scilicet, species sit & genus: si officio nobili experitur, propriè Imperium vocatur, cum nobilitati consentaneum sit Imperare. Hincque hanc vniuersam regulam constituemus, vt quotiescunque iudex punire, iurisdictionemvè exercere, vltra petita queat: officium nobile ministrare, necessario fateamur, quæ omnia colliguntur, ex l. Placuit. C. de iudicijs. l. 1. ff. de iurisdictione omnium iudicium l. Potestatis, de verborum significatione. l. fin. ff. de officio eius cui mandata. l. Magistratus, de iurisdiction. omnium iud. glossa in l. Si in aliquam. §. fin. de officio, pro Consulis Bart. in l. Imperium, num. 6. & 9. & 23. ff. de iurisdictione omnium
102 iudicum. Denique adnotandum est sententiam debere esse conformem libello in tribus, in re, scilicet, causa, & actione, de re probatur in l. fin. C. de fideicom miss. liberr. in illis verbis. *Talem ipsam altercationem resecantes miramur quare iudex, qui præpositus est, in prædicta causa non omnino condemnationem in seruo, sed in æstima-*
103 *tione eius fecerit.* De causa est textus in l. Habebat quis seruum. ff. de instituta actione, vbi qui se ad strinxit ad vnam causam, si non probat sucumbit, neque iterum eadē actione ex alia causa agere poterit: vt docet Bar. ibi, in princip. & Scribentes omnes latè tractāt. De actione est tex. in l. Ædi-
104 ta. C. de ędēdo vbi libellus actoris qui æditur reo, debet expressè cōtinere, id superquo litigari debet innumerasque huius regulę exceptiones siue limitationes, cō gessit, Felin. in d. c. Licet Hely de Symonia, ex n. 17. vsque ad. 47.

IN TEXTV, IBI. In finalibus verbis: Mas si conoce la demanda, maguer pedimiento no aya, valdria.

Scholium vltimum.

105 CVM De ordine iudiciali tex. noster superius docuisset, ait, prędictum ordinē esse seruandū reo infi-

inficiante: si enim in iudicio, quod ab copetitur agnoscat, predictus ordo nõ desiderabitur, cum reo fatente nulla solemnitas requiratur, sed statim sententia proferenda sit, secundum eius confessionem, cap. fin. de cohabitatione Clericorum & mulierum, c. Vestra, eodem titul. cap. cũ olim in fine, de verborum significat. c. vltim. de restit. spoliator. ca. 1. de accusatio. lib. 6. quibus conuenit. l. 4. tit. 13. par. 3. Confessio enim regulariter ordinem iudi-
106 cij non desiderat, cum etiam si alioqui nullitas resultaret cõfessio supleat, iuxta doctrinam Innocentij in c. Qualiter & quãdo de accusat. in 1. n. 1. & in c. Per inquisitionẽ, de elect. nu. 2. probat text. in c. Pisanis, de rest. spoliat. & docuit Mathesalanus sing. 53. & egregiè Hippoly. de Marsilijs singular. 201. per totũ: & Petrus Dueñas reg. 117. vsq. ad reg. 121
107 Quinimo tanta cõfessionis est vis, vt si pars actoris libellũ obtulisset, quinq, petẽdo, & reus fateretur se debere decẽ in hac sũma cõdẽnabitur, nã licet vltra petita iudex nõ pronũciet, iuxta nostrã l. cõfessio tñ, vt diximus solẽnia nõ respicit, & supradictã opinionẽ admittit Bartolo. Socin. reg. 442. versic. Fallit. 15. & pro ea allegat glos. in l. Proinde. §. Notãdum. ff. Ad l. Aquil. Quæ tñ nõ probat dubitoq, ꝺhac opinione.

Textus Secundus.

OTROSI Los tutores è los guardadores de los menores de edad, tambien en los pleytos criminales, como en los ciuiles, recibenlos en casa del Rey en los pleytos, e ponen las demandas e las acusaciones de las cosas q̃ atañen a los huerfanos, quier sean criminales, o ciuiles.

SVMMARIVM.

1 *TVtor, aut curator pupilli, aut adulti agere, vel accusare potest in litibus minoris sui.*
2 *Sine curatore minor in iudicio non experitur.*
3 *Etiam inuitis adolescentibus curatores dandos Rebardus putauit.*
4 *Accursius & alij errant in intellectu l. 1. de minoribus.*
5 *Sine curatore iudicium corruit.*
6 *Lege 12. tabularum solis furiosis curatores dabantur, necnon & prodigis.*
7 *Ex lege latoria omnibus minoribus cum causa tamen cognitione curatores dati sunt.*
8 *Ex constitutione Diui Marci eau se cognitio, non fuit necessaria.*
9 *Interpretatio & conciliatio l. 1. de minoribus, & §. Inuiti.*
10 *Sententia lata contra minorem sine curatore, nulla est.*
11 *In defensi appellantur minores curatore*

ratore carentes.

12 *Improbatur Accursius, dum voluit nullam esse legẽ, ex qua nulla sententia contra minorem in defensum sit.*

13 *Valet sententia contra rem publicã in defensam.*

14 *Nunquam datur minori curator, nisi parte petente.*

15 *Pro rebus beneficialibus, & alijs minor sine curatore in iudicio superesse potest.*

Lex secunda.
IN TEXTV, IBI. Otrosi los tutores.

Scholium Vnicum.

1 PROBAT Hæc lex tutorem, aut curatorẽ pupilli, vel adulti agere, vel accusare posse in litibus minoris sui, quæ sentẽtia adeo, de iure nostro vera
2 est, vt sine tutore, vel curatore minor agere, vel accusare nulla ratione queat, iuxta textum in §. Item inuiti Instituta, de curatoribus, ibi. *Inuiti adolescentes curatores non accipiunt præterquã ad litẽ.* Qui text. quãuis in 1. p. dubius videatur, ex l. 1. in fine., vers. Et ideo, de minoribus, vbi Vlpian. sentire videtur minori inuito curatorem dandum, adeoque confusè, ac generaliter loquatur, vt
3 ingenue agnoscat Horomanus, in princ. de curator. enuntiatione. 3. se non satis cum intellige-
re, Rebardusque lib. 1. variarũ. c. 17. Etiam inuitis adolescentibus curatores dandos Iustiniano reclamante contendat, de hoc tamen non disputo, cum ad materiam nostram nõ spectet, & quia late tractat Accurs. in dict. l. Inuiti, & in dict. l. 1. verbo, committi, & vtrobique Scribentes, & nouissimè Pereira in l. Si curatorẽ habens, in princip. numer. 5. & 6.
4 Et quanuis scio, nec glossam ordinarios, & Pereiram verum intellectum assignasse, aliterque prædicta iura concilianda esse,
5 ommitto tamẽ ne digressum faciã, quoad nostram enim. l. Attinet, nemo dubitauit ad agendũ minorem non admitti, sine tutore, vel curatore, alias enim corrueret iudicium, cum legitimã personam, in eo standi non habeat. l. 2. C. de his qui legiti. person. l. 3. in fin. eodem titul.
6 Re tamen ab eius origine sumpta ad veriorem nostri text. intelligentiam sciẽdum est, leg. 12. tabularum solis furiosis, & prodigis curatores dari, vt refertur in §. Itẽ furiosi, de curatoribus, sed
7 postea, ex. l. Lætoria, siue latoria à Q. latorio lata alij dicunt lectoria, cõstitutũ est, vt minoribus etiã darẽtur cũ causæ tamen cognitione, hoc est, si malis moribus præditi essent si disoluti, si luxui dediti: vt ex Iulio Capitolino in Marco Antonio Philosopho tradit Duare. in l. 1. de minoribus,

ver-

verbo,ꝙ cū minore, & Cuiatius
ibidē in prin.probatq, l.1.tit.de
8 donat.lib.8.C.Theodosiani,sed
postea ex cōstit.Diui Marci cu-
ratores omnibus minoribus da-
ti sunt,sine causæ cognitione,vt
referūt Aimarius Riuallius,in hi
storia Iuris ciuilis,lib.2. Alciat.
lib.6.Parergō,c.16.Rebardus, li
br.1.variar.c.19.Cuiatius de di-
uersis,& tēpo.pręscrip.c.29. A-
lioqui enim omnis actus cū mi-
nore gestus præsertim iudicialis
illusorius reddebatur,vt ex prę-
dictis Authoribus cōstat,ꝙ signi
ficās lex nostra iure optimo sta-
tuit,vt tutor & curator agat, &
accusset,ex quibus collorariè, &
9 nō abs re infertur interpretatio,
siue cōciliatio ad prædicta iura-
quæ alias difficilia videbātur, in
d.§.Inuiti,&d.l.1.de minoribus
vbi Vlpian.alludēs, ad ius illud
antiquū, quo curatores nō pas-
sim dabātur adultis, scribit ho-
die,idest,post cōstitutionē Diui
Marci omnes adolescētes curato
res habere,posse etiā si rē suā be-
nè gerāt,nō tamē inde sequitur
eos inuitos cōpellēdos esse adsus
cipiēdos curatores,ꝙ vero subij-
cit Iurecōsultus,ibi. *Nec ante rei
sua administratio eis committi de-
bet:* ego accipio de his minorib⁹
qui semel curatores acceperunt,
qui ante finitā curā,rerum suarū
administrationem,suscipere nō
possunt,&sic fortè melius intel-
ligitur hic textus, quā hactenus
ab Scribentibus intellectus est
ad nostramque l.redeundo ea ra
tione curatorem desiderat. Con
10 stat enim sententiam latam con
tra minorem curatorē non ha-
bētem omnino esse in validam,
vt probat text. in d.l. Acta.§.fin.
ff.de reiudic.& text.in l. Cū mi-
11 nores,in princ.C.Si aduersus rē
iudicatam,vbi in defensos mino
res appellauit Iustinianus cura-
tore carētes,quibus cōducit tex.
in l.In vniuersis.C. Qui dari tu
tores possint,& l.Clarū.C. de au
thoritate præstanda,quę in cau-
sis ciuilibus & criminalibus cu-
ratorem requirit cum alioqui iu
dicium nullum sit.

12 Ex quibus improbāda est sētē
tia gloss.in l.Cū minores,verbo,
nullū.C.Si aduersus rē iud.quate
nus voluit nullā.l Inueniri, per
quā sētētia lata cōtra minorē cu
ratore carentē nulla esset, nā eā
improbat Paul.ibi Boerius.q.92
Grāmat.cōs.124.n.8.& inspiciē-
da est.l.7.tit.25.p.3. Et ibi Greg.
& expēdit Caldas in l.Si curato-
13 rē habēs in prin.n.10. Vnū tamē
singulare adnotauit Gregor.vbi
sup.valere,scilicèt,sententiā con
tra rē publicā in defensam cū ei
præcepisset iudex, vt cōstitueret
defensorē,& ante Grego.docuit
Bart.in l.1.C.de iure rei publicæ
li.11.Diuersitas tñ in eo versatur,
nā iudex inuito adolescēti cura
torē ad litē dare potest,vt ex d. §
Inuiti adnotauimus in Repu-

blica tamen nulla lege scriptum est, vt inuita curatorem habeat, quæ ratio Bart. & Gregor. fuit & multis exornat Pereira in di-
14 cta l. Si curatorem in principio, numero. 11. 12. & 13.

Animaduerto quoque iudicem, quanuis inuito adolescenti curatorem dare possit, nunquam tamen dare debere, nisi parte petente, cuius rei optimam rationem reddit Pereira, in dict. l. Si curatorem habens,
15 nu. 3. Deindeque adnotandum est pro rebus beneficialibus, vel spiritualibus minorē iudicio superesse posse, in his enim maior putatur consensusque patris, vel curatoris, hoc casu non requiritur, vt probatur in cap. fin. de iudi. in 6. Aliosque casus congerit Panormitan. in c. Ex parte, de restit. spoliat. n. 11. & 16. & Couar. lib. 1. variarum, cap. 5. num. 8.

Textus Tertius.

SI Alguno ha demanda contra los bienes de alguno, por deuda que el deue, o que pago su deuda, e no falla a este deudor, e falla à sus bienes en poder de otro, en tal caso como este, aquel que tiene los bienes del deudor, es tenido de responder a la demanda, e puede, si quiere, negar la deuda que dize que el otro le deue, o la paga que dize q̄ hizo por el, è a todas las defensiones es tenido el demādador de responder e de prouar lo q̄ dize. E si este demandador no quisiere responder, deue desamparar los bienes del deudor, mas si presente fuesse el principal deudor, primero le deue demādar a su deudor la deuda q̄ el deue en juyzio, ò si el deudor otros bienes touiesse q̄ cūpliessen al su deudo del demādador, saluo si los bienes q̄ demāda fuessen señaladamente obligados a essa deuda.

SVMMARIVM.

1 *COntra bona absentis & eorū possessorē, siue detentorē, actio intēdi potest*

2 *Absens dicitur, ille qui venire de proximo non speratur*

3 *Apud acta judicij debet constare de absentia.*

4 *Causa cognitio de absentia praecedere debet.*

5 *Quādoquis petit hæreditatē absentis, debet probare eū mortuum esse.*

6 *Si elapsum est quinquēniū quo ignoraretur*

raretur, quis viuere an mortuus præſumatur.
7 Quæ probatio requiratur iure Regiò ad probandam mortem abſentis.
8 Curator (ante omnia) bonorũ abſẽntis, peti debet.
9 Si relicto procuratore quis abfuit, nõ eſt dandus curator.
10 Si relictis bonis apud alium debitor abijt, non eſt curandum de curatore.
11 Detinens bona abſentis defendere debet.
12 Omnia detentor debet facere in defenſione bonorum abſentis, quæ curatori incumbunt.
13 Quæ requirantur in curatore remiſsiuè.
14 Detinens bona abſentis de omni cura, & diligentia tenetur, & nu. ſequenti.
16 Retinẽs bona abſentis ſi turbetur in eis, habet officium nobile, vt non expellatur a ſua detentatione.
17 Et non ſolum defendendo, ſed etiã agendo mouere actiones poteſt nomine abſentis, ſublata differentia, an ſint tempore perituræ nécne.
18 Qui bona abſentis retinet eſt curator ſimplex.
19 Procurator abſentis omnia negotia abſentis, tractare poteſt, & delatam ſibi ſucceſsionem adire.
20 Debitore præſente contra eum agẽdũ eſt, & fruſtra tractatur de curatore, procuratore, vel defenſore.
21 Debitore abſente non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem, ſi alia bona debitor reliquerit.
22 Debitore abſente nulla facta excuſſione agitur cõtra tertiũ poſſeſſorẽ.
23 Lex ſtyli approbat opinionem Accurſij, & num. ſequenti.
25 Præſente debitore prius eius bona excutiuntur, quam cõtra tertium agatur.
26 Si bona debitoris licèt ipſe preſens ſit, ſint extra territorium ſita nulla facta excuſſione poteſt agi aduerſus tertium poſſeſſorem.
27 Anterior concluſio locũ habet, quã do bona in longinquo eſſent, hæc enim excuti non debent.
28 Ex perſonali non oritur ius contra ſingularem ſucceſſorem, nec tertiũ poſſeſſorem.
29 Si ſimul cum hypotheca fuit appoſitum pactum de non alienãdo, agi poteſt cõtra tertiũ ſine excuſſione.
30 Abſentia debitoris cum hypotheca vel pactum de non alienanda re hypothecata æquiparantur.

Lex Tertia.

IN TEXTV, IBI, E no falla a eſte deudor.

Scholium. I.

1 PROBAT Hæc lex debitore abſente, qui non poteſt inueniri, ſi reperiantur bona apud alium contra hunc, & prædicta bona poſſe creditorẽ actionẽ intẽdere, ne creditor propter debitoris abſentiam ius ſuum amittat.

2 Pro cuius legis intellectu pręmitendum est absentem debitorem dici, illũ qui venire de proximo non speratur, alioquim enim expectandus esset. l. penult. ff. de legatio. l. Ignorare. C. de restitution. milit. l. Coheredi. ff. Familiæ herciscundæ, lex. 12. tit. 2. part 3. Et ibi Gregor. Scholio. 1.

3 Secundo supponendum est apud acta iudicij, debere constare de absentia illius, de cuius bonis agitur, vt probat text. in. l. Hoc autẽ. §. Non defendit. ff. Ex quibus causis in possess. eatur, & docet Menoch. de arbitr. libr. 2. cẽr. 2. casu. 150. nu. 18.

4 Debet itaque præcedere causæ cognitio, de absentia debitoris, ita vt non speretur de proximo venire. Bart. in l. Siquis instituatur, de hæred. instit. & in l. Ignorare. C. de restitutione militum, & ibi Paul. de Castro, Angel. Ioannes de Imola, & Menochius vbi supra, & est praxis ordinaria in iudicijs, secundum prædictos Doctores, adhoc vt aduersus bona actio intendatur.

5 Secus tamẽ est, quando quis petit hæreditatem absentis, quo casu debet probare eum mortuum esse, & non sufficit probare absentiam, vt bona ei adiudicentur, docet Albericus in Authentica, Hodie. C. de repudijs.

6 Quanuis si lapsum esset quinquennium, quo ignoraretur viuere ex eo satis probaretur diem obijsse, teste Bart. in tractatu de testibus, num. 37. & Menoch. vbi supra, num. 19.

7 Lex tamen Partitæ. 14. titul. 14. part. 3. voluit vt petẽs hæreditatem absentis, probet per famam publicam mortẽ illius, & abesse vltra decẽ annos, quanuis si neutrum probare posset, & de absentia diu constaret, & ignoraretur de vita absentis bona eius dantur propinquioribus, cum ordinaria cautione, de qua tractat Gregor. in dict. l. 14. tit. 14. par. 3. & in hoc non insistimus, quoad nostram tamen legẽ attinet sufficit constare de absentia, vt creditori consultum sit.

8 Tertio habendum est pro constanti creditorem, si contra hũc absentem, qui bona deserta reliquit actionem habeat à iudice petere debere, vt his bonis curatorem det, cum quo actor in iudicio agat, probat glossa in l. Ab hostibus. ff. Ex quibus causis maiores, & Gregorius Lopez plures referens, in l. 12. titul. 2. part. 3. Scholio. 1.

9 Quæ omnia vera sunt quando absens procuratorem non reliquit, nam si relicto procuratore abfuit agendum nõ est de curatore dando, vt pluribus relatis docet Menochius de arbitrarijs, centuria secũda, casu. 150. num. 17.

10 Et idem est si relictis bonis apud aliũ abijt ipse debitor, nã contra hũc possessorem, siue detentatorem horum bonorũ absentis, agendum est ab ipso credito-

ditore, hoc enim etiám caſu curator non dabitur, his bonis cũ ſit qui ea defendat, & ita intelli-
11 genda eſt noſtra lex. Qui detinens bona ipſius debitoris tenetur reſpondere ipſi actioni, & liti motæ, defendereque ipſum debitorem, debitum negando, vel opponendo alias exceptiones, quæ videantur competere ipſi reo debitori, vt apertè probant
12 verba noſtræ legis. Et denique omnia ea debet facere hic defenſor pro defenſione bonorum abſentis ad quæ curator bonis da-
13 tus adſtringebatur. Et omnia quę in curatore requirantur cōgerit, & quidem pulchrè poſt veteres, quos refert Menochius de arbitrar. cent. 2. caſu. 150. per totum, Baeça de decima, ca. 16. per totum. l. 4. titul. 29. part. 2. & l. 15 titul. 16. part. 6. & ibi Gregor. Lopez poſt Bartol. & gloſſam in. l. 1. ff. de cur. bonis, dand. & docet Speculator, titulo de actore, nu-
14 mer. 10. Detinens itaque hęc bona ipſius debitoris abſentis omnem ſuam curam & diligentiã, debet adhibere in defendendis bonis, vt per ſupradicta proba-
15 tur, & docet noſtra lex. Nã quanuis hic retinens prædicta bona ipſius abſentis, ſit ſimplex detentator qui habeat ſolã nudam, & ſimplicem inſiſtentiam rei, ſine vllo titulo habili ad dominium, vel poſſeſsionem, iuxta l. Nunquam nuda, de contrahēda emptione, & ea quæ tradit Anton. Gomezius in. l. 45. numero, 7.
16 Tamen prædictus detentator ſi turbatur ſuper re, & bonis quæ detentat, & lis in eis mouetur, tenetur defendere prædicta bona, & habet officium iudicis nobile, vt interim nō expellatur à ſua detentatione, nec turbetur, nec moleſtetur in ea, & ſic defenditur loco poſſeſſoris. l. Aquilius Regulus, de donationibus, in fine, tradit Gomezius in d. l. 45. nu
17 mer. 12. Et non ſolum defendendo, verum etiam agendo, poteſt mouere actiones nomine abſentis pro iure ſibi competenti, ſublata differentia, an ſint actiones tempore perituræ, vel tempore nōn perituræ, vt ſcilicet, eas mouere queat, has nequeat, vt poſt Azonem, quem refert tenuit Angelus, in conſil. 103. ad
18 finem, & Alex. lib. 2. conſil. 4. Nã hic qui bona abſenſis retinet nō eſt curator ſimplex bonorum, ſed tanquam procurator ad omnia negotia, agendo, & defendēdo in iudicio, & extra iudicium: in quam partem inclinat Menochius, vbi ſupra, numer. 17. & 31. vbi dicto numer. 17. inquit præ-
19 dictum procuratorem poſſe tractare omnia negocia abſentis, & delatam ſibi ſucceſsionem adire.

D 5 IN

ceant iura in dict. Authent. Hoc si debitor, & in dict. l. Part. at si bene perpendantur nostræ legis, verba, nulla profecto, ex eis resultat repugnantia: sed in omnibus iis. i communi, conueniunt & approbant expressè prædictam opinionem Accursij: nam dum statuit. l. Debitore absente, contra tertium agi non posse, alijs bonis à debitore relictis: hoc dispo nit lex nostra quando bona, quæ sunt apud tertium possessorem, non erat hypothecata & obligata, vt statim subijcit in versiculo sequenti, & in finalibus verbis.

24 Sed si bona quæ apud tertiū possessorem inueniūtur fuerunt hypothecata specialiter ipsi creditori, & debitor absens sit, docet & quidem pulchrè lex nostra ipsum creditorem posse agere contra tertium possessorem, nulla excusione facta, approbando opinionem Accursij in dict. Authent. Hoc si debitor, verbo, actum sit.

25 Nec rursus repugnat textus noster prædictæ Authēticę, Hoc si debitor, quæ loquitur presente debitore, cuius bona prius excuti debent, quam contra tertiū agatur: hæc tamen lex loquitur debitore absente, quo casu non est necessaria excussio, & sine ea potest agi contra tertium possessorem, quando bona ab ipso possessa erant hypothecata ipsi primo creditori, secundum prædictam opinionem glossæ, quæ omnia putò, vera, & menti commendanda: nullus enim, quem viderim meminit nostræ legis pro ipsa Accursij opinione.

26 Vlterius pro intellectu nostrę l. Adnotandum est eius sententiam, eam nempè, vt debitore, absente excusio in eius bonis non sit necessaria, sine ea quę posit agi contra tertium possessorem, procedere quoque quando debitor, licèt præsens sit, aliaque bona haberet, essent tamen sita extra iurisdictionem, vbi debitor conuenitur, seu commoratur, sicut enim reus alterius domicilij excutiendus non est, itaque nec res ad eas, de personis arguendo, iuxta textum in Authentica Presente. C. de fideiussorib. quam opinionem ex Baldo & alijs, quos refert amplectitur Rodericus Xuarez in l. 2. tit. De los emplaçamientos, foro legum, lib. 2. versic. Vlterius quæritur, num. 4. & 5. Vbi ait sic obtinuisse in quadā graui lite, Bald.

27 tamen in l. vltima. ff. Si cert. petat. ad finem, prædictam sententiam sic interpretatur, vbi reus posideret bona in longinqua parte, secus tamen quando territoriū licet diuersum, esset tamē vicinū, seu propinquū, ibi enim si bona debitor habeat, hęc prius excutięnda erunt, quam contra tertium possessorem agatur.

IN TEXTV, IBI. Saluo si los bienes que demanda.

Scholium. IIII.

28 HÆC Vltima verba nostræ legis necesserio, vt diximus debent referri ad debitorem absentem, vt sensus sit absente debitore cōtra tertium agi posse, sine vlla excussione, ex superiori interpretatione, alioqui enim ex prædicta obligatione non acquiritur ius aduersus singularem successorem. l. Ea lege. C. de cōdictione ob causam. l. Vt pomum. ff. de seruit. l. Venditor. ff. Cōmunia prædiorū

29 Quæ communis & receptissima doctrina limitanda est, quādo simul cum hypotheca, esset appositum pactum de non alienando ipsam rē hypothecatam: tunc enim prætextu prædicti pacti, agi posset contra tertium possessorem, nulla excussione facta. l. Creditores. C. de pignoribus. l. Si creditor. §. fin. ff. de distractione pignorum, & vtrobique Bart. & Scribentes, & ratio est, nam vt pactioni stetur, nulla est venditio. Itaque ex ea dominium trāslatum in emptorem nō fuit, iudicāturq; prædicta bona hypothecata alienata, ac si essent in potestate debitoris: & ideo excussio in his, sicut & in cæteris alijs bonis suis non requiritur. De qua re videndus est Xuarez qui latè tractat in l. Post rem iudicatam, limitat. 1.

30 Æquipatantur itaque in iure hi duo casus, videlicet, absentia debitoris iuxta nostram legem, vel pactum de non alienanda re hypothecata, iuxta anteriorem doctrinam, in quibus excussione non est opus, & hic est verus nostri textus intellectus.

Textus Quartus.

MAGVER Es derecho que ha poder de tomar los bienes de su deudor, aq̄l q̄ ha de auer el deudo, por el obligamiento a que se obligò, maguer passassen los bienes a otro en su poder, por qualquiera manera que passen. Pero de costumbre se guarda, ansi en casa del Rey, que si passan los bienes a otro, que este a quien son obligados, que no los deue por si tomar, maguer tal poder le fuesse otorgado, por aquel que deue el deudo e obliga sus bienes

nes,mas deuegelo demandar por juyzio el derecho que ha ſobre ellos. Pero ſi el contendor que tiene los bienes,ſabiendo que eran anſi obligados los compraſſe,eſtonce bien puede entregarſe por ſi, ſegun el poder que el dio de ſe entregar por ſi. E otroſi,el Rey en qualquiera manera quier que paſſen los bienes del ſu cogedor, o arrendador o por razon de los ſus derechos,a otro quier Clerigo,quier lego.puede ſe entregar por ſi,e ſi alguno alguna razon,o derecho ha en aq̃llos bienes,deue venir ante el Rey,e moſtrargelo,y el Rey oyrà lo que dixere,o darà Alcalde que dio a ſu perſonero del Rey,con aquel que dize que ha derecho en aquellos bienes,è ge lo libre el Alcalde por derecho,y eſto paſſo anſi de fecho, ſegun ſe ſigue en la carta de la Reyna Doña Maria por la gracia de Dios Reyna de Caſtilla,de Leon,è ſeñora de Molina, a los Alcaldes de Toledo,ſalud è gracia. Vi vueſtra carta en que me embiaſtes dezir,que el Rey mi hijo vos embio mãdar por ſus cartas,que tomaſſedes tantos de los bienes que fueron de Gutierre Perez,e que los vendieſſedes,porque entregaſſedes al Infante Don Juan de doze mil marauedis que ouo de auer por el arrendamiento de las ſalinas del Rey,que ſon en Eſpertinas, è porque nos dixeron que el Dean è Gonçalo Perez Canonigo tomarõ vna partida de los bienes de Gutierre Perez,è que los fezistes emplazar para antè vos ſobre eſta razon. Ellos parecierõ ante vos è razonaron, que ſi alguna demanda les quiſieren fazer ſobre eſta razon,que les demandaſſen por ante el Juez de ſu Ygleſia: è porque el Dean è Gonçalo Perez no quiſieron reſponder ante vos,tomàſtes los bienes que ellos tienen,que vos dixeron que fueron de Gutierre Perez,è que los entregaſtes al hombre del Infãte Don Juan:è por eſta razon que el Dean vos fizo amoneſtar,è dixo, que ſino tornaſſedes los bienes, que los tomaria,y que pornia ſentencia de excomunion ſobre vos: embiaſtes me pedir por merced,que pues el Rey era en la frontera,è ordenara que todos los pleytos que acaecieſſen ante mi,a librarlos en ſu lugar, q̃ vos embiaſſe mandar en como fizieſſedes ſobre ello:è yo ſobre eſto oue conſejo con hombres buenos,Letrados,è foreros, que andan en mi Caſa,è falle que todos los cogedores,è arrendadores,è recaudado-

res

res de los tributos, è de las rentas, y de todos los otros derechos del Rey, que los sus cuerpos, è los sus algos, è aueres que auian, ò auerian desde el tiempo que los derechos del Rey arrendaron, o recaudaron, que de todos sean obligados al Rey, fasta que le dē buena cuenta è recaudo de lo suyo: è que ninguno no ge los deue amparar, ni en Castillo, ni en otro Señorio ninguno: è que por derecho, è por fuero de España, è por vso, è por costumbre que los otros Reyes que fueron ante deste los recaudaron los cuerpos, è los tomaron e los entraron todo quanto auian, sin demandarlos delante otro Juez, ni ante otro Señor ninguno. E porque Gutierre fue arrendador de las salinas del Rey, y el Rey mi hijo touo por bien de mandar dar los marauedis que Gutierre deuia del arrendamiēto sobredicho al Infante Don Juan su tio, è mandò a vos que tomassedes tantos de los sus bienes, que fueron de Gutierre Perez, è los vendiessedes, porque entregassedes lo que el deuia del arrendamiento, segun dezia la su carta que vos embio: vos para cumplir mandado del Rey, è para guardar a el su derecho, è a la Yglesia el suyo, segun es fuero è derecho, no huuierades porque emplazar al Dean ni al Canonigo, que viniessen ante vos responder en juyzio, mas deuierades saber verdaderamente quales eran los bienes que fuerō de Gutierre Perez, y entrarlos con testimonio con buen recaudo en nombre del Rey por lo que Gutierre Perez deuia de la rēta sobredicha, è de si si alguno y ouiesse que entendiesse que algun derecho auia de auer en los bienes del arrendador, o de cogedor, de los derechos del Rey, deuelo yr mostrar al Rey, y el Rey librarlo como fuere su merced, ò darà hōbres buenos, quales quisiesse, ò por bien touiesse, que lo oyā en su lugar, è lo libren como fallaran por fuero, ò por derecho: porque os mando que sepades quales son los bienes que fueron del dicho Gutierre Perez: è que veades la carta del Rey mi hijo, que vos embio sobre esta razon, è que la cumplades, en guisa, que por los bienes de Gutierre Perez, aya el Infante Don Juan los marauedis sobredichos que el Rey mi hijo le mando dar, è yo sobre esto embiomi carta al Dean, en que le embio a dezir, que no quiera

ra embargar la juriſdiccion, è los derechos del Rey, ca ſiempre el Rey guardò, e guardarà a la Yglesia ſu derecho: e por cumplir el mandado del nueſtro ſeñor el Rey, ſegun que deuedes, no han porque poner en vos ſentencia, ca bien ſaben ellos que la Yglesia manda, que cada vno ſea guardado en ſu juriſdicion, conuiene a ſaber a la Yglesia en lo Eſpiritual, y el Rey en lo temporal: y eſto miſmo puede hazer otro gran Señor, qualquier, de tomar los bienes de ſu cogedor, ò arrendador de los ſus derechos.

SVMMARIVM.

1 CREDITOR Propria authoritate, ſine iudicis iuſſu bona debitoris, ſibi hypothecata ingredi non poteſt, licet ex pacto ei liceat.

2 *Quando hæc bona apud tertium poſſeſſorem ſunt, licet creditori propria authoritate rem debitoris occupare ſi pactum ei permittat.*

3 *Creditor propria authoritate occupans debitoris rem ammittit ius, quod habet ad eam.*

4 *Creditor predictus, non ſolum ammittit ius in prædicta re, quam ingreditur, ſed etiam ius totius debiti.*

5 *Prædicta pœna priuationis iuris ſui, non eſt in vſu, ſed propria authoritate capiens debitoris, rem iudicantis arbitrio punitur.*

6 *Non committit dolum, neque vim ille, qui ex conſenſu aduerſarij ingreditur poſſeſſionem.*

7 *Etiam ſi debitor reſiſtat creditor, vim non infert quando prætextu pacti rem ingreditur.*

8 *Si debitor armis reſiſtit tutius eſt iudicem adire.*

9 *Ius ingrediendi propria authoritate, cedi à creditore poteſt.*

10 *Controuerſum fuit an liceret creditori virtute pacti ingredi propria authoritate rem, quæ iam apud tertium poſſeſſorem erat.*

11 *Multorum opinio fuit etiam apud tertium re conſtituta, licere creditori poſſeſſionem ingredi ſine iudicis iuſſu.*

12 *Aliorum opinio fuit, non licere virtute prædicti pacti, ingredi poſſeſſionem à tertio occupatam.*

13 *Vltimam hanc opinionem ellegit lex noſtra ſtyli, regulam conſtituens, vt non poſſit creditor ingredi poſſeſſionẽ rei hypothecatæ à tertio*

à tertio

à tertio possessa, licèt ex conuentione ei liceat.

14 *Pactum de ingrediendo duo operatur, vnum immediatè aliud mediate.*

15 *Ingressus sequutus propter pactum, habet vim quasi traditionis.*

16 *Ante ingressum non est res plus affecta, quam erat per hypothecam.*

17 *Pactum cum debitore initum de ingrediendo, tantum obligat ad patiendum ingressum, donec res penes ipsum sit.*

18 *Ex pacto de non alienando licet, nulla facta excussione agere contra tertium possessorem, non tamē propria authoritate.*

19 *Res à tertio possessa ingredi potest, quando tertius possessor emit, sciēs hypothecam.*

20 *Emptor emens rem alteri obligatā non potest de euictione agere.*

21 *Si vēditio fit in fraudem primi creditoris, & de ea participat emptor, creditor poterit reuocare rem actione reuocatoria.*

22 *Si pacto de ingrediendo adijciatur conuentio de non alienando poterit creditor propria authoritate ingredi rem à tertio possessam.*

23 *Quanuis prohibitio alienationis apposita non sit, sed pactum & conuentio de precio hoc pactum ad tertium possessorem extenditur.*

24 *Si vltra pactum de ingrediendo debitor constituat se possidere nomine creditoris virtute constituti propria authoritate aduersus tertium possessorem ingredi potest rem primus creditor.*

25 *Fiscus propria authoritate poterit occupare bona debitoris, quanuis sint penes tertios possessores.*

Lex Quarta.

IN TEXTV, IBI, Maguer es derecho q̄ ha poder de tomar los bienes.

Scholium. I.

1 PRO Regula constituit lex nostra, nō posse creditorē propria authoritate, sine iudicis iussu bona debitoris, sibi hypothecata capere licet ex pacto ei liceat quando hęc bona apud tertium possessorem sunt.

2 Pro intellectu huius legis ani maduertendum est nō licere creditori propria authoritate rē debitoris occupare, nisi ei virtute pacti permitteretur, vt probat textus in l. penul. ff. de pignorat. actione, & lex Creditores. C. de pignoribus, & de iure Regio. l. 11. titul. 13. par. 6. & l. 14. tit. 14. eadem part. & l. 14. titul. 10. par. 7. & l. 5. & 6. titul. 14. lib. 3. Ordinamenti: & l. 1. & 6. titul. 11. libr. 5. eiusdem Ordinamenti: & l. 5. & 6 titul. 13. libr. 4. & l. 1. & 4. titul. 17. lib. 5. Recopilationis.

3 Aliàs enim creditor sua authoritate, & suo arbitrio occupans debitoris

bitotis rem amittit ius, quod habebat ad eam. l. 6. & l. penultim. ff. Quod metus causa quibus cõuenit. l. 11. tit. 13. part. 5. Et l. 14.
4 titul. 10. par. 7. Et non ſolũ ammittit ius in illa re, ſed etiam ius totius debiti, vt probatur per d. l. Partitæ. 11. vbi Gregor. gloſ. 5. & per l. 14. titul. 10. eadem part. 5. vbi Gregor. Scholio. 1. Ex quibus iuribus ceſſat diſputatio Accurſij referentis antiquos in d. l. Extat, verbo, rem vllam, an, ſcilicet, creditor pignus, vel hypothecam propria authoritate occupans priuaretur toto debito, vel iure tantum, quod habebat ad hypothecam cum iure Regio Partitarum, toto debito priuari compertum ſit, cui accedit text. in l. 2. titul. 14. libr. 3 Ordinamẽti, & iure nouiſsimo probatur in l. 1. titul. 13. lib. 4. Compilatio. & hodie ſtãdum eſſe his legibus docet Didacus Perez in d. l. 2. titul. 14. lib. 3. Ordinam. Schol. 1. vbi inquit harũ legũ rigorẽ maximè neceſſariũ eſſe in Republica.

5 Verius tñ eſt prædictã pœnam priuationis iuris ſui nõ eſſe in vſu, ſed puniri tantũ propria authoritate capientẽ rẽ debitoris ſui iudicantis arbitrio, vt docet Marienço in l. 1. tit. 17. lib. 5. Cõpilat. gloſ. 5. nu. 4. Gracianus reg. 49. num. 11. Gutierrez lib. 1. practic. q. 77. per totã ante quos tenuit Couarr. lib. 3. Variarũ, cap. 16. num. 7.

6 Ratio vero ſupradictæ anterioris concluſionis, nempe vt cõuentioni partiũ ſtetur ea eſt, quia non committit dolũ, neque vim ille qui ex conſenſu aduerſarij rẽ aduerſarij ingreditur & poſſeſſionem eius intrat, iuxta Baldi, & Saliceti doctrinam in d. l. Creditores. C. de pignoribus, nu. 1. vbi omnes ordinarij latiſsime
7 tractant. Adeòque verã eſſe prædictam ſententiam affirmant, vt etiam ſi debitor reſiſtat, vim hoc caſu creditor inferre poſsit cum prætextu pacti ſui vis nõ dicatur vt cõtra Azonẽ teſtatur Ioãnes quẽ refert & ſequitur Accurſ. in d. l. Creditores, verbo, nõ videtur.
8 Bald. tñ n. 4. & Salicet. ibidẽ, n. 10 Ioannis opinionẽ veram putant quãdo debitor verbis reſiſteret Azonis tamen quando debitor corporaliter reſiſteret, & cũ armis ratione, ſcilicet, ſeditionis, ac tumultus vitãdi cum hoc caſu ſecurius ſit iudicem adire.

9 Et hoc ius ingrediendi propria authoritate, poſſe cedi ab ipſo creditore, ceſsionariumque illo vti poſſe, inquit Bartol. in l. 1. §. fin. ff. de operis noui nuntiatione poſt gloſſam, in l. Si à te. ff. de iure iurando, quod notabile putat Baldus in dict. l. Creditores, num. fin.

10 Illud tamen controuerſum fuit inter Scribentes, an liceret creditori virtute, prædicti pacti, propria authoritate ingredi

gredi rem sibi à debitore hypothecatam, si debitor, scilicet, vendidisset eã, essetque res apud tertium possessorem.

11 Et sanè etiam apud tertiũ re constituta licere creditori eius possessionem ingredi, sine iudice, eiusque iussu ratione conuentionis, docet Accursius in d.l.Creditores, verbo, nonvidentur, quẽ sequitur Baldus ibidem, n. 2. qui ex eo mouentur, quia ius quæsitũ ex pacto non potuit tolli, per alienationẽ rei factã à debitore.

12 Contrariam tamen opinionẽ admisit Martinus, antiquus Scriptor relatus ab Accursio, in dict. l.Creditores, Scholio. 1. in fine, & alij relati à Baldo, dict. n. 2. ea nempè ratione, quia isto pacto non est quæsitum ius reale, & sic nõ afficit rẽ si tertius possideat.

13 Hanc ergo opinionẽ Martini approbauit lex nostra regulam constituens, vt nõ possit creditor propria authoritate, sine iudicis præcepto capere rem sibi hypothecatam, licet ex cõuentione ei liceat quando prædicta res esset pœnes tertium possessorem.

14 Cui verissimę cõclusioni adstipulatur, nã pactũ de ingrediendo operatur duo, vnũ immediatè, aliud mediatè, ꝙ immediatè operatur est, quia obligat debitorẽ ad patiendũ ingressum possessionis, & ista est obligatio personalis, quæ tertium non ligat, vt probat text. in l.Si vnus. §. Ante omnia, de pactis.

15 Quod operatur mediatè præ dictum pactũ est ingressu sequuto, & illo mediante, quia ingressus sequens propter pactũ habet vim cuiusdam, quasi traditionis, vt probat text. in l.Minus instructus. C. de adquirenda possessione, & hæc quasi traditio, per ingressum facit rẽ, quæ erat simpliciter hypothecata in pignus transferri. l.Plebs. §.Pignus, de verborum significatione, inter hęc enim diuersitas est. l. 1. ff. depositaria actione.

16 Non ergo ante ingressum res est plus affecta, quam erat prius per hypothecã ad quemcunque, itaque res transeat ante ingressum non transit, nisi cum onere prioris hypothecæ, & illa non est per se sufficiẽs, vt sine iudicis authoritate.

17 Creditor rẽ ad se possit auocare, nec pactũ cũ debitore initũ sufficiẽs est, quia vt diximus obligat tãtũ eũ adpatiẽdũ ingressũ, donec res penes ipsũ sit, no tñ extẽdit ad tertiũ possessorẽ, sicut & in pacto de

18 nõ alienãdo diximus. Cuius præ textu licet nulla facta excussione possit agi cõtra tertiũ possessorẽ, instrumentũq; cõtra eũ exequi, sicut cõtra principalẽ debitorẽ, non tamẽ hoc pactũ operatur vt propria authoritate quis facere possit, vt docet Bart. in dict. l. Creditores, n. 22. & sequentibus, & optimè interpretatur Salic. in d.l. Creditores, ex num. 20.

IN

IN TEXTV, IBI.
Pero ſi el contendor que tiene los bienes.

Scholium. II.

19 IN Hac ſecunda parte lex noſtra anterioris regulę exceptionem adſcribit cū enim dixiſſet veterē creditorem non poſſe ingredi poſſeſſionē rei a tertio poſſeſſæ, etiam ſi ex lege conuentionis ei liceret, hanc ſententiam limitat quādo dictus tertius poſſeſſor emiſſet rē ſciēs ipſi primo creditori eſſe obligatā cum hypothecа, & pacto ingrediēdi propria authoritate, quo caſu creditor iudice nō adito emptorē expellere poterit, rē que hypothecatā ingredi, poſſeſſioneq́, eius adipiſci, cū fraudē cō mittat emptor ſciēs alij rē prædicto pacto eſſe obligatā, & ita prædictā cōuentionē afficere hoc caſu ſingularē ſucceſſorē, & tertiū poſſeſſorē docet Angelus in d.l. Creditores. C. de pignorib, n. 6. ex text. in §. Si quis in fraudē inſtitutionū de actionibus, & in.l. 3. ff. de alienatione iudicij mut. cauſa facta, & ante eum Accurſ. in l. Quia etiā. §. Item ſi locū, verbo, alienaueris: & pulchrè gl. in c. Quia vero, Scholio. 1. de iudicijs

20 Quæ opinio vſque adeò vera vt emptor ſciens emenſque rem alteri obligatam, de euictione agere non poſſit, ſi ab eo fuerit detracta, imò neque ad prætium niſi expreſſe cautum fuerit. l. 1. § 1. de actionibus empti. l. Æque. ff. de contrahenda emptione. l. 1. §. Si intelligatur. ff. de ædilitio ædicto. l. Si tamen, verſic. Si emptor ſciret, eodem titulo, cum alijs iuribus vulgaribus quibus conuenit. l. 19. titul. 5. part. 5.

21 Confirmatur prædicta ſententia, nam quanuis pactum de ingrediendo propria authoritate, non eſſet appoſitum. ſed ſola hypotheca ſpecialis, ſi venditio fiat in fraudem primi creditoris, & de ea participet emptor. Ille primus creditor cui obligata res eſt poterit rem quanuis tradita ſit reuocare actione reuocatoria, quæ datur ad reuocanda ea quæ ſunt alienata in fraudem creditorum l. 1. & per totum. ff. de his, quæ in fraudem creditorum, & docet ſingulariter Baldus in Rubrica. C. de reuocandis, his quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, numer. 2. Salicetus in l. 1 ad finem eodem titulo, & Albericus in l. Quotiens. C. de reiuendicatione, & ibi Iaſon, nona limitatione, & ante eos Accurſius, in dict. l. Quotiens, Scholio. 1.

22 Rurſus & limitatio noſtri txs. extendēda eſt ſi creditor vltra pa

ctũ de ingrediẽdo adiecit aliã cõuẽtionẽ, vt nõ posset debitor prædictã rẽ hypothecæ subiectã alienare, nã hoc casu si debitor alienet poterit creditor, propria authoritate possessionẽ ingredi ad uersus tertiũ possessorẽ, & ratio est quia venditio ipso iure non valet, & sic contractus est à lege resc issus. l. Si creditor. §. fin. ff. de distractione pignorum, ibi. *Nullam esse venditionem, vt pactioni stetur.* Et declarat Xuarez in l. Post rem iudicatã. 1. limitatione. n. 13

23 Idemque erit si vltra pactum de ingrediendo, quãuis nõ sit apposita ipsa prohibitio alienationis cõuenisset tamẽ creditor cũ debitore suo, vt liceret eivẽ lere, vel emptam habere rẽ hypothecatam precio designato pactum enim, hoc ad tertiũ possessorẽ extẽditur, probat tx. in l. fi. in prin. ff. de iure dotiũ. l. penul. de cõtrahend. empt. l. Si fundus. §. fin. de pignoribus, ex quib⁹ iuribu⁹ prędictã opinionẽ admittit Salicet. in d. l. Creditores, num. 22.

24 Vlterius ampliãda erit nostræ legis limitatio quãdo vltra pactũ de ingrediẽdo debitor cõstituit se posidere nomine creditoris, nã tãtũ iuris tribuitur creditori ex cõstituto, vt propria authoritate aduersus tertiũ possessorem possessionẽ ingredi posit, & ratio est, quia simplici cõstituto creditor nãciscitur vtrãq, possessionẽ, ciuilẽ & naturalẽ nulla itaq, possessio possessio põt esse penes tertiũ, iuxta Bart. doctrinã in d. l. Creditores, n. 17. & 18.

IN TEXTV, IBI.

E otrosi el Rey, &c.

Scholium III.

25 POstremo nostra lex prædictã regulã, nẽpe vt pactũ cũ hipotheca nõ operetur cõtra tertiũ possessorẽ ignorãtẽ limitat in debitore fisci pro reditib⁹ regijs nã si eius bona quo vis titulo trãseãt in tertios possessores, poterit fiscus propria authoritate occupare, iuxta tx. in l. Cũ possessor. § fi. de cẽsib⁹, docet Ioã. de Plat. in l. 1. de cõueniẽdis fisci debitorib⁹ lib. 10. n. 3. Greg. Lop. in l. 14. tit. 13. p. 5. Schol. 5. vers. Sexto limita nisi fiscus & inspiciẽd⁹ est Pereg. de priuilegijs fisci, lib. 6. ex n. 40.

Textus Quintus.

OTrosi, si alguno cõpra alguna bestia, è ge la demãdan en otro lugar q̃ no es de su fuero, alli ha de fazer derecho al pie de la bestia ante estos Alcaldes ante quien ge la demandã, e no puede pedir q̃ le embien a su fuero.

SVMMARIVM.

1 EMPTOR *Alicuius animalis in loco, vbi cum eo reperitur super eo conueniri potest.*

2 *Conueniri potest, quis vbi res, de qua*

qua agitur ſita eſt.

3 *Improbatur opinio Accurſij docentis, regulam vt ſortiatur, quis forum ratione rei ſitæ accipi debere in re immobili, ſecus ſi mobilis res ſit.*

4 *Cautio iudicio ſiſti ſubrogatur loco depoſiti.*

5 *Receptior eſt opinio Hoſtienſis, qui ait contra Accurſium ratione rei ſitæ forum ſortiri, ſiue mobilis ſiue immobilis res ſit.*

6 *Falſus eſt Gracianus, qui noſtræ legi ſtyli intellectum aſſignat, ſecundum Accurſij oppinionem.*

7 *Si forenſis conueniatur ſuper equo priuſquam equum ducat, debet ſatiſdare de eo exhibendo, & nõ vendendo, & repræſentãdo quoties opus fuerit.*

Lex Quinta.

IN TEXTU, IBI.

Alli ha de fazer derecho, &c.

Scholium Vnicum.

1 HVius legis ſententia eſt emptorẽ alicuius animalis, vbi cũ eo reperiatur poſſe conueniri, nec ad ſuum iudicem remittendum, & in proprio noſtro caſu, docet Hipolyt. Bonacos, in tractatu de materia equuorum, quæſtio. 100. & ratio

2 noſtræ legis ea eſt, quia conueniri poteſt quis in loco, vbi res de qua agitur ſita eſt, probar text. in capit. Sanè, & final, de for. comp. & in cap. Experientia. 11. quæſt. 1. & in l. final. C. Vbi in rem actio l. Si prædium. C. de prę̃d. minor. l. final. C. de long. tempor. præſcriptio. & ſcribit Gratianus poſt alios, quos refert in reg. 115. noſtræque legi cõuenit tex. in. l. 32 titul. 2. p. 3.

3 Itaque ex lege noſtra, & prædicta. l. Partitæ, improbatur opinio Accurſij in l. fin. C. vbi in rẽ actio, verbo, res, docẽtis prædictã regulã, nẽpè vt ſortiaẽ quis forũ ratione alicuius rei ſitę in aliquo loco accipi debere in re immobili ſecus ſi mobilis ſit res quo caſu ait ſufficere ſatiſdare iudicio ſiſti in foro rei, & Accurſiũ ſequũtur Abb. in c. fi. n. 43. de for. cõp. Iaſ. in l. 2. n. 17. de iuriſd. om. iudic. Platea in l. Cũ equę. C. de incolis lib. 10. Nã quãuis prædicta lex Partitæ decidat ſatiſdationẽ ſufficere in homine nõ ſuſpecto, ad hoc tñ cautionẽ requirit, vt cũ prædicta re mobili, ſeu ſemouẽti recedere poſsit cõuentus præſtita ſatiſdatione iudicio ſiſti, quæ cautio ſubrogatur loco depoſiti,

4 nõ tñ ex hoc aſſerit prædicta lex Partitę, iudiciũ quoq; ſuper ipſa re debere remitti ad locum domicilij, nam ſemper manet iudex competens, Magiſtratus

oppidi vbi res sita erat, & apud eum lis agitatur iuxta nostram legem, & legem Partitę, quæ iura expresse approbant opinionē
5 Hostiens. in Summa, tit. de for. competent. num. 5. dicentis contra Accursium ratione rei sitę forum sortiri, siue res sit mobilis,
6 siue immobilis, ex quibus colligitur falsum fuisse, Grattanum, in regul. 115. num. 2. qui intelligit prædictam legem Partitæ, & legem nostram styli, secundum opinionem Accursij, nempè, vt cū satisdatione remittatur reus conuentus ad forū suū, nā temere interpretatur ipse peritus Author prędictas leges cum satisdatio solū operetur, vt recedat reus cū re sua, at in primo iudicio debet experiri ex supra adnotatis.
7 Quibus conducunt adnotata ab Speculatore in titulo de satisdatione, versic. dicto, vbi in proprijs terminis nostræ legis format quæstionē in forensi, quem actor côuenit super quodā equo actione reiuendicationis, aitque priusquā equū ducat debere ipsum conuentum satisdare, de eo exhibendo, & nôn vendendo, & repræsentando quoties opus fuerit, vt ipsius Speculi verbis vtar.

Textus Sextus.

OTROSI El que es metido en orden, puede sin licencia de su mayor hazer emplazar, o pedir al Rey, ò al juez, que le defiēda en su derecho, en razon del derecho que ha en algunos bienes, en razon de herencia, o en otra manera: è puede estar en juyzio sin licencia de su mayor, en aquellas cosas que dize en la ley, que puede estar en juyzio el hijo q̄ està en poder del padre, sin licencia de su padre.

SVMMARIVM.

Monachus in iudicio esse potest sine superioris consensu in casibus quibus filius familias sine consensu patris.

2 *Monachus regulariter sine Superioris licentia non habet legitimam personam standi in iudicio, etiam pro iure Monasterij.*

3 *Canonicus non agit pro Ecclesia sua sine mandato.*

4 *Etiam cum superioris licentia pro alio Monasterio, non potest esse procurator Monachus.*

5 *Officium procuratoris, etiam clerico sæculari prohibitum est.*

5 *Vnum vel duo negotia si exerceantur*

ceantur à clerico non ex hoc procurator dicetur.

7 *Si ex charitate clericus procurationem suscipiat non prohibetur.*

8 *Monachus non potest esse causidicus.*

9 *Si in literis Papæ contineatur de aliqua venditione Monachi, accipiuntur prædictæ literæ, & interpretātur, ita vt Abbatis licētia adsit.*

10 *Prædicta regulaque prohibet, vt Monachus sine consensu Superioris in iudicio non stet innumeras patitur limitationes.*

11 *Quibus & consequens est limitatio nostræ legis, vt sine licentia Prælati iudicio superesse possit Monachus in causis, in quibus filius familias experitur sine consensu patris.*

12 *Regulariter filius familias iudicio adesse non potest sine patris consensu.*

13 *Aequiparatio Monachi ad filium familias accipitur nomine proprio, nomine enim alieno in multis casibus permittitur filio familias, quod Monacho prohibetur.*

14 *Non solum quoad iudicia, verum etiam quoad acquisitionem Monachus æquiparatur filio familias.*

15 *Monachus seruo æquiparatur cum declaratione tamen.*

16 *Sicut delata hæreditas acquiritur patri sine facto filij, ita delata hæreditas Monasterio.*

17 *Monasterium adire, vel repudiare potest hæreditatem sine facto Monachi.*

18 *Sine superioris consensu lucrosam hæreditatem adire monachus potest.*

Lex Sexta.

IN TEXTV, IBI. Otrosi el que es metido en orden.

Scholium vnicum.

1 Sentētia huius legis est Monachū in iudicio sine superioris consensu esse posse in casibus quib' filius familias sine consensu patris.

2 Monachū regulariter sine superioris consensu non habere legitimam personam standi in iudicio probat text. & ibi Scribentes in cap. Cum dilecta de rescriptis, glos. in c. Nō dicatis. 12. q. 1 q; procedit etiā si cœnobita in iudicio superfit, pro iure cœnobij, nā nō potest sine licētia Superio-

3 ris sicut Canonicus nō agit pro Ecclesia sua sine mādato, voluit Abb. in c. Cū dilectus de cōsuet.

4 n. 9. Et etiā cum Superioris licentia pro alio Monasterio non posset esse procurator Monach', vt tenet Ancharranus, consil. 52. prædictum quę officium procuratoris non solum in Monacho

5 prohibitum est. Sed etiam in clerico probat textus in capite secundo ne Clerici, vel Monachi vices suas, nisi Clericus esset procurator in Ecclesiasticis, & coram iudice Ecclesiastico, quo casu non prohibetur, vt docet Abbas in dicto capite secun-
6 do, num. 1. Prædictaque regula ne Clerici procuratoris officiũ exerceant generaliter accipienda est, nam vnum vel duo negotia si curentur a Clerico, etiam coram iudice sæculari, non ex hoc dicetur Clericus procurator tenet Innocentius in dict. c. 2. & latius affirmat in cap. Vni-
7 co, de obligatis ad ratiocinia, in fine, quod dictum Innocētij accipiendum est cum distinctione Abbatis, in dict. capit. 2. num. 2. Nēpè vt si Clericus ex cupiditate vellit assummere vnum negotium, vel duo nequaquam ei permittatur, aut non ex cupiditate, sed ex charitate, & procedit dictum Innocentij.

8 Rursus sicut Monachus, vt ex dictis apparet, non potest esse procurator, ita etiam nequit esse aduocatus textus in cap. 2. de postulando. l. 2. titul. 6. partit. 3. vbi Gregorius glossa. 6. ad vocationis officium in Monacho prohibet, etiam exstante paupertate Cœnobij, & quanuis Monachus suo patrocinio posset bona acquirere: & Cœnobitas alere à foro enim, & publicis magistratuum tribunalibus omnino vitandus est, vt animaduertit Renatus Choppinus de iure cœnobitarũ libr. 1. titul. 3. numer. 19.

9 Ex quibus omnibus concluditur regulariter sine superioris consensu, & in aliquibus casibus etiam cum eo Monachum, non posse stare in iudicio asserit Felinus in cap. Cum dilecta de rescriptis, numer. 13. vbi scribit, vt etiam si in literis Summi Pontificis contineatur, de aliquavenditione fienda vni Monacho intelligendæ sint prædictæ literæ secundum ius, idest, cum licentia Abbatis, cum hæc solemnitas non dicatur derogata per Pōtificis rescriptum.

10 Hæc tamen regula innumeras in iure patitur exceptiones, quarum octo congerit Felinus in cap. Cum dilecta, de rescriptis, ver. sicul. Fallit primo, numero. 15. vsque ad 20. Excipit quoque Boerius prædictam regulā, decisio. 121. restringit etiam scipio Ianuarius libro regularum, regul. 175.

11 Vltra prædictosque casus, & limitationes, in quibus Monachus potest esse in iudicio sine licentia prælati, addit nostra lex in omnibus etiam casibus, in qui bus filius familias, sine consensu patris potest in iuditio experiri in ijsdem posse Monachum sine licentia Superioris.

12 Et sanè in iure nostro pro regula

gula quoque traditur filium familias,nō poſſe iudicio ſupereſſe ſine cōſenſu patris probat tex. in l.fin.§ Neceſsitate,& ibi Doctores.C.de bonisque liberis huius tamen regulæ. 13. limitationes ſcribit Bartholomæus Socinus,regul.195.

13 Illud tamen aduertendum eſt dum noſter text æquiparat Monachū filio familias,vt in iudicio eſſe poſsit debere intelligi nomine proprio, nam nomine alterius compertum eſt in multis caſibus filio familias permitti, ꝙ Monacho prohibetur, cū ex ſupradictis appareat Monachū,nō poſſe eſſe Patronum, nec Procuratorem,nec aliqua ſimilia exercere. Et tamen filius familias,ſine conſenſu patris prædicta expedire poteſt,Abb. in cap. Non iniuſtè,de procurator.Et ita neceſſario intelligenda eſt noſtra lex,& eius æquiparatio de Monacho ad filium familias, ſecundum prædictam declarationem, quando agit nomine proprio.

14 Rurſus animaduerto non ſolum quoad iudicia, vt in noſtra lege verum etiam, quoad acquiſitionem Monachum comparari filio familias, & ita ſi hæreditas Monacho delata ſit, & ante aditionem moriatur ius adeundi tranſmittitur in Monaſteriū Bart.in l.1.num.20.de vulg. vbi Socin.num.19.Iaſo.n.42. Alex. num.23.Couarr.de teſtament.c. 1.num.21. Qui aiunt communē de iure Pontificio, licet contrariam opinionem dicat communem,de iure ciuili,Imol. in l. Si pater familias de hæredi. inſtir. Socin. in l.1.num.20.de vulgar. idem Imola in cap. Raynutius, de teſtam.

15 Ea ratione nāMonachus ſeruo cōparatur quoad acquiſitionem,& eſt communis ſecūdum Couarru.de teſtamen. c.1. num. 21.at hæreditas ſeruo delata eo inuito non acquiritur domino. l.Cum proponas, de hæredi. inſtitu.ibi.*Petuit enim quamuis iubente Domino nolle adire*. Monacho itaque ſi hæreditas delata ſit: monaſterio non acquiri ſi ante aditionē *M*onachus moriatur prædicti DD. contendunt.

16 Sed verior eſt ſuperior opinio vt filio familias comparetur *Mo*nachus quam frequentius receptam teſtatur Iaſ.in l.1.§. Per ſeruum,de acquirend.poſſeſ. num. 14.vt ſicut delata hæreditas filio: acquiritur patri,ita delata hæreditas Monacho,acquiratur *Mo*naſterio,quinimo & Monachus poteſt compelli à ſuperiore, vt adeat,cap.Nollo,cap. Cum dicatis.12.quæſt.1.cap.Si Religioſus de electión.in 6.Auth.de Monachis.§.Illud quoque, vel ipſum

17 Monaſterium adire,vel repudiare poteſt ſine facto Monachi hęreditatē monacho delatam Iaſ. in l. Legatum, num.13.de leg.1.

11 *Alij Curiales inferiores dicti sunt apud veteres.*

12 *Curia trita significatione Senatus Romani consessum significat.*

13 *Apud nos Curia dicitur oppidum vbi Rex est.*

14 *Curia denominatur à cohorte, vel à Curia.*

15 *Curia Regis accipitur cum quinque leucis in circuitu.*

16 *An dicatur curia Regis, quando Rex est absens disputatur.*

17 *Regis curia hoc priuilegio gaudet, vt quilibet qui in ea est, ibi conueniatur.*

18 *Principis curia omnibus, est commune forum.*

19 *Debitor conuenitur in curia, si in ea inueniatur, licet ibi non contraxerit.*

20 *Qui ad curiam accessit ex causa necessaria, ibi non conuenitur.*

21 *Legatus municipij, non habet ius reuocandi domum, sed super suis debitis conuenitur in curia Regis, licet ibi non contraxerit.*

22 *De supradicta opinione dubitat Grego. Lopez, cuius opinio improbatur, & num. sequenti.*

24 *Et qui ex causa probabili, vel quasi necessaria ad curiam venerũt ibi, non conueniuntur.*

25 *Hoc numero declaratur lex nostra quæ decidit reum, non posse super debito proprio apud curiam conueniri, licet ibi inueniatur.*

26 *Qui habet priuilegium reuocandi domum, debet cauere de stando iuri coram suo iudice.*

27 *Duo noua determinantur a nostra lege, & num. sequenti.*

Lex Septima.

IN TEXTV, IBI.

Porq̃ viue yen casa del Rey, ó que anda yen otra manera.

Scholium I.

1 AIT Hæc lex reũ in Curia Regis inuentum, non posse super debito cõueniri, sed
2 ad suum iudicem remittendum.

Curiarum genera apud veteres duo fuisse alteram vbi Pontifices de sacris Sacerdotijsque, & Religione deorum, deque ceremonijs consulebãt aliam in qua Senatus cõgregabatur de rebus publicis, & ad populum pertinẽtibus tractaturus, placuit Barroni lib. 4. linguæ Latinæ, & Festo Pompeio, lib. 3. in verbo, Curiæ, & lib. 12. in verbo, nouæ Curiæ, & Suetonio in Iulio Cęsare, cap. 80. Lasio in Commentarijs reipublicæ Romanæ, libr. 12. cap. 13.
3 Aulogelio, libr. 14. cap. 7. Alex. ab Alexand. lib. 1. cap. 16. verbo, & veteres Curias. Et quæ quotque Curiæ fuerint Romæ, & verbum

bum Curia sine adiectione no-
minis, quam Curiam significaue
rit latè disserit ipse Alex. ab Ale-
4 xand. vbi supra quæque fuerint
apud Romanos curiata comitia,
centuriata, quæ, tributa, & que
calata, videre est in Liuio. Dec.
libr. 1. in fine, & lib. 2. post princi
pium, Aulegelio, lib. 13. cap. 14.
Alexand. ab Alexand. libro. 4.
cap. 3.
5 Et hinc calatis comitijs testa-
mentũ fieri animaduersum fuit
à Iustiniano, in titulo de testamẽ
tis ordinandis in principio, vbi
tria veteribus fuisse testamento-
rum genera, ait, vnum quod cala
tis comitijs fiebat alterum, quod
per æs & libram libri pende ad-
hibito, & emptore familiæ ter-
tium, quod procinctum vocaba
tur cum milites ituri in prælium
nulla legum solemnitate testa-
bantur.
6 Rursusque singulas Curias
inde curias diuisas præfectosque
illarum Decuriones dictos con-
stat ex Valerio Maximo lib. 2. c.
4. Asconio in. 2 in verrem Ap-
piano, libr. 1. bellorum ciuilium,
& Plutarcho, in Tyberio Gra-
cho.
7 Et hinc quoque leges Curia
tæ dictæ sunt, vt tradit Alexan-
der ab Alexandro, lib. 6. cap. 23.
8 Et hinc Curiales dicti sunt,
qui curijs adscripti erant, vt pro
batur in l. Curialis. C. de locato,
& conducto, & in l. penult. C. de
exactoribus tributorum, lib. 10.
l. Siquis Curialis. l. Parabolani. l.
Siquis præsbyter. C. de Episco-
pis & Clericis, & in l. penultim.
C. de hæreditatibus Decurionũ,
& in C. Theodosiano sub tit. de
9 Decurionibus. l. 30. Putoque
hos dici quos nunc Curiæ pro-
curatores vocamus illarum vr-
biũ, quæ in Regno in Regis Cu-
ria suffragium habent, sic enim
Curiales Afri. dicti sunt in lege
Quoniam Afri Curiales. 21. Co
dicis Theodosiani, lib. 12. titul. 1.
& Anthiocheni, in l. Eos indul-
xerunt. 51. eodem libro & titu-
lo, & Claudiopolis, Prusiadis, &
aliorum oppidorum, siue man-
sionum, mentio fit, in l. Claudio
polis. 118. eodẽ titulo, & de alijs
Curialibus diuersarum ciuitatũ
habetur in l. 19. & in l. 30. de De-
curionibus omnium ciuitatum
eodem Codice Theodosiano.
10 Quos primi ordinis decem fuis-
se probatur in l. 2. de quæstioni-
11 bus in eodem Codice. Alij infe
riores dicti sunt, in l. Ad inferio-
rum. 173. de Decurionibus in Co
dice Theodosiano. Hodie verò
sumus. 36. omnesque primi ordi
nis, ex 17. ciuitatibus, & muni-
cipio Madritij vbi nunc curia Re
gis est cæteræ autem vrbes sunt
ciuitas Burgensis Castellæ, caput
Legionensis, Granatensis, Hispa
lensis, Murtiæ, & Iaen, Salmanti
censis, Conchensis, Auilẽsis, Za
morensis, Taurina, Guadalaxa-

ræ,

ræ, Corduueſ. Segouien. Valliſoletana, Soriana, Toletana, & Madritij. Municipiū, & ex vnaquaque harūvrbium, & Madritij municipio duo ad Regis curiam curiales mittuntur qui curiæ procuratores, vulgo nuncupantur, & in his curijs Madritij celebratis, hoc anno millesimo ſexcenteſimo ſeptimo, quæ propoſitæ ſunt ab inuictiſsimo Hiſpaniarum Rege Philippo III. & initium habuerunt die decimaſexta menſis Aprilis, ego Salmantienſis ciuitatis deſignatus curialis fui, qui omnes Regij procuratores Curiæ inter ſunt de Republica, & his ad eam pertinentibus tractaturi: a quo non longe abeſt Alciati interpretatio, lib. 2 Parergon. c. 26. & in l. Pupillis. §. Decuriones, de verborum ſignificatione, exiſtimantis curiales eſſe, ex decurionibus, & principalibus ciuitatis cuiuſque electos, qui munera & onera ſuſtinere cogebantur.

12 Curia tamen trita ſignificatione Senatus Roman. conſeſsū ſignificat. l. 1. C. de conſulibus, in Codice Theodoſiano.

13 Apud nos tamen curia dicitur oppidum illud vbi Rex eſt, cum ſuis conſiliarijs, & alijs, qui eius lateri áſſiſtunt, hæc enim congregatio curia dicitur, & inde locus vbi prædicta congregatio fit curia appellatur docet Couarr. practicarum quæſtionum,

14 cap. 4. numer. 10. Itaque curia dicitur a cohorte, hoc eſt gentium congregatione, vel à cura, quia ibi cura eſt reddendi iuſtitiam, vel a curando, quia ibi vitia, & vilia abſcinduntur, & bona curialia addiſcuntur, quæ omnia pulchrè congerit. l. 27 titul. 9. part.

15 2. & curia Regis accipitur, cum quinque leucis in circuitu l. 7. titul. 6. li. 2. compilation. & an dicatur curia Regis quando Rex

16 eſt abſens eſt videndus Couarr. loco ſupra citato, & Gregorius Lopez in l. 27. titul. 9. p. 2. gloſſa. 2. vbi tractat. de Pœna. l. 7. tit. 23. libr. 8. Recopilationis, quæ in caſu illius legis imponit pœnam ſemiſsis bonorum ingredienti curiam Regis, & dubitat Gregorius an prædicta pœna committatur, quando Rex eſt abſens ab eius curia, & eſt videndus Bart. in l. 2. de auro, & argento legato, verſiculo finali, vbi format quæſtionem de pœna ſubintrantis palatium Ducis, an illa pœna cōmittatur quando quis ingreſſus

17 fuit pallariū abſente Duce. Quibus præmiſsis comperium eſt Regis curiam, hoc iuris priuilegio potiri, vt quilibet qui in ea eſt poſsit ſuper debito ciuili conueniri apud iudices curiæ, etiam ſi ibi non contraxiſſet. l. 2. §. Legatis. ff. de iudicijs probant leges Regie. 4. & 5. titul. 5. par. 3. Et ratio eſt quia Principis curia omnibus eſt commune forum, ſicut Roma-

Romana Curia est omnibus cõmune tribunal, vt probat textus in cap. vltimo, de foro competenti, & textus in cap. 3. iuncta glossa de præbendis in 6. docet Abb. in dict. cap. final. de foro competenti, cum alijs relatis à Couarr. practicarum quæstio. cap. 5. numer. 1.

19 Pro regula itaque traditur à legibus & Scribentibus, nempè vt Regis Curia sit tribunal commune, & possit debitor in ea cõueniri, si in ea inueniatur, licet

20 ibi non contraxerit. Prædicta tamen juris traditio multifariam excipitur in omnibus, scilicet, qui ad Curiã accesserunt ex causa necessaria, vtpote cũ quis ad curiam venerit cum domino suo: aut eius mandato, aut pro vniuersitate concilij oppidi sui, vel vocatus causa testimonij perhibẽdi: seu appellationis suæ prosequendæ, aut sit à Rege conuocatus, vt euenit in decurionibus ad curias celebrandas, vel Regis legatus: Prædicti enim non possunt in Curia conueniri, sed ad suum forum remittuntur, quòd jus reuocandi domum appellatur à cõsulto in l. 2. §. Legatis de

21 iudicijs. Animaduerto tamen quòd attinet ad procuratorem vniuersitatis ciuitatis. & concilij iam correctum esse per textum in l. 4. titulo. 11. lib. 2. Ordinamẽti, & l. 11. titul. 7. lib. 6. Compilationis, dum statuunt prædicta iura: prædictum legatum à municipio, non habere ius reuocandi domum, sed posse super suis debitis conueniri in Curia Regis, licèt ibi non contraxisset, quæ iu

22 ra hoc appertè disponunt. Nihilominus tamen dubitauit Gregorius Lopez, & reliquit cogitã dum in l. 4. titul. 3. part. 3. gloss. 3. ait enim fortè debere intelligi prædicta iura Ordinamenti, & Compilationis, vt procedãt quãdo esset casus, in quo non competeret procuratori ius reuocandi domum veluti, quando huic priuilegio per eum esset renunciatum, vel esset casus in quo in Curia posset capi, & conueniri, vtpote si non promittat caueatque de respondendo domi in foro suo, vel licèt leges permittãt, vt prædictus procurator municipij conueniatur pro debito non tamen ex hoc intelligendum prohiberi, vti exceptione reuocandi domum ex dict. §. Legatis de iudicijs, & lege Partitę, licèt si prædicta exceptio non op-

23 poneretur valeret iudicium. Sed cum lex semper censeatur scripta rebus, & non verbis, putò, cũ effectu intelligendam legem Ordinamenti, & Compilationis, vt procurator ciuitatis suæ super debito proprio cõueniatur apud curiam licèt, alibi contraxisset, nisi in regio procuratore, earum ciuitatum, quæ in Curijs suffragium habent qui absque contro-

trouerſia reuocandi domum iure ponitur, dum curiæ enim celebrantur, in curia conueniri vetat, lex. 10. titu. 7. lib. 6. nouæ Cōpilat. nec iudicio ſiſti, cautionē cum ad domum reuertatur, præſtare adſtringitur, ex prædictæ legis deciſione, & ſtyli introductione, qui & extenditur ad eas lites, quę eiſdomi mouentur, dū in legatione ſunt, & hæ enim ceſſant, & Regiæ literæ in Regio Senatu expediuntur, & pluries expediri vidi, & ad pignorum reſtitutionem in executiuis litibus.

24 Rurſus à prædicta regula excipiuntur, vt in Curia non conueniantur, non ſolum hi qui ex cauſa neceſſaria ad eam peruenerunt, vt in caſibus ſupra congeſtis, verum & hi qui venerunt ex cauſa probabili, vel quaſi neceſſaria, vt docet Accurſius in dict. §. Legatis, verbo, ob aliā cauſam, & multa congerit Couarru. practicarum, cap. 1. num. 2. Gregor. Lopez in l. 4. & 5. titul. 3. part. 3. poſt Marianum Socinum in capit. vltimo de foro competenti, num. 62.

25 Ex ſupradictis igitur infero intellectum ad noſtram legem, dum diſponit reum non poſſe ſuper debito proprio apud Curiam conueniri, licet ibi inueniatur, debet enim intelligi, ſecundum ſuperius adnotata quā do, ſcilicet, in curia erat, ex aliqua cauſa neceſſaria, vt colligitur ex illis verbis. *Teſte deudor es fallado en caſa del Rey, porque viue y en caſa del Rey*, & dum litera ſequens dicit. *O que anda y en otra manera*, accipienda eſt ſecundum prædictam interpretationem, nempe, quando quis ad curiam, ex cauſa probabili, vel quaſi neceſſaria acceſſit, iuxta ea quæ tradit poſt gloſſam *Marianus*, vbi ſupra.

IN TEXTV, IBI,

E deuenle poner plaço a que parezca delante del Alcalde del lugar e del fuero, donde es, que cumpla de fuero e derecho al querelloſo.

Scolium. II.

26 EX His verbis cōſtat idem ſtatuere noſtram legē quod antea ſtatuerat. l. Partitæ. 4. titul. 3. part. 3. ad finem, dum inquit omnes qui habent priuilegium reuocandi domum, ſi in curia conueniantur debere promittere, & cauere iudicio ſiſti coram ſuo iudice.

27 Duo tamen ſtatuit noua, & quidem neceſſaria lex noſtra, nā primo ait euntem ad curiam ex cauſa probabili, & quaſi neceſſaria habere ius reuocandi domū, quod antea non erat lege ſtatutum, ſed ſolum Accurſij & Doctorum

ctorum opinione fulcitum, vt su pradiximus, iura enim tantum de causa necessaria locuta sunt.
28 Secundo statuit nostra lex iudicem, his qui domum reuocant debere assignare dilationem, intra quam iudicio supersint coram suo iudice, vt apud eum super debito conueniantur, & iure Partitarum nō dicitur iudicem Curiæ debere præfigere diem, itaque in his nostra lex est noua, & iuridica, mentique commendanda, vltra legationis casus legati enim, vt diximus à prædicta cautione immunes sunt.

Textus Octauus.

OTROSI, Si algun concejo da poder à algunos hombres dende, que ordenen algunas cosas entre si, è sobre lo que ordenaron algunos hombres del concejō, se sienten por agrauiados, è los querellan al Rey, pueden ser emplazados estos ordenadores para ante el Rey, porque el Rey los oya, è vea si lo q̄ ordenaron es bien ò no.

SVMMARIVM.

1 *A Populo eligi possunt personæ ad statuta cōdenda,*
2 *Prædicti electi à populo plenā potestatem habent.*
3 *Statuta honesta, & omnibus conuenientia esse debent.*
4 *Pluribus legibus permittitur statuta, & ordinationes condere.*
5 *Quod accipiendum est, dummodo populus non statuat contra leges.*
6 *Improbatur Alberici opinio contrarium docentis.*
7 *Multis fundamentis fundat Gregorius dispositionem, l. Omnes populi restringi ad ea, quæ non sunt cōtraius.*
8 *Multorum opinio fuit populum sine confirmatione Regis posse condere statuta.*
9 *Pro obseruantia ordinationum suarum potest populus pœnam apponere.*
10 *Capitulū potest statuere sine Episcopo, & in quibus casibus.*
11 *Vicus sine licentia ciuitatis, non potest condere ordinationes.*
12 *Statuta non concernentia administrationem, non potest ciuitas condere sine Regia confirmatione, & an dominus possit confirmare in loco sua iurisdictionis, & punire statuta condentes sine eius scientia, & numero sequenti differtur.*
14 *Dominus sine consensu populi statuta condere non potest.*

15 *Con-*

15 *Concernentia exercitium iurisdi ctionis sine populo, possunt exerce ri à domino.*

16 *Verius est nullum statutum fieri posse a domino, populo non consen tiente.*

17 *Dominus & populus gerunt se ad inuicem.*

18 *Inducitur lex Partitæ pro opinio ne Auendaño.*

19 *Confraternitates & Collegia sine confirmatione Regia statuta con stituere posse, Auedañus firmat.*

20 *Verior sententia est omnia statu ta ad eorum validationem à Re ge esse confirmanda.*

21 *Statuta confraternitatum & Col legiorum omnino debent confir mari à Rege.*

22 *Quæcumque statuit ciuitas à Re ge debere confirmari, ad hoc vt valeat expressis verbis decidit nostra lex styli.*

23 *Prætor vrbanus statuta populi videre debet, etsi confirmata non sint Regem consulat.*

Lex Octaua.

IN TEXTV, IBI.

Otrosi si algun Concejo dà poder.

Scholium. I.

1 SIT Hęc lex posse eligi à populo personas ad statuta condenda, quę sententia cõfirmatur ex toto titulo. C. De nouo Codice componendo, & ex Rubrica. C. De nouo codice confirmando, & tales electi & nominati a populo plenam potestatem habent, probat text. in l. vnica, verbo, adijciẽtes, de nouo codice componendo, & melius in l. 2. §. exactis. ff. de origine iuris, vbi publica authoritate decem viri nominati

2 sunt, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, hisque summum ius datum est, vt & leges corrigerent si opus esset, & interpretarentur, & quidem sine vlla prouocatione vel appellatione. Hæc tamen obseruatio iure Regio nouissimo corruit, quo ciuitas statutis non vtitur, nisi Rex conseruauerit. l. 8. tit. 1. lib. 7. Cõpilationis.

IN TEXTV, IBI.

Se sienten por agrauiados.

Scholium II.

3 ET Quidem cũ consideratione, statuta enim rationabilia, honesta, & omnibus vtilia esse debent, cap. Erit autem lex. 4. distinctione, docet Bar. in l. Omnes populi, nu. 9 ff. de iustitia & iure, & ibi Ias. num. 7. & multis exornat Auiles. in capitibus Prætorum, cap. 17. verbo, *Buenas*, nu. 1. & se-

quentibus, quod antea docuerat Gregor. in l. 12. tit. 1. part. 1. Scholio primo.

IN TEXTV, IBI.

Porque el Rey los oya, y vea si lo que ordenaron es bien ò no.

Scholium III.

4 PRO Intellectu huius legis animaduertendum est pluribus legibus permitti populis statuta, & ordinationes condere. l. Omnes populi. ff. de iustitia & iure, l. Prohibere. §. Plane, quod vi aut clam. l. 1. C. de emancipatione liberorum. l. Antiochẽsium. ff. de priuilegijs creditorum. c. Ius ciuile. 1. distin. cũ alijs vulgaribus, & vtrobiq; Scribentes.

5 Quæ conclusio accipiẽda est, dummodo populus non statuat, contra leges iuris communis & Regni, secundum Aretinum in dict. l. Omnes populi, & ratio est: quia si par in parem non potest statuere, multo minus inferior contra leges superioris. C. Cum inferior, de maioritate & obed. 6 licet Alberic. contrarium asserat in l. Nam & magistratus, de arbitris, in eum tamen inuehitur, Gregor. in l. 12. tit. 1. part. 1. glo. 1. versic. Tertio limita eo fundamento, videtur enim ex hoc sublata Regia potestas, si legibus Regijs posset derogari per statuta populorum, nec est credendũ per legem Omnes populi, eam potestatem Imperatores dedisse populis, cum redundet in contẽ 7 ptum suarum legum. Generalitatem itaque legis omnes populi debere restringi, ad ea quæ nõ sunt contra leges, multis considerationibus fundat' Gregorius vbi supra.

8 Illud tamen controuerti solet, an prædicta statuta ad eorum validitatem debeant à Rege confirmari, & Auendañus post antiquos, in dict. l. Omnes populi, latè disputat lib. 1. de manda. Reg. cap. 15. ex num. 3. & resoluit cum innumeris, quos refert dict. nu. 3. Populum sine vlla confirmatione Regis, vel domini, in oppidis dominorum posse condere statuta super administratione populi, & gubernatione rerum suarum, & æstimatione victualium, & idem docuit dict. libr. 1. 9 cap. 8. numer. 6. Itaque pro obseruantia prædictarum ordinationum posse populum pœnam apponere, & voluit Gregor. Lopez in l. 12. tit. 1. part. 1. glos. 1. versic. Secundo limita, ex doctrina Abbatis in cap. 1. de his quæ fiũt à maiori parte capituli, docẽtis 10 Capitulum posse statuere sine Episcopo in his, dumtaxat, quæ concernunt facta ipsius capituli, aliàs enim non valet statutum sine consensu Episcopi, & in prædicto casu, in quo, licet populo statutum facere, non fit extensio ad

11 ad vicos ciuitati ſubiectos. Nam hi ſiue licencia ciuitatis non poſſunt condere ordinationes, niſi haberet præſcriptionem. vt poſt Bart. & Ripam, quos refert, docet Auenda. dict. capit. 29. nume. 1.

Alia tamen ſtatuta non con-
12 cernentia adminiſtrationem, nō poteſt ciuitas condere, vt eis vti poſſit, niſi Rex confirmet: & ſi ciuitas ſit alicuius domini, poſſe confirmare dominum, reſtatur Auendañus in dict. capit. 19. nume. 9. & in dict. lib. 1. capit. 8.

13 Scribit dominos populorum poſſe punire ſtatuta condentes ſine eius ſcientia & confirmatione, cum videatur dominus offenſus in ſua iuriſdictione. Et ſupra di-
14 ctis addo etiam ipſum dominū ſua auctoritate non poſſe condere, ſtatuta ſine conſenſu populi. vt probat text. in l. 12. tit. 1. par. 2. Quæ lex vrget cōtra ea, quæ ſcribit Bart. in l. 12. nu. 10. ff. Quod quiſque iuris & in l. Omnes populi, num. 8. vbi prædictis dominis tribuit poteſtatem condendi ſtatuta, & ordinationes in populis ſuis ſine conſenſu populi, quanuis ſupradicta oppinio poſſet intelligi, ſecundum Gregor. Lopez in dict. l. 12. titu. 1. part. 2.
15 gloſſa. 1. Niſi dominus ſcilicet ſtatueret in concernentibus exercitium iuriſdictionis, & ſuper non prohibitis à iure Regni, ſi tamen alia ſtatuat præſertim ſi concernant præiudicium vicinorum populi, nequaquam ei permittatur ſine conſenſu ſui populi, ſicque accipienda ſit dicta lex Partitæ

16 Hanc tamen opinionem non intrepide firmat Gregorius, ſed cogitandam relinquit, & ſanè cū habeamus legem Partitæ, adeo genericam, quæ docet dominos populorum, nihil ſtatuere poſſe irrequiſito populo putarem eſſe accipiendam prefatam legem cū ſua generalitate, vt nullum & ſuper nulla re ſtatutum, poſſit condere dominus populō non conſentiente.

17 Et ita ſecundum prædicta dominus & populus gerunt ſe adinuicem, nam populus ſine domino, & dominus ſine populo nihil ſtatuere queunt.

18 Rurſus addo prædictam l. Partitæ 12. titu. 1. part. 2. Multum vrgere pro oppinione Auendani, quanquam ipſe non alleget. Nā dum docet prædicta lex, Duces, Marquiones, & alios dominos non poſſe ſtatuere ſine conſenſu populi innuit à contrario ſenſu dominos cum ſuo populo rite & recte ſtatuere poſſe, & valere ſtatuta opidi confirmata & approbata a domino ſuo, quæ eſt melior lex de iure pro oppinione Auendani, & Auendañum ſequitur Oroſc. in l. Omnes populi, nu. 19. Azeue. in l. 14. tit. 6. lib. 3. cōpil. vlteriuſque fraternitates

& collegia sine confirmatione regia statuta cõstituere posse, cũ pluribus, quos recenset firmat Auend. dict.cap.19.nu.11.

20 Sed prædictis non obstantibus firmiter assero omnia statuta ciuitatis regię, vel cuiuslibet populi alterius domini debere confirmari à Rege nostro, aliàs nulla erunt, & sic non erit locus distinctioni, de qua supra, an scilicet statuta concernant administrationem victualium necne, nam omnia statuta super quibuscunque rebus debent confirmari à Rege ad eorum validitatẽ, & ita quotidie in Pintiano conuentu vidi obseruari quotiescũque ad lites exercendas producebantur statuta. Hoc enim primo inspiciebatur, an esse cõfirmata à Rege, & si non erant cõfirmata, nullam authoritatem habebant, secundum prædictam verissimam opinionem, vt scilicet statuta necessario debeant a Regibus cõfirmari, quam defendit Menchaca controuersiarum illustrium, lib.1.cap.102. Gutierrez de iuramento.1.par.cap.38.num.1.&2. & late Ioannes Garc. de nobilitate in inscriptione legis Regni, num.12.

21 Idemq, dicendum est de statutis fraternitatum & collegiorũ, omnino enim debent confirmari à Rege nostro, vt contra Auẽdañum docet Ioan.Garc, vbi supra, num.13.

22 Constat ergo ex supra dictis quæcunque statuat ciuitas esse confirmáda à Rege, quod expressis verbis decidit nostra lex, in verbis in scholio relatis, & probat tex.in l.8.tit.1.lib.7.noui ordinamenti.

23 Neque obstat cap.16.in capitibus Pretorum, & lex 14.tit.6.lib.3.ordinamenti, ibi: *Y las que vieren que fueren buenas, las guarden y hagan guardar*. Ex quibus verbis ait Auendañus, & cæteri vbi supra, statuta interim dum non confirmantur debere obseruari, nam docte ei satisfacit Ioan.Garcia de nobilitate in inscriptione pragmaticæ, num.12. Inquit enim dictum caput Prætorum accipi debere in prætore vrbano cui præcipitur, vt videat statuta populi (confirmata scilicet) & si quid censuerit mutandum, aut addendum cõsulat Regem confirmaturum, firmum itaque ex supradictis manet cõfirmatione esse opus alioquin enim statuta nõ custodiuntur, quæ cõfirmatio fit in cõsilio Regio, vt testatur Gutierrez de iuraméto cõfirmatorio, 1.p.cap.8.num.1. Gregor. in l.12.titu.1.par.1.gloss.1. & probat expressè nostra lex in hoc vltimo scholio, ibi: *Porque el Rey los aya y vea*, quæ verba expressè indicant regiam confirmationem.

Textus

Textus Nonus.

OTROSI, Si el Rey seyendo en alguna villa suya, le dieren querella, que algũ hombre fue muerto, è que le mataron fulano, è fulano, è dizen, que a estos matadores justicie por ello, è dize, è querella el querelloso, è parece assi por la pesquisa, que estos matadores que lo hizieron con consejo de otros hombres, è alguno destos hombres es oficial del Rey, è los otros hombres no son oficiales: es a saber, que el oficial por razon q̃ es oficial, ha de cũplir de derecho ante el Rey mas los otros seran embiados a que cumplã de derecho ante sus Alcaldes de su lugar, maguer, la querella fue dada ay Rey, seyẽdo el Rey en este lugar, maguer, el Rey manda fazer la pesquisa.

SVMMARIVM.

1 *RATIONE delicti sortitur quis forum loci criminis commissi.*

2 *Rationem mãdati sicut & delicti foru sortiendum multorum oppinio fuit.*

3 *Vbi delictũ cõmissũ est destinatus, est effectus delicti, & ibi debet puniri delinquens.*

4 *Rei turpis nulla obligatio est.*

5 *Testis qui examinatus per iudicem suũ expostulatione alterius falsum dixit, puniri potest per iudicẽ causæ, ad quem trãsmissum fuit testis testimonium.*

6 *Locus ad quẽ destinatur effectus matrimonij attenditur in dote exigenda.*

7 *Percutiens aliũ in aliquo loco, si in alio mortuus est ex percussione, locus percussionis nõ vbi moritur inspicitur, & sic ibi punitur.*

8 *Si controuersa iurisdictio sit ratione delicti magistratus, loci vbi quis percussus est, cognitionem habet, licèt alibi crimen initium habuisset ex prædicta effectus destinati ratione, & consideratione, & numeris sequentibus.*

11 *Contraria oppinio frequentius admissa fuit, nempè vt ratione mãdati non sortiatur quis forum.*

12 *Madans, & mandata ius obligantur quilibet pro se, & sic quilibet in foro suo conuenitur, quã oppinionem elegit nostra l. styli, quæ mãdãtem in loco mandati puniendum iubet, & num. sequenti.*

Lex Nona.

IN TEXTV, IBI: *Que estos matadores q̃ lo hizieron con consejo de otros hombres.*

Scholium I.

1 PRO Expositione huius legis præmittendũ est vulgare illud iuris principiũ, quo docemur ratione delicti sortiri forũ loci criminis cõmissi, tex. in c. *Postulasti*, & in c. fin. de foro cõpeten. & ibi Scribentes leges primæ, C. vbi Senatores, vel clarissimi, & C. vbi de criminibus agi oporteat, cũ vulgaribus, & probatur de iure regio, per tex. in l. 32. titu. 2. part. 3. & l. 15. titu. 1. part. 1. vbi Gregor. Lopez glos. 1. Plura de hac re congerit, & est videre per Abbatem in cap. 1. de raptoribus, & in c. fi. de foro competent. & per Socin. in c. Postulasti, cod. titu. de foro compet. vbi huius regulæ innumeras quæstiones adducit, & Casan. in consuet. in titu. *Desaduẽu*, rub. 12. §. vni n. 1. & seq. & de plurifaria fori significatione, plura refert Brison. de verbor. signif. verbo, Forum, qui omnino inspiciẽdus est.

2 Secũdo præmittendũ est rẽ cõtrouersam fuisse inter iuris Interpretes, an ratione mandati, & cõsilij sortiatur quis forum ratione què mandati, sicut & delicti forũ sortiendũ docuit Bat. in l. Et si amicis, de adulte. & in l. vt proponitur, de fideiuss. vbi Pau. n. 2. qui factũ proponit in existẽte Florẽtiæ, mandãte Titio, Sẽproniũ interficere, & mandatariũ Paduæ eum occidisse: ibi enim mandans punietur, non verò Florentiæ, vbi cõmorabatur delictũquè cõmitti mãdauit? & testatur idem Pau. in l. vni. n. 2. C. vbi de posses. agi oporteat, Abb. in c. fi. n. 27. de for. cõp. Soc. in c. Postulasti, cod. tit. n. 5. & pro regula tradit Petrus Dueñas plures recẽsens reg. 378. ver. *Amplia tertio*: & ratio est, secũdum prædictos Doctores, quia nõ vbi quis mandauit, sed vbi delictũ cõmissũ, & subsecutũ est, est destinatus effectus delicti, & ibi debet crimen puniri: tũ etiã, quia regulariter ex mãdato solo, quis nulla pœna plectitur, & inter mãdantẽ & mãdatariũ nulla fuit cõ-
4 tracta obligatio, quia rei turpis nulla obligatio est, l. Si remunerandi, §. rei turpis, ff. mandati ad
5 hoc, vt in loco contractus exẽplo causarũ ciuilium puniatur is quĩ mãdauit, & ex hoc inferũt Scriptores testẽ qui examinat' per iudicẽ suũ ex postulatione alterius magistratus, corã quo lis vertebatur falso testificatus est, posse puniri per iudicẽ causę, ad quẽ trãsmissum fuit testis testimoniũ, & vbi ei' assertio fuit publicata, Spec. tit. de test. ver. quod si aliquis, n. 45. Abb. in d. c. fi. n. 28. de foro cõp. & ratio est sm̃ eos, quia prædict' testis habuit animũ deliquẽdi, ibi, & apud illũ iudicẽ, ad quẽ fuit trasmissa eius attestatio, & ibi destinatus est effect' delicti, arg. tx. in l. exigere dotẽ, ff. de iudic. vbi attẽditur loc' ad quẽ destinatur effectus matrimonij, & ex his idem

Idem dicitur in notario falsum conficiente instrumentũ producendum ad aliũ locũ: nam in eo loco potest puniri, tenet Abbas in cap.fin.de For.comp.n.28. ad finem. Idem dicimus, quando
7 quis percussit alium in aliquo loco, & percussus moritur in alio: nam inspicitur locus percussionis, non vbi moritur, quia ibi videtur interfectus, vbi est percussus, l. Ait lex. ff. ad legem Aquil.l.1.§. Ex incendio, de Incendio naufr.& ruin. quod ex dicta ratione procedit, nam locus ad quem destinatur effectus mortis fuit ille, vbi vulnus fuit illatũ, docet Bart.in l. Libellorum, de accusationibus, vbi numero sex
8 to, & septimo, duas non leuis difficultatis quæstiones disputat, quando controuersia iurisdictio est ratione delicti ad ma-
9 gistratum què loci, vbi quis percussus fuit, licet alibi crimen initium habuisset cognitionem spectare pluribus fundamentis aduersus aliorum veterum Scribentium sententiam defendere conatur ex supradicta, videlicet effectus destinati ratione, & consideratione.
10 Ex quibus omnibus confirmata manet prædict. conclusio, nempè, vt ratione mandati sortiatur quis forum, sitque puniẽdus in loco, vbi delictũ fuit commissum à mandatario.
11 Contraria verò opinio frequẽtius admissa fuit, nẽpè, vt ratione mãdati nõ sortiatur quis forũ, docet Bar.in l.sed si vnius, n.5.de iniurijs, & in l.hos accusare.§.lege Iulia, n.3.de accusatio.& in l.adultera §.1.de adult. Hãc opinionẽ defendit Bald.cũ esset quęstio de facto, in l.nõ ideó minus, n.37.C. de accus.idẽ Bal. in c.1. ad fin. de cõtrouersia, apud pares terminãda docet Angel.de malefic.in parte Sẽproniũ mãdatorẽ, q.20.n.21. & ibi additio Augustini de Arimino, vbi ingenue fatetur ignorare rationẽ, quare mãdans debeat remitti ad locũ cõmisi delicti à mãdatario, voluit Ias. in l. nulli, C.de iudic.n.5.& 6.idẽ Bald.in l. Iuriscõsultus, C.quib.res iud. nõ nocet, Ægidius Bosius in Praxi criminali, tit.de for.cõpet.n.109. & 110.vbi asserit, Mediolanẽsem mandãtẽ fieri homicidiũ Papiæ Mediolani coercẽdũ, & de mãdatario, qui cõmisit homicidiũ ius
12 dicendũ à iudice ciuitatis Papiæ: & ratio est, quia prędicti delinquẽtes, mãdãs, & mãdatarius obligãtur quilibet pro se, quilibet ita què in foro suo debet cõueniri: quã rationẽ scribit Bal. in d.l. nõ ideó minus, ad fi.C.de accus. Bar. in l.sed si vnius, nu.5. ff.de iniur. Ang.vbi sup.Bosius d.n.110. hãc ergo opinionẽ elegit nostra lex, dũ statuit mãdãtẽ fieri delictũ nõ puniri in loco delicti cõmisi, sed ad iudicẽ suũ remitẽdũ, & hic est breuis, & verus eius intellectus.

31 *Ante litem contestatam alium defensorem defensor constituere non potest: controuersa tamē opinio est, & numeris sequentibus.*

34 *Procurator post litem contestatā, procuratorē cōstituit, & nō aliàs.*

35 *Post cautionē praestitā non potest defensor poenitere, nec iudiciū recusare.*

36 *Defensor litem facit suam.*

37 *Defensor, dñs principalis dicitur.*

38 *Latitante reo fideiussores dantur, qui defendant.*

39 *Ille ad quē spectat causa periculū, in quacunq; parte litis potest constituere procuratorem.*

40 *Contraria opinio verior, nempè, vt ante litem contestatā, nō possit defensor alium defensorē cōstituere, cum propriè dominus nō dicatur ante litis contestationem.*

41 *Defensor dicitur quasi dñs, sicut tutor, & procurator sunt loco dñi.*

42 *Damnum potest spectare ad aliquem, & tamen principalis non dicitur.*

43 *Tanquam probabiliorem opinionē hanc elegit lex nostra, vt nisi lite contestata, defensor non possit defensorem constituere.*

Lex decima.

IN TEXTV IBI: *Recebirlohan a que lo defienda.*

Schol. Primum.

1 REgula iuris est, neminē pro alio sine mandato actionem intēdere posse, probat text. in l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gestis, ibi: *Quāquā enim hoc ei imputari nō possit, cur alios debitores non conuenerit, quoniā conuenier di eos iudicio facultatem non habuit, qui nullam actionē intendere potuit.* Accedit text. elegās in l. tutori, C. de neg. gest. in illis verbis: *Tutori vel curatori similis nō habetur, qui citra mandatum negotium alienum sponte gerit:* probat de iure regio, text. in l. 10. titu. 5. part. 3.

2 Ab hac tamen regula excipiūtur nonnullae personae, quae de iure possunt pro alio agere sine mandato, vtpotè maritus pro vxore, l. maritus, C. de procurato. quod procedit etiam si sit maritus putatiuus, docet Albericus in d. l. maritus, per legē dotē, ff. de ritu nup. & l. si vxor, §. 1. de adult. Nam matrimonium putatiuū, praetextu mulieris habet priuilegia, quae habet verum, l. si cū do-
3 tem, §. fin. ff. solut. matri. Quae opinio vera est, licet contrariam defendat, Ias. in d. l. maritus, nu. 6. & Alberic. sequitur Greg. Lop. in d. l. 10. tit. 5. p. 3. glos. 2. qui extendit quoq; ad sponsum de praesenti: & ècōuerso vxor non ad-
4 mittitur pro marito, l. 2. ff. de iniurijs, & docet ibidem Gregor.
5 extēditur quoquè hoc ad omnes actus: nam si protestatio, vel denuntiatio debeat fieri vxori, sufficit si fiat marito, l. aut, quod aliter, §. sed & seruus, ff. quod vi aut clā, & emphyteota, qui alienādo

fine licentia domini amittit em-
phiteosim, si denūtiat marito in
cōmissum non cadit, & idem est
regulariter in omnibus alijs casi-
bus est videndus, Ias. in l. mari-
tus, C. de procur. in princip.
7 Rursus admittitur coiunctus
pro coiuncto ad agendū sine mā
dato, & de iure comuni, vsque ad
decimū gradū, liberiq;, & paren-
tes vsq; in infinitum, glos. & Scri
bentes in l. Sed & hę personæ, ff.
8 de procu. Iure tamē regio nō ad
mittitur coiunctus pro coniun-
cto, nisi vsq; ad 4. gradū, decidit
text. in l. 10. tit. 5. p 3. vbi Grego.
9 Lop. Admittitur quoquè coniū-
ctus coniunctione ciuili, vt Ca-
nonicus pro Ecclesia, & similes,
& inspiciēdus est Abb. in c. cū di
lect', de consuet. & in c. 2. de po-
10 stul. & l. 5. tit. 10. lib. 1. Fori. Affi-
nis quoq; admittitur pro affine,
& quis affinis debeat esse is, decla
ratur per d. l 10. & Grego. Lop.
11 glo. 4. Vlterius libert' pro patro
no, & patronus pro liberto, sine
mandato agere possunt, l. Sed &
12 hæ personæ, ff. de procur. Dein-
de cōsors eiusdē litis potest age-
re sine mandato pro cōsorte, l. 2.
C. de consor. eiusd. lit. & quidē
ante litis cōtestationē, quāquam
opinio DD. fuit in contrarium,
qui cēsuerūt post litis cōtestatio
nem solum admitti consortem.
13 Sed præd. prima opinio est ho
die sine discrimine, attenta d. l.
Regia, quæ sine distinctione lo-

quitur: hi ergo omnes casus con-
numerantur à lege Regia, 10. tit.
5. p. 3. in quibus omnibus admit-
titur quis pro alio ad agendum si
14 ne mādato, præstita tn̄ cautione
rati, l. Sed & hæ personæ, de pro-
cur. d. l. 10. tit. 5. p. 3. l. 5. tit. 10. lib.
1. For. Vltra prædict. ergo casus,
regula firma manet, vt null' pro
alio agere possit sine mandato.
15 Ad defendendum tn̄ mādatū,
non requiritur, quilibet enim,
quantūuis extraneus, potest reū
conuentū absentē defendere, &
pro eo respondere, l. exigēdi, C.
de procur. l. solutionē, ff. de solu
tio est, quia publice interest,
latè tractat Ias. in l. Exigendi, in
princip. C. de procu. quod proce
dit etiam actore inuito, & recla-
mante: nam quāuis actor nollit,
defensor admittitur pro reo, do-
cet Abb. in c. Constitutus, nu. 7.
de procur. Specul. in tit. de defen
sore, nu. 2. Ex quibus Interpre-
tāda est nostra lex in prima eius
parte, dum decidit quemlibet
posse reum conuentū, & absen-
tem defendere, quod anteà san-
xit notab. tex. in l. 10. tit 5. par. 3.
16 Est tn̄ accipienda nostrę legis
sententia, secundum præd. legē
Partitæ in fine, nēpè, vt defensor
citra mandatū admittatur, sica-
ueat de rato: nemo enim alienæ li
tis defensor sine satisdatione ido
neus esse creditur, probat tex. in
l. qui proprio, §. qui alium, & in
l. non videtur, de procur, & in l.
quod

quod si de speciali, de minor. & in l. Rectè, de iud. & in l. Actor, ff. rem ratã haberi, & in l. qui rē, ff. de reg. iur. & in §. ab eius, & in §. si verò, instit. de satisdatione.

17 Addo tamē esse nōnullos casus in quibus defensor non habet opus satisdatione, videlicet, si quis sit defensor ad vnum articulū tātum, veluti ad allegandas causas absentiæ: asserit gloss. in l. in eo quod plus, §. nemo, ff. de re iudi. & in l. Exigendi, C. de procurat. glos. in l. in eo quod, §. 1. de regu. iur. Innoc. in c. Veniēs, de accus. Vbi verã fatetur hanc opinionē quãdo quis allegat causas absentiæ facti, putã morbū, & similes

18 causas. Secus verò si defensor alleget causas absentiæ iuris, id est priuilegium, quo casu debet habere mãdatum, vel satisdare, & hãc distinctionē Innoc. sequitur Bal. in l. Exigendi, C. de procur. & sine vlla distinctione, hãc opinionē admittit Ias. in d. l. Exigendi, n. 2. & ad vnū articulum causæ defensorē admitti posse, probat tex. in l. 2. C. de nego. gest. & ibi Bar. Pau. in d. l. Exigēdi, n. 4. Ias. ibidem in principio.

19 Secūdò, defensor nō adstringitur satisdare, quando vult defendere reū cōuentū exactis causæ, nollitq; producere nouos testes, neque instrumenta: vt testatur Innoc. in c. veniens, de accusa. Ange. in l. filius, n. 6. ff. qui satisda. cogan. Pau. de Cast. in d. l. Exigendi, nume. 4. & ibi. Ias. num. 10.

20 Quinimo ad defendendū reū exactis quilibet admittitur, etiã aliàs inhabilis, vt minor & mulier: & est ratio, quia si nemo defenderet, iudex debet ex officio defendere, vt tradit Accurs. glos. magna in l. vbi pactum, C. de trãsact. Quæcunq; enim iudici cōstant exactis intelliguntur ei notoria & necessaria, c. cum speciali, de appel. docet Ange. in d. l. filius familias, ff. qui satisd. cogan. n. 6. & 7. Ias. in d. l. exigēdi, C. de procur. num. 2.

21 Tertiò, admittit' sine satisdatione prælatus, qui iudicio adest ad defendendã Ecclesiã suã; vt arbitratus fuit Innoc. in c. cum inter, de verbor. signi. Angel. in l. filius familias, n. fin. qui satisd. cogan.

22 Quartò, admittitur sine satisdatione, patet, qui iudicē adire potest pro defensione filij, tãquã legitimus eius administrator, tex. in l. fin. §. vbi adhuc, C. de bon. quæ lib. l. fin. §. defensionē, C. de administ. tut. docet Bart. in l. 2. §. fin. nu. 6. ff. solu. matri. Ias. in d. l. Exigendi, C. de procu. num. 2.

23 Vltimò releuatur, quis à satisdatione, qn̄ est releuatus à principali, qui promisit iudicatū soluere: hæc enim obligatio & promissio sufficit ad releuãdū procuratorē, defensorē, & similes personas alieno nomine in iudicio interuenientes. Et ideo praxis recepit in oñi instrumēto, vbi procurator

rator constituitur dominium satisdare pro procuratore cautionem iudicio sisti, & iudicatum solui, ratumque habiturũ à procuratore gestum fideiuben do, sub hyppotheca bonorum, & his peractis procurator releuatur ab omni genere satisdationis, vt probat text. in §. Si vero aliquis, de satisdario. Ad hoc tamen, vt talis releuatio operetur debet dominus possidere immobilia, aliàs compellitur satisdare, & quanuis hoc non ita strictè seruetur, regulariter enim admittitur mãdatũ cũ clausula ordinaria releuationis, nec inspicitur, an dñs possideat immobilia.

25 Est tamen de iure vera prædicta sẽtẽtia, vt qui immobilia nõ possidet releuare nequeat sine fideiussoribus, docet Bart. in l. Si defunctus, §. 1. ff. de proc. & in rubri. ff. iudica. solui. Ange. in l. Filius familias, qui satis. cogãr. nu.

26 5. vbi de hac re cautelam scribit ad litem immorandam, quando quis conuenitur per procuratorem, si ab eo exigat satisdationẽ iuditio sisti, & iudicatum solui: & in prædictis iuribus inspiciẽdi sunt Baldus, Aretinus, Paulos, Iason, Socinus, Alexander, Iacobus de Aren. Ioannes de Imola, & alij iuris ciuilis Interpretes, in prædictis locis.

27 In his ergo casibus defensor nõ ad stringitur satisdare, alioquin tamẽ nõn admittitur quis pro defensione alterius sine satisdatione, vt supra ostẽsũ est, secũdũ quã distinctionẽ accipiẽda est nostrę legis sentẽtia, quæ defensorẽ sine mandato admittit.

28 Præterea animaduertendũ est propriè a nostra lege dici defensorem illum, qui iudicio adest ad respondendum pro aliquo sine mandato, impropriè enim dicitur procurator, ita docet text. in l. 3. §. 1. ff. iudicat. solui, & ibi glossa. Iaso. in l. Exigendi, C. de procurat.

29 Deinde dicẽdũ est, hũc defẽsorẽ nõ posse recusare defensionẽ semel susceptã etiã ante litis cõtestationẽ, ita cũ Dino docet Bar. in l. solutionẽ, nu. 13. de solutio. quæ oppinio mihi vera videtur, post satisdationẽ tamẽ, iux. tex. in l. Titius, ff. de procurat.

30 Vltimo meminisse oportet in hũc defensorẽ posse fieri executionẽ iudicati, probat text. in l. Plautius, ff. de procu. vbi scripsit Cõsultus in procuratorẽ simplicẽ nõ fieri executionẽ, secus in defensorẽ, quã cõclusionẽ accipio præstita satisdatione, vt supra monstraui: hæc enim semper debet præcedere, §. Si vero, de satisdatio, accipio quoque in defensorẽ in indiuiduo nostri textus, non tamen cum mandato, quanuis ipse, & nõ dominus præstitisset satisdationem: nam quanquã hoc casu possit ab eo peti ex stipulatione, l. 4. ff. de re iudicata, potest

potest tamen dominus conueniri actione in factum, docet glos. in d.l.Plautius,vet.defensoris loco.

IN TEXTV, IBI,

Fasta que el pleyto sea contestado.

Scholium II.

31 SECVNDA conclusio nostrę legis est hunc defensorem ante litem cōtestatam, non posse alium defensorē cōstituere, & ratio est, quia ante litē contestatā, non est dominus litis, vt subdit nostra lex,& non dominus non constituit procuratorē.l.1.ff.de procu.

32 Scio tamen rem hanc controuersam fuisse inter iurisinterpretes. Dinus enim docuit, defensorem etiam ante litis contestationem posse alium defensorem constituere,& Dino suffragatur.

33 Quia quilibet potest constituere defensorem &procuratorem, qui nō est prohibitus, vt probat text.in l.Mutus,§. Cum quaeritur,ff.de procurat. Defensor autem nulla lege prohibetur constituere defensorem ante litem contestatā, Speculator.de procuratore,§.1.num.28.

34 Rursus procurator post litem cōtestatā bene potest alium procuratorē cōstituere,quia post litis cōtestationē est effectus dn̄s litis,l.Nulla,& l. Procuratoribus, C.de procur. Ergo eadē ratione defensor post satisdationē,vt supra proposuimus,poterit etiā lite nō cōtestata defensorē aliū facere,cū etiā ante litis contestationē satisdatione praestita dn̄s dicatur,probat text. in l.Titius,ff.de procu.ibi: *Iulianus respondit,defensor cū satisdedit dn̄i loco habendus est,*

35 Qua ratione, vt ille text. innuit post cautionē praestitā nō potest defensor poenitere, neq, recusare,vt in se reddatur iudicium.

36 Tertio his suffragatur,quia defensor litē facit suam,ad eo vt ex causa iudicati cōueniri possit,& sentētia cōtra eū mādabitur executioni. l. Si se nō obtulit, de re iudica.l. Eū qui, ff.de minorib.l. Si procurator meus,ff.de procu. l.Plautius,in fi.ff.eodem.Ergo si in omnibushabetur tanquā dn̄s, & omnia quae exequuntur in dominos,exequuntur in defensores,ex eadē ratione constat etiam ante litem cōtestatā posse defensorem alium creare,sicut dominus facere potest.

37 Vlterius accedit,quia ipse defensor dn̄s principalis,dicitur cum principalem liberet.l.solutionē, ff.de solutio.& defensor etiā iurat de calūnia tanquā dominus, l.Non solū,ff.de procurat.Speculator.§.1.num.28.

38 Itē facit,quia latitāte reo,procurator fideiussorescōstituit,qui defendāt,vt probat tex.in l.licet,§. reo,ff.de proc. Multo ergo fortius

de

defensor defensorem constituere poterit, qui si ex cautione iudicatum soluerit non habet, à quo recuperet, vt probat text. in l. Si se non obtulit, in principio, ff. de re iudicata, sed fideiussores habent contra quem experiantur aduersus reum, scilicet. actione mãdati, l. Iam tamẽ, §. Quod hoc, ff. iudic. sol. l. Titius, in fin. de procurat.

Postremò vrget, quia ille ad
39 quem spectat causę periculũ, in quacunque parte litis potest cõstituere procuratorẽ, l. Iam tamẽ §. fin. ff. Iudicat. solui, cum ex supradictis ergo, periculum pertineat ad defensorem, ante contestatam litem defensorem constituere poterit, ex dict. l. & ita pro hac parte fuisse iudicatum: nempè vt defensor ante litẽ contestatã defensorẽ cõstituat, refert Speculat. in d. tit. de procuratore, §. 1. nu. 28. ad fin.

40 Sed his nõ obstãtibus contraria opinio admissa fuit. nẽpè vt ante litẽ contestatã, nõ possit defensorem constituere, quia propriè nõ est dominus ante litẽ contestatã, vt supradiximus, nec potest dici dñs cũ cõmodũ nõ spectet ad eũ, tex. in c. Viduũ, §. Palã. 16. q. 6. in illis verbis: *Palam est eam propriã esse causam, cuius emolumentũ vel dãnũ ad aliquem suo nomine pertinet.*

41 Neque oberũt supra dicta fundamẽta, quæ omnia eo pertinẽt, vt defensor dicatur quasi dominus: nã tutor & curator sunt loco domini, l. Fundũ, §. Si tutor, ff. Pro emptore, l. Interdũ, §. Qui tutelã, ff. de furtis. Et tamen ante litis contestationẽ non cõstituũt procuratorẽ, vt supra explicatũ fuit: nec potest dici principalis ipse defensor, cum non defendat suo nomine, iuxt. text in dicto cap. Viduum.

42 Neque obijci poterit dãnũ ipsum defensorẽ attingere ex supra dictis. Potest enim damnum spectare ad aliquẽ, & tamen principalẽ non dici, iuxta glossam receptã in d. c. Viduũ, vers. Palã, & sic satisfactũ manet consideratio nibus contrarijs, probabiliorque
43 redditur hęc secũda opinio, nẽpè vt nisi lite cõtestata defensor nõ possit defensorẽ cõstituere: hanc ergo posteriorẽ opinionem elegit lex nostra, vt ex eius seriẽ ostẽditur, & hæc est vera si quid iudico eius interpretatio.

Textus vndecimus.

EL que es emplaçado, ò sino es raygado, ò sino da fiadores que lo fagan raygado. ò que le fien que parezca, è que estè a derecho, è q̃ sino que los fiadores cumplan lo q̃ fuere juzgado, nõ le recebirã personero q̃ embie sobre aquello que fue emplaçado.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 REus conuentus si nō est idoneus, & soluendo, vel satisdat procuratorē constituere non potest, alias enim idoneus, & immobilia possidens satisdare non compellitur.

2 Quod sic accipitur, quando prædictus reus possidet immobilia in loco iudicij vel iurisdictionis.

3 Etiam si immobilia non possideantur in loco vbi ius redditur, non tenetur quis satisdare, si alibi possideat.

4 Immobilia intra Regnum reum possidere satis est, vt à satisdatione liberetur.

5 Bona immobilia tot debet possidere reus, quæ æquiualeant quantitati rei petitæ.

6 Verius est a iudice arbitrari debere quod bona sufficiant.

7 Si reus nulla bona possidet, satisdationem recusare non potest.

8 Si reus non inueniat fideiussorem, iudicio sisti iuratoria sufficiat cautio.

9 Vltra prædictam cautionem omnia bona quæ habet, obligare reus debet.

10 Reus cōuentus actione personali iure nouissimo satisdare non tenetur.

11 Anterior conclusio accipienda est si suspicio & debitoris paupertas non interueniant post debitum, scilicet. contractum.

Lex vndecima.

IN TEXTV, IBI.

El que es emplaçado, si no es raygado.

Scholium. I.

1 SENTENTIA huius legis est reus conuentus, si non est idoneus & soluendo, vel satisdat, procuratorem constituere nō potest, qui pro eo iudicio supersit, alioqui enim reus conuentus idoneus, immobiliaquè possidens satisdare iudicio ad esse, & iudicatū soluere non adstringeretur, probat tex. in l. Sciendum. ff. Qui satisdare cogantur, in illis verbis: *Sciendum est possessorem immobilium rerum satisdare non compelli*. Est ad idem text. in §. Sed hodie, Instituta de satisdatio. l. 41. tit. 2. part.

2 3. Quod sic accipitur quādo prædictus reus conuentus possidet immobilia in loco iudicij, vel iurisdictionis, nam non sufficit alibi possidere, iuxta Accursij doctrinam in l. fin. verbo, Et iuratoriæ cautioni. C. de Principibus agentium in rebus, lib. 12. quem ibi Bart. & Platea sequuntur, sed contrarius est sibi Bart. in dict. l. Sciendum. § possessor, vbi asse-

3 rit: Etiam si immobilia non possideantur in loco vbi ius redditur ad satisdationem reum non com-

compellẽdum si alibi possideat, & Bart.ibi, Alex.& Ias. asentiuntur, quam opinionem admittit Gregor.Lopez in dict.l.41.tit.2. par.3.glo.3.pro qua inducit prædictam l.Partitæ.
4 Qui ita eam interpretatur vt immobilia intra Regnum, sufficiat reum possidere, ad hoc, vt à satisdatione liberetur, de qua re latè tractat Rodericus Xuarez in l.2.tit.3.lib.2. fori, ex nu.12.vbi plures huius regulæ limitationes, & extensiones scribit.

Illud tamen sine controuersia est, reum conuentum immobilia possidere debere siue, possideat in iurisdictione, siue extra eam, ad hoc, vt à satisdatione eximatur.
5 Dubium tamen insurgit quæ,& quanta bona immobilia possidere debeat reus, ad hoc vt satisdationi non sit locus, & Accursius in d.l.Sciendum in prin. & in §.Sed hodie, Instit.de satisdationibus, verbo, super parte, & in §.Hinc nobis, in Authent. de hæredibus & falcidia, ait hæc bona immobilia tanta debere esse, quæ æquiualeant quantitati rei petitæ, Bart.tamen dubius est in d.l. Sciendum. ff. Qui satisdare cogantur, nu.8.Et confusè loquitur Bald.in Authentic. Cui relictum, 4.col. C.de indicta viduitate:
6 sed Rodericus Xuarez in d. l. 2.Fori distinctione vtitur, ait enim, neque tanta immobilia possidenda esse, vt Accursius desiderat, nec pauca etiam sufficere, ne timor fugæ insit, arbitrio itaque iudicis relinquendum, cuius distinctionis & opinionis plures authores recenset.

7 Si tamen reus nulla bona immobilia possideat, tenetur satisdare, iuxta nostram legem, quod antea prouisum fuit in d.§. Sed hodie, de satisdatio. Qui textus tollit illam antiquam satisdationem, de qua mentio fit in §.1. institutionum de satisdationi. Nẽpè vt si reus fuisset conuentus super actione reali satisdare compelleretur ea satisdatione, vt si victus esset, potestas esset petitori, aut cum eo agendi, aut cum fideiussoribus eius, quæ satisdatio appellata fuit iudicatum solui. Conuentus verò actione personali, non compelleretur satisdare, nisi iudicio sisti. Hodie tamen, siue quis conueniatur actione reali, siue personali, tantummodo adstringitur præstare satisdationẽ iudicio sisti, per text.in d.§. Sed hodie cui concinnit.l.42.titu. 2. part.3.

8 Rursus si reus non inueniat fideiussorem iudicio sisti, iuratoria sufficiet cautio, cuius formã perscripsit tex. in Authent. generaliter autem.C.de Episcop.& cleric.ibi: *Aut si fideiussorem dare non valet super iisdem iuratoriam exponat cautionem, & tactis sacrosanctis Euangelijs, affirmet se fideiußorẽ dare non posse.* Docet gloss.in l. 1. verb.

verb. fideiussor, ff. qui satisd. coga: quod iuramentũ iudex reo debet deferre in defectum satisdationis. Bald. in l. 1. ff. qui satisd. cog. nu. 3. & testatur Angel. in d. l. sciendũ in princ. & de iure regio prædicta opinio suadetur ex l. 41. tit. 2. par. 3.

9 Vlterius, & vltra prædict. iuramentũ debet reus obligare bona, quæ habet, vt docuit Bartol. in d. l. sciendũ, & in d. l. 1. ff. qui satis. cog. quod & adnotauit Greg. in d. l. 41. Schol. 5.

10 Iure tñ nouissimo dicendũ est, reũ conuentũ actione personali satisdare nõ teneri, nec præstare iuratoriã cautionẽ, si idoneus sit, & soluẽdo, nec opus erit possessione immobilium: mobiliũ enim possessio sufficit, ita vt suspicio fugæ cesset, vt optimè interpretatur Roderic. Xuar. vbi sup. n. 14. Si tamẽ reus cõuentus pauper sit, indistinctè satisdare nõ tenetur, nisi prius præcesserit cognitio summaria debiti, iuxta text. in l. 66. Tauri, vbi Scribentes latè tractãt: quæ causæ cognitio partis citationẽ nõ desi-
11 derat, vt docet Pala. Rub. in d. l. 66. nu. 41. quod tñ sic admittit Anto. Gom. in d. l. 66. n. 3. si suspicio fugæ, & debitoris paupertas superueniat de nouo post debitũ cõtractũ: secus verò si subesset tẽpore cõtract⁹, tũc enim reus prædictã satisdationẽ præstare nõ cõpelleretur.

Textus duo decimus.

OTro si, si alguno haze su personero a otro en los actos del pleyto, maguer la otra parte con quien a el pleyto no se adelante, pues lo faze en los actos ante el Alcalde, y el escriuano que escriue el processo, vale la tal personeria.

SVMMARIVM.

1 *SI quis apud acta litis procuratorem constituat, neq; præsentia aduersarij, nec satisdatione est opus.*

2 *Magnæ firmitatis est illud quod fit apud acta.*

3 *Incertitudinem acta iudicij tollunt.*

4 *Procurator siue in rem, siue in personam, non auditur sine satisdatione.*

5 *In hac satisdatione cõprehẽditur ratã rẽ dñm eiusuè hæredem habiturũ.*

6 *Huic stipulationi consequens est amplius non peti.*

7 *Rursus, & amplius non agi, & doli quoq; mali clausula huic stipulationi inseritur.*

8 *Procurator rei, quamuis constituatur apud acta, satisdat de iudicato soluendo.*

9 *Procurator actoris, in causa reconuentionis etiam satisdat.*

10 *Satisdatio requiritur, nisi procurator releuatus sit.*

Lex. XII.

IN TEXTV, IBI: *Haze su personero a otro en los actos del pleyto.*

Scholium vnicum.

1 PRobat hæc l. si quis apud acta litis procuratorem constituat, non esse necessariã præsentiam aduer-

aduersarij, neq. cōpellendum procuratorem satisdare dñm ratū habiturum, hāc conclusionē probat tex. in l. 1. C. de satisdan. cui concinnit text. in l. 14. tit. 5. part. 3. Est
2 enim magnæ firmitatis illud, qđ factum est apud acta iudicij, iuxta Bartoli doctrinam in l. 1. §. 1. ff. à
3 quibus appell. non licet. Et ratio est, quia si procurator constitutus non erat præsente aduersario, vel cautio recipiebatur, poterat dubitari de eius mandato, quam incertitudinem cū acta iudicij tollant, si apud acta procurator fiat, neque cautio, neque aduersarij præsentia desiderabitur, vt ex dicta. l. 1. Accursius notat, verbo, presentis, vbi ait, similiter procuratorem satisdare non debere, si quolibet alio modo constat de mandato: quam opinionē elegit prędicta lex Par-
4 titæ: alioqui enim procurator siue in rem, siue in personam ageret, non aliter audiebatur, quam satisdaret dominum, aut eum ad quem, res pertinebat rem ratā habiturum, vt Iustinianus tradit toto titulo de satisdationib. nec solum in actionibus, quas procurator intendebat verum in stipulationibus quoque, quas interponi desiderabat, veluti si damni infecti, vel legatorū stipularetur, satisdare debebat dominum ratam rem habiturum, l. non solum, ff. rem ratam haberi, l. inter quos, §. alieno, ff. de damno infect. l. Pomponius, §. 1. ff. de procurato. Item, qui procuratorio nomine nouum opus nuntiabat, satisdare debebat eam rem ratam dominum habiturum, alioqui nunriatio omnimodo remittebatur, l. de pupillo, §. qui procuratorio, ff. de noui oper. nuntiat. simili modo, & qui in integrum restitutionis auxilium alterius nomine implorabat, hac stipulatione interposita audiebatur, l. quod si, ff. de mino-
5 ribus. Hac autē stipulatione comprehendebatur, *ratam rem dominum eiusuè hæredem, eumque ad quem res pertineret habiturum*, l. si quis vni, l. si indebitum, §. vltimo, l. si procurator, l. fine, §. si instipulatum, ff. rem ratam haberi, eaque sunt vulgaria verba de rato habendo in l. si minor, ff. eodem quæ verisimile est ex edicto profecta, quod proponitur in l. seruum quoque, §. ait prætor, ff de procurat. illis verbis: *Et ei quo nomine agit id ratum habere eum ad quem ea res pertinet boni viri arbitratu satisdet, quo spectant,* quæ Vlpianus scribit in l. non solum, §. qui alieno, ff. eod. vbi, qui alieno nomine agit id ratum habiturum eum ad quem res pertinet, cauere debet: & in §. quæritur, eiusdem l. Apud Iulianum quæstio fuit, verū dominum solū ratā rem habere debere satisdaret procurator, an etiā cæteros creditores? Et ait, duntaxat, de dño cauendum, nec verbis legis illis, scilicet, *ad quē ea res pertinet*, creditores cōtine-
6 ri. Addebatur & in hac stipulatione

ne amplius nõ peti, l.si quis vni,
l.amplius,l. procurator cũ pete-
ret,ff.rẽ rat. hab. cuius clausulæ
Cicero meminit in Bruto, ibi:
At verò inquã tibi ego Brute nõ sol-
uam,nisi prius à te cauero amplius eo
nomine neminẽ,cuius petitio sit petitu
rum: idẽ in epistola familiari 29.
lib.13.ibi: *Sed duo te nominatim ro-*
go primũ, vt si quid satisdãdum erit,
amplius eo nomine non peti cures, vt
satisdetur fide mea. Et Papinianus
adnotauit in l.2.ff.vt legat.seu fi-
deicom.nom.cauea.& Vlpianus
in l.si seruus seruum,§.rupisse,ff.
7 ad l.Aquiliã. Et rursus amplius
non agi,& doli quoq; mali clau-
sula huic stipulationi inserebat,
l.in stipulatione,l. si sine, §. sine
stipulatione,ff.rẽ rat.hab. & sanè
hæc stipulatio rẽ ratã haberi cõ-
tinebat, *quantum ea res esset*,l.2.§.
incertã,ff.de præt.stipul.l.si pro-
curator,& l.in stipulatione,ff. rẽ
rat.hab.Paulus tñ in l.si cõmissa,
ff.eod. ait, stipulationẽ rem ratã
dñm habiturũ in tantũ mihi cõ
petere,in quantũ mea interfuit,
idest, *mihi abest quantũcunq; lucrari*
potui,& hæc est stipulatio,quę de
rato habendo dicitur in l.2.ff. rem
rat.hab. *Et cautio de rato* in l.non
solũ,§.interdũ res, & §. si pater,
& l.Pomponius.§.fi.ff.de procu.
& l.itẽ eorũ,§.& quid si actor,ff.
quod cuiusq; vniuer.nom.& l.si
autẽ,ff.de neg.gest. *Et ratihabitio-*
nis satisdatio,in l. Põponius, §. ra-
tihabitionis,ff.de procur. Quib9
omnibus clausulis promiscuè v-
tuntur Iurecõsulti, vt videre est
ex dictis iurib9,quę vtiliter pro-
fectò cõgesta sunt pro intellectu
sententiæ nostræ legis.

8 Animaduertendum tamẽ est
eius regulam,vt ex supra addu-
ctis facilè colligitur, procedere
in procuratore agẽtis,iuxta tex.
in d.l.1.C.de satisdan.Hic enim
à satisdatione liberatur de rato-
què cautione si de mãdato con-
stet: si tñ procurator rei sit,quã-
uis constituatur apud acta,satis-
dat de iudicato soluẽdo,ex text.
in d.l.1.verb.rei autem procura-
9 tor.Rursusque, & procurator a-
ctoris in causa reconuentionis,
etiam satisdat,vt docent Bald.&
10 Angel.in d.l.1.n.4.& 5. Quæ sa-
tisdatio in prædictis casibus tũc
requiritur, nisi esset procurator
releuatus à dño,vt fit cõmuniter
in instrumẽtis,in quibus procu-
rator cõstituitur,vt tradit Barr.
in d.l.1.nu.18. Angel.nu.5.& est
cõmunis opinio ex textu in §. si
vero,Instit.de satisdat.& quãuis
Cinus in d.l.1. cõsulat,prædictã
releuationẽ nullius effectus esse,
nisi procurator saltẽ in iudicio,
vel extra iudicium caueat nudo
verbo: nihilominus tamen præ-
dictam releuationẽ sufficere, li-
cet procurator de nullo caueat
praxis recepit,vt Barr.& Angel.
vbi supra testantur,& Greg.do-
cet in d.l.14.schol.6. & secundũ
supradicta debet accipi l.nostr.

Textus decimus tertius.

Otrosi, si alguno siguio su pleyto por personero, è fue toda la sentencia contra el, e se agrauiò, e se alçò, y el su personero: y despues el señor del pleyto viene, y demanda la alçada, e le dio plazo el Alcalde a que la siguiesse, reuocado finca el su personero, e no pue de seguir el alçada por aquella personeria, si en ella no auia tal firmeza, que maguer parecie\sse el señor del pleyto, que no se reuocasse por esso la personeria.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum reuocatur præsentia domini, & quomodo accipiatur.*

2 *Mandatū procuratoris nō finitur, etiā si lata diffinitiua sententia sit.*

3 *Procurator omnino prouocare debet à sententia lata cōtra dominum, etiam si in mandato non contineatur, & num. sequenti.*

5 *Procurator appellare tenetur, non tamen prosequi appellationem, cùm actus appellandi, & exercendi diuersi sint, & num. seq.*

7 *Si procurator generalis ad lites sit presentes, & futuras prosequi appellationem debet: secus si sit procurator specialis, hic enim prouocare solum adstringitur.*

8 *Sine nouo mandato procurator appellationē non prosequitur, quanuis vt quilibet de populo sine mādato reum defendere posset, & num. sequenti.*

10 *Præstita cautione de rato coniuncta persona vsque ad quartum gradum, agere pro coniuncto potest.*

11 *Differunt procurator, & defensor in iure.*

12 *Diuersitas est inter procuratorem datum ad certam causam, & inter procuratorom generaliter constitutum.*

13 *Intelligitur lex Partitæ, 3. tit. 23. part. 3.*

14 *Domino præsente non compellitur procurator appellationem prosequi.*

Lex XIII.

IN TEXTV, IBI. *Y despues el señor del pleyto viene.* *Scholium. I.*

1 Docet tex. noster, mandatum reuocari, quando procurator sentētia lata contra dominum prouocauit, posteà tamen iudicio superfuit dominus ad prosequendam appellationem, nisi in mādato aliter expressum esset.

2 Colligitur ergo ex hac lege, mandatum procuratori datum, non

non finiri lata diffinitiua ſentẽtia, probat tex. in l. inuitus, C. de
3 procur. vbi Bald. & Salic. Imponitur enim neceſsitas ipſi procuratori prouocandi, vt per d. l. & l. 3. titulo. 3. part. 3. ſtatuitur, & pro conſtanti ſupponit noſtra lex ſtyli, vbi ait, procuratorem ſententia lata contra dominum ab ea prouocauiſſe, quod procedit etiam ſi in mandato nõ con-
4 tineretur, vt appellare poſſet: nã nihilominus poteſt, & debet prouocare, vt per prædicta iura, &
5 probat lex 23. tit. 6. part. 3. proſequi tamen appellationem nõ aſtringitur procurator: cogitur enim prouocare, non verò exercere inuitus, & docet Accurſius
6 ibi, verbo, extendere: nam actus appellandi, & exercendi diuerſi ſunt, licet primus ſit præparatorius ſecundi, vt dicta gloſſa adnotauit: volens tamen procurator benè poteſt appellationem proſequi, docent Innocentius, & Scribentes in cap. non in-
7 iuſte, de procuratoribus, & ibi gloſſa, quod accipiendum eſt, ſi eſſet procurator generalis ad lites, ſcilicet, præſentes, & futuras, vt in ſupradictis probatur, & docet Gregorius in l. 23. titul. 5.
8 part. 3. gloſſa. 7. Secus tamen ſi eſſet procurator ſpecialis ad certam cauſam, hic enim ſolum tenetur prouocare, non tamen debet, nec poteſt appellationẽ proſequi ſine nouo mãdato, vt probat text. expreſſus in l. 23. tit. 5. part. 3. in illis verbis: *Mas no puede ſeguir el alçada, ſin otorgamiento del ſeñor del pleyto*: ſed refragatur textus in l. 3. tit. 23. part. 3. quæ ait, procuratorem datum ad certam cauſam, condemnatum in prima inſtantia, debere prouocare, poſſeque ſi velit proſequi appellationem, etiam ſi in mandato non contineretur. Grego-
9 riuſque ibi gloſſ. 2. ſentiens difficultatem poſt nonnullas ſolutiones docet, poſſe prædictum procuratorẽ ad certam cauſam volentem proſequi appellationem, non virtute mandati, ſed vt poſſet quilibet alius ſine mandato reum ſcilicet defendendo, iuxta text. in §. ab eius, Inſtit.
10 de ſatiſdatio. & vt poſſet coniuncta perſona vſque ad. 4. gradum ad emolumentum actoris, præſtita cautione de rato, vt teſtatur Accurſ. in l. ſi actor, verb. exer-
11 cebit, C. de appel. Dubito tamẽ de hac opinione Grego. videtur enim diuinare ad d. l. 3. tit. 23. p. 3. putareq; illã l. accipiẽdã, ſicut ipſa decidit, nẽpè, vt procurator ad certam cauſam conſtitutus, & condemnatus in prima inſtãtia debeat neceſſariò appellare: poſsitque non tamẽ inuitus proſequi appellationem, vt indicãt illa verba legis: *E puede ſeguir el alçada, ſi quiſiere*: quæ verba debent accipi in proprio caſu quo loquuntur, vt ſcilicet ipſe pro-

curator datus ad certam causam tanquam procurator, non tanquam defensor, posit appellatione prosequi.
12 Differunt enim procurator, & defensor in iure, videturque corrigi per dict.l.3. quæ posterior est prædicta l.23. tit.5.part.3.quod antea animaduerterat Gregor.in d.l.3. glos.2. Diuersitas itaque est inter procuratorem datū ad certam causam, & procuratorē generaliter constitutū ad omnes lites: nam ille volens prosequitur appellationem: hic tamen etiam inuitus postquā semel officium procuratorium suscepit, debet appellationē prosequi, vt expresse determinat dict.l.3.in 2.part.
13 quæ lex elegit hanc opinionem, cum esset dubia de iure cōmuni, Accursius enim dict.l.inuitus, verbo, extendere, docuit procuratorem inuitum non cogi suscipere officium appellationis eā prosequendo, vt supra monstrauimus. Alij tamen relati ibi ab Accursio, tenuerunt procuratorem cogi appellationem exercere: hancque opinionem amplectitur dict.l.Partitæ, in secūda, & vltima parte, & hoc iure vtimur.

IN TEXTV, IBI: *Que maguer pareciesse el señor del pleyto.*

Scholium 11.

14 PRocurator enim cogendus nō est ad prosequendam appellationem, quando dn̄s præsens est in iudicio, probat tx. in.l.vel hæreditas, ff.de proc.ibi: *Hoc amplius, & si habeat præsentem dn̄m, non deberi cōpelli procuratorem.*

Textus decimus quartus.

SI alguno que està en pleyto en casa del Rey, y se va ende sin mandado del Alcalde, y despues embia personero, si este personero no paga ante las costas a la parte de aquel tiempo que fuere rebelde, no lo recebira el Alcalde a este personero, si la parte lo contradixere, yra por el pleyto segun forma de derecho, ca las costas de la rebeldia primero se han antes de pagar.

SVMMARIVM.

QVi à iudicio recessit sine iudicis permissu, nō auditur nisi prius expensis refectis.

2 *Varijs modis in iure committitur contumacia.*

3 *De delicto contumacis, & diuersis pœnis, quibus contumax plectatur, nonulla remissione traditur.*

4 *Propria pœna contumacis est, vt in expensis puniatur.*

5 *Prædicta*

5 *Prædicta contumaciæ pœna, non solum in reo, verumetiam in actore locum habet, & vterque in expensis condemnatur.*

6 *Remedia tamen in iure actoris, & rei diuersa sunt.*

Lex XIIII.

IN TEXTV, IBI: *E se va ende sin mandado del Alcalde.*

Scholium vnicum.

1 HVius l. sententia est, si quis à iudicio sine iudicis permissu recessit: deinde procuratorem mittat, nõ auditur procurator, nisi priꝰ expensis refectis, propter domini contumaciam.
2 Ad intellectum huius legis animaduertendum est, contumaciam in iure varijs modis committi. Committitur enim contumacia, in non comparendo, & in non parendo iudici, rursus & in recedendo à iudicio sine permissio. iudicis, docet glossa prima, in capite secundo, de dolo & contumacia. Abbas in capite primo, de iudicijs, per totum vbi latè tractat, Andreas Gail, libro primo, obseruatione 58. &. 59. & 60. Petrus Gregorius in sintagmate iuris, tertia parte, libro. 48. capite tertio. Hotomanus, & Brisonius, verbo, Contumax, & noster textus, secundum eius contextum, verba facit de contumace, qui recessit à iudicio, sine iudicis licentia: de quo est textus in capite, prout nobis, de dolo, & contumacia: & textus in cap. certum, 11. quæstione. 3. & in cap. constitutus, de procuratoribus, & in capite, si quis autem, 18. distinctione: est ad idem textus in dicto capite primo, de iudicijs. Quibus iuribus contumax dicitur ille, qui recessit à iudicio infecto negotio: & an contumax delinquat, & de diuersis pœnis cotumaciæ videre
3 est apud Marantam, de ordine iudiciorum, sexta parte, membro secundo, num. 9. & Couarrubiam in capite, Alma mater, §. 9. numero. 3. in prima parte. Sed quoad nostrum textum at-
4 tinet pœna contumacis, est, vt puniatur in expensis: & docet glossa prima in cap. 1. de dolo, & contumacia, libro sexto, & in cap. quoniam, verbo, dilationes, de probationibus, & in capite secundo, verbo, rationabilis, de procuratoribus: & hanc expensarum condemnationẽ esse meram pœnam cõtumaciæ, docuit Gregorius in l. 10. titul. 23. part. 3. glossa 3. & Petrus Gregorius vbi supra, libro. 21. capite 16. numero tertio: & hæc prædicta pœna locum habet tam in

5 actoré, quàm in reo, vterq; enim est in expensis condemnandus contumaciæ prætextu, l. properandum, §. & siquidem, & §. sin autem reus, C. de iudicijs, l. consentaneũ, C. quomodo & quando iudex: & probat de iure regio text. in l. 9. & 10. tit. 22. part. 3. & ibi Gregor. & supradicta omnia quoad pœnam locũ habent:
6 quoad ius tamen alijs remedijs consultum est actori contra reũ, & alijs reo aduersus actoré contumacem, de quibus videndus est Gregor. in l. 9. & 10. per omnes glossas, tit. 22. part. 3. & Paz in Praxi, 2. part. primi tomi, & in 2. part. secundi tomi, vbi scribit de pluribus remedijs à iure proditis actori aduersus reum contumacem, & reo aduersus actorem: & circa remedia rei cõtra actoré est singularis prædicta l. 10. Partitæ, & quia ibi plenè, & ex proposito materia tractatur sciens, & prudens hic omitto, ne aliorum dicta, & in materia quidẽ peruulgari videar trãscribere.

Textus decimus quintus.

SI en el pleyto criminal, de q̃ se manda ante el Alcalde, acaeciesse alguna cosa en el pleyto, porque han de dar sentencia, que es llamada interlocutoria, e apelan della, reciben personeros en casa del Rey, en tal alçada si ge la dan, y esso mismo en todo pleyto criminal, que maguer sea prouado el fecho, no aya de auer muerte, o perdimiento de miembro reciben personero.

SVMMARIVM.

1 *IN causa criminali in duobus tantum casibus procurator constitui potest.*

2 *Regula iuris est in causa criminis non posse procuratorem interuenire.*

3 *In causa appellationis, & quando ex delicto pœna corporalis nõ imponitur, procurator admittitur.*

4 *Quãdo perpetua relegationis pœna à lege imponitur, non admittitur procurator.*

5 *Plures casus sunt, in quibus procurator admittitur in causa criminali.*

Lex. 15.

IN TEXTV, IBI: *Si en el pleyto criminal.*

Scholium vnicum.

1 PRobat hæc l. in causa & iudicio criminali, in duobus casib' reũ posse procuratorem constituere. Primo, ad prosequẽdam

dam appellationem de actu, & ſententia interlocutoria. Secundo, quando ex delicto non præfigitur pœna mortis, aut amiſ-
2 ſionis membri. Pro cuius l. explicatione, & intellectu præmitto regulam iuris eſſe, vt in cauſa criminis non poſsit procurator interuenire, tam ex parte rei, quàm ex parte actoris, probat text. in l. penult. §. ad crimen, ff. de publicis iudicijs, & in l. ſeruũ quoque, §. publicè, de procurat. & hanc concluſionem locum habere in delictis publicis, & in delictis priuatis, docet Iulius Clarus innumeros referens lib. 5. §. fin. quæſt. 32. in princip. Et ratio huius regulæ, & receptæ concluſionis, ea eſt: quia ſi ex parte rei admitteretur procurator, quilibet reus procuratorem conſtitueret, qui pro ipſo iudicio ſuperſeſſet. & reſponderet, & ſi dãnaretur in aliquam pœnam corporalem, nõ poſſet in eo exequi, & ex parte accuſatoris: ratio eſt, quia ſi procuratorem conſtitueret, & deficeret in accuſatione, euaderet cõdemnationem, quæ in eo facienda eſſet, ad pœnam talionis, omnia itaque iudicia criminalia rederentur illuſoria, ſed cum pœna talionis nõ ſit in vſu, iam ceſſat ratio in accuſatore. Itaque hodie in Praxi ex parte accuſatoris admittitur procurator, ex parte verò rei manet firma prædicta concluſio: quam rationem, & reſolutionem ſcribit doctiſsimus Gomezius, de delictis, tom. 3. cap. 1. num. 12. & 13. Iulius Clarus vbi ſupra, & eſt communis opinio.

3 Quo vulgari iuris axiomate præmiſſo, in quo nõ inſiſtimus, cum latè criminaliſtæ ſuis locis, de eo tractent, duobus caſibus præfatam regulam noſter text. excipit. Primo caſu in cauſa appellationis, nam pro reo condẽnato poteſt interponi appellatio per procuratorem, l. ad dictos, C. de Epiſcopali audientia. Secundo caſu, quando ex delicto reo non imponitur pœna mortis, aut corporis afflectiua, quia tũc bene poteſt interuenire procurator pro reo, l. 1. verſ. ſin autem, ff. an per alium cauſæ appel. redd. poſſ. & ibi Accurſius. idem Accurſius in l. ſeruũ quoque, §. publice, de procuratorib. & ideo in delicto pœnam relegationis merenti, & ſimilibus, procurator admitti poterit, ex mẽte noſtræ legis, & gloſſæ, in l. penult. §. ad crimen, de publicis iudic. vbi Bart. cũ Doctoribus ab ipſo relatis, docet Paulus in dict. §. publice, & Scriptores in cap. ve-
4 niens, de accuſatio. Hodie tamẽ prædicta traditio accipienda eſt, ſecũdum diſtinctiõnẽ l. 12. tit. 5. part. 3. quæ ſtatuit in cauſa criminis, in qua perpetua relegationis pœna à lege imponitur, non admittendum procuratorẽ

in temporali admitti, vbi Gregorius notat.

5 Rursus animaduerto, alios plures esse casus præter enumeratos, quibus procurator admittitur, vt videre est ex Philip. Porcio concl. 38. per totã: & alia interpretatione hic non est opus.

Textus XVI.

Otro si es a saber, q̃ si alguno teniendo personero de otro en su nõbre fiziere demanda a otro en juyzio, è no mostrasse la personeria, e fuesse por el pleyto adelante, e despues mostrarse la personeria, por esta personeria se confirma todo lo razonado en el pleyto por este personero, saluo si fuesse reuocado.

SVMMARIVM.

1 *Sufficit mãdatum porrigi ante diffinitiuam sententiam.*

2 *Lis agitata à procuratore sine mãdato, nulla est.*

3 *Iudex cogere potest procuratorem, vt mandatum ostendat.*

4 *Aduocatus partis debet subscribere mandatum, declarando sufficiens esse, & num. sequenti.*

6 *Mandatum in scriptis produci debet, & num. sequenti.*

8 *Non sufficit tabellionem fidem facere mandati, si ipsa scriptura non producatur, & num. seq.*

10 *Omne gestum sine mãdato retrotrahitur, si principio litis mandatum conceptum erat.*

11 *Parte non opponente, vel iudice non requirente, quandocunq; mãdatum produci potest, & num. sequenti.*

13 *Mandatum receptum post sententiam diffinitiuam, non potest validare gesta ante eam.*

14 *Si mandatum sit reuocatum, non confirmat retro gesta, & uumero sequenti.*

Lex XVI.

IN TEXTV, IBI: *Por esta razoneria se confirma todo lo razonado en el pleyto*

Scholium. I.

1 Nostræ legis sententia est causam nõ anullari ex defectu mãdati, quã quã procurator, litis principio, illud non offerat, si ante diffinitã sententiam mandatum producat, & per dominum non sit reuocatum.

2 Ad huius conclusionis, quæ verissima est, perfectam cognitionem est in primis obseruandum,

dum procuratorem ad lites, de quo loquitur noſter text. debere in iudicio ſupereſſe cum domini mandato: alias enim iis nulla fiet, probat text. in l. ſi procurator, C. de procurato. & in cap. 1. eod. tit. & in cap. venerabilis, de dolo, & contumacia: & de iure regio text. in l. 10. tit. 5. part. 3. & ibi Gregor. Lopez. Et ſi procurator iudici mandatũ nõ oſten-
3 dat, iudex ex officio cogere poterit, vt illud deducat, ne acta iudicij nulla illuſoriaque reddantur, docet gloſſ. in cap. 1. verbo, abſentia, de electione, lib 6. quã gloſſam ſequitur Alexand. in l. licet, nu. 6. C. de procurat. Bald in l. exceptionem. nume. 7. C. de probatio. Et pro gloſ. extat hodie pulchra deciſio text. in l. 3. tit. 2. lib. 4 & in l. 55. tit. 1. libr. 3. Compilat. Quæ iura ſtatuunt, procuratorẽ cum libello actionis, vel reſponſionis debere producere mandatũ ſufficiens do-
4 mini litis. Et plus additur in prędictis iuribus, vt aduocatus partis debeat ſubſcribere prædictũ mandatum, declarãdo ſufficiens eſſe ad hoc, vt ſi poſtmodũ inſufficiens apparuerit, & lis reſcindatur ex mandati defectu aduocatus adſtrictus ſit: rurſuſq, docent ipſa iura, ſi prædictum mandatum tanquã ſufficiens admiſſum ſit, & aduocatus partis aduerſæ alleget contra ipſum iudicem debere pronũtiare (antequàm in lite progrediatur,) an mandatum ſit ſufficiens necne: quod de iure cõmuni procedit, cum quæſtio emergens debeat terminari antequã procedatur ad reliquos actus, l. à procedẽte, C. de dilatio. Bald. in l. militari, ff. de procurato. in fin. & à prædicta l. 55. imponitur pœna tabellioni, qui petitionem procuratoris admiſerit, niſi cum prædicto mandato ab aduocato obſignato: animaduerto tamen, me nunquam vidiſſe obſeruari prædictarum legũ tenorem in Cancellarijs, nec in alijs Tribunalibus inferioribus: illud tamẽ ſine diceptatione eſt procuratorẽ in litis exordio debere oſtendere mandatum, vt probatur ex prædictis iuribus.

6 Rurſus pręmitto, hoc mandatum debere produci in ſcriptis: per inſtrumentum enim, & non per teſtes mandatum probatur, & ita in iudicijs ſeruari docet Gregor. Lopez in l. 21. tit. 5. p. 3. gloſſ. 1. & ſtatuit l. 3. tit. 2. libr. 4.
7 Compilatio. Licet de iure communi ſufficere mandatum probari per teſtes, haud dubium eſt ex bona gloſ. in cap. 1. de procur. alia gloſſ. fin. in l. maritus, C. de procur. quæ gloſſę communiter recipiũtur à iuris interpretibus, vt videre eſt per Innocen. in d. c. 1. num. 4. Iaſ. in l. 1. C. de procur. numer. 6. de quo mirè loquitur
8 Boerius deciſ. 281. Et in tantum

verum

8 verum est, ipsum mādati instrumentum debere produci, vt non sufficiat tabellionem fidem facere mandati, licet referat se ad mādatum corā ipso confectum, si ipsa scriptura nō producatur, iuxta textum in Authentica, si quis in aliquo documēto, nu.7. C. de edendo, vbi Iaſ. num. 7. & Boerius dict. decis. 281. nume. 3. Auilesſ. in capitibus Prætorum,
9 cap. 15. num. 23 Quibus supradictis vnum pulchrum addit nostra l. nempè, vt quanuis necessaria sit mandati productio ad validitatem litis gestæ per procuratorem, nihilominus tamē sufficiat hoc mandatum procuratoriū in iudicio produci in quacunque parte litis, ante diffinitiuam sententiam, ad hoc, vt omnia antea gesta, sine mādati productionē, rata ac firma habeantur: & hæc est decisio nostræ legis, quæ est omninò seruanda, & in iudicijs admittenda, vt communiter praxis admisit, & prædicta decisio duobus modis in-
10 telligenda est. Primo, quando procurator nullum habebat mādatum, & recepit ante sententiā, & produxit in iudicio: nam omne gestum sine mandato in vim ratihabitionis retrottahitur, valet & sustinetur. Alio modo accipienda est prædicta decisio, quādo ex actis in litis principio non constitit de mandato comparentis, licet verè esset procurator, retinuerat tamen mandatū, & non produxerat: nam cū ante sententiam diffinitiuam offerat acta gesta valebunt, docuit Felinus in cap. scilcitatus, nume. 15. de rescriptis. Bantius de nullitate ex defectu inhabilitatis, seu mandati, nu. 116. & 117. & 118. vbi Felinus loco præallegato, & innumeros huius sententiæ refert, & in dict. nu. 118. testatur
11 idem author, mandatum, parte non opponente, vel iudice non requirente, posse quandocunq, produci, contra Alex. cons. 101 testantē supradictam doctrinam veram esse vsque ad causæ conclusionem, post conclusionem tamen in causa mandatū offerri non posse, nec admitti debere: admittenda enim est omninò prædicta conclusio, & doctrina, vt sufficiat quocunq, tempore: etiam post conclusum in causa mandatum in iudicio produci, ad hoc, vt omnia gesta rata, ac firma maneant, tanquam si in litis principio mandatum ostensum fuisset.
12 Quinimò superioribus addo, vt si iudex, cum pars non opponeret, vel ipse non animaduerteret, sententiam diffinitiuam proferret in causa, & lite gesta per procuratorem, qui mandatum nō produxerat, & à sententiā fuisset appellatum, & in causa appellationis ipse procurator mandatū produxisset, per ipsam produ-

productioné validari omnia geſta in prima inſtantia, valet enim quod ſit ab eo, qui revera eſt procurator, licet tunc de eius mãdato non conſtet, docuit Crauetta
13 conſil. 108. num. 1. Quod tamen accipe ſecundum ſupradicta, népè, quando mãdatum recepiſſet procurator in principio litis, vel ſaltem ante diffinitiuam ſententiam in prima inſtantia: ſecus, ſi poſt ſententiam fuiſſet conſtitutus procurator, quia hoc mandatum receptum poſt primam ſententiam, & inſtantiam, nõ poteſt conualidare retro geſta, cum falſus demoſtretur procurator, quo ad primã inſtantiam, qui mãdatũ antea nõ habuerat, ſed in ſecunda inſtantia recepit, quod tenet idem Aymon in dict. conſil. 108. nu. 1. ad fin. & ita poterit extendi deciſio noſtræ legis, vt nõ ſolum locum habeat in mãdato oſtenſo, & producto ante ſententiam diffinitiuam primæ inſtantiæ, ſed etiam in mandato in iudicio oblato in ſecunda inſtãtia, dum tamen procurator illud recepiſſet ante primam ſententiam, vt ex ſupradictis oſtẽditur.

IN TEXTV, IBI:
Saluo ſi fueſſe reuocado.
Scholium II.

14 POſtremo decidit noſtra l. upradictã doctrinam, & receptam ſententiam, & cõcluſionem, nempè, vt acta iudicij validentur per mandatum oſtenſum ante ſententiam debere accipi, & intelligi, ſi dominus non reuocauiſſet: nam ſi mandatum ſit reuocatum à domino litis, licet nonnulla acta fuerint actuata ante reuocationẽ: ſi tamen mandatum non fuiſſet oſtenſum, & productum in iudicio, & tempore productionis iam eſſet mandatum reuocatũ, non poteſt hoc mandatum, quod iam reuocatũ reperitur, cõfirmare retro geſta:
15 & hæc eſt propria deciſio noſtræ legis, & verus eius intellectus: nam quamuis verum ſit, procuratore primo reuocato, acta cum ipſo ante reuocationem manere firma, nec opus eſſe ratificari cũ ſecundo. Accipitur tamen prædicta ſententia cum declaratione noſtræ legis, ſcilicet, niſi acta cum primo procuratore fuiſsẽt facta ſine productione mandati, & antequã ipſe produceret, fuiſſet reuocatum: cum iam mandatum per reuocationem ſit extinctum, non poteſt retro geſta cõfirmare: mutatione enim facta, omnia de nouo narrari oportet, vt teſtatur Accurſius in l. mutari, ſcholio vltimo, de procurato. de qua re eſt inſpiciendus Bald. in dict. l. mutari, num. 2. Gregorius in. l. 24. tit. 5. p. 3. ſcholio 8.

Textus decimus septimus.

OTro si es a saber, que ningun oficial que anda en la Corte del Rey, no le recebiran por personero en casa del Rey, ni a ningun hōbre que viua con el en la Corte.

SVMMARIVM.

1 Curia Regis officialis, vel Regis familiaris, non potest esse in Curia procurator.

2 Ratio prædictæ conclusionis est, ne potentia aduersarij lites immorentur.

3 Nemo potest alium aduersario potentiorē procuratorē constituere.

4 Qui procuratorem potentiorē constituit, punitur pœna amissionis causæ.

5 Pontentior procurator ab officio repellitur, non tamen quia suscepit, punitur.

6 Si procurator potentior iudici non obtemperat propter inobedientiā, non tamen quia officium assumpsit, plectitur.

7 Disputatur an l. 1. C. ne liceat potentio. procedat tam in actore, quàm in reo.

8 In nostra lege styli potentior accipitur ratione officij.

9 Potentior pro Rege, libertate, vidua, & alijs personis, procurator esse potest.

10 Quando lis est contra æque potentiorē, an admittatur procurator, disputatur.

11 Quæ in procuratore dicta sunt, & in aduocato, procedunt cum eadem sit ratio.

12 Post litis contestationem potētior procurator repelli non potest.

13 Exceptio procuratoris potentioris inter dilatorias enumeratur.

14 Exceptio procuratoria, si à parte nō opponatur, potest opponi à iudice.

Lex XVII.

IN TEXTV, IBI: No le recebiran por personero en casa del Rey.

Scholium vnicum.

1 SEntētiā nostræ leg. hæc est, Regis familiaris, & qui eius palatio assistit, nō potest esse in Curia procurator. Hæc lex iuri communi cōsentanea est, & eius cōclusionem probat tex. in l. si quis procuratorē, de Decurionibus, lib. 10. l. neque fœmina, ff. de procu. l. milites, & l. ita demum, C. eod. quibus conuenit de iure regio text, in l. 6. & 7. & 8. tit. 5. part. 3. Et ratio prædictæ sententiæ ex

2 duobus cōstat. Primo, ne ratione procu-

procurationis ab offitijs ſuis arceantur. Secundo, ne eorum potentia lites immorentur, & aduerſarius ſumptibus & expenſis vexetur, quod iura abhorrēt, l. 1. de inofficioſo, & prędictæ rationes redduntur à l. 1. C. ne liceat potentio. & à prædictis legibus 6. 7. & 8. tit. 5. part. 3. Quibus adſtipulatur illud Iulij Cæſaris, libro. 1. de bello Gallico, cum ait: *Hi cum tantopere de potentatu inter ſe contenderent.* Et Liuij lib. 26. ibi: *Aemulo potentatus inimicus rem Annibali aperit.* Et Arnob. aduerſus gent. lib. 1. ibi: *Nam ſi facias ipſe quod poſſis, & quod tuis ſit viribus,*
3 *potentatuꝗ; conueniens.* Et neminē poſſe aliū aduerſario potentiorem procuratorem conſtituere, docuit text. in l. 16. tit. 10. libr. 1. Fori. Qui potētior intelligitur ratione offitij, vt in noſtra lege, & declarat Montaluus in d. l. 16. gloſſ. 1. & ante eum docuit Accurſius in d. l. 1. verſ. potentiorū:
4 & qui procuratores potentiores conſtituit, punitur pœna amiſſionis cauſæ, & ipſe procurator conſtitutus cauſam aſſumēs, ſæuera pœna plectitur, vt in d. l. 1. Quæ tamen pœna hæc ſit, non exprimitur ad l. 1. C. ne liceat potētioribus: nam præfata lex dominum tantum litis pœna expreſſa punit: in potentiore tamē eam non exprimit: in prædictis tamen legibus Partitæ, l. 6. & 7. & 8. tit. 5. part. 3. nullum ſupplitium datur, neque conſtituenti, neque aſſumenti, quod ſentiens Gregorius Lopez in Scholio. 1. ad dict. l. 8. ait: Noſtra tempeſtate ſimiles procuratores ſolu eſſe
5 repellendos ab offitio procurationis, non tamē eſſe puniendos, quia mandatum receperunt, nec dominos li. is condemnādos, in amiſsione cauſæ, nec alia pœna, & opinionem Gregorij libēter admicto, & apertè videtur eſſe de mente noſtræ legis, cū pœnæ nō meminerit, & ita hoc iure nouo videtur correcta d. l. 1. C. ne liceat potentio. quoad pœnā, ſcilicet, à lege impoſitam, quoad diſpoſitionem tamē, & deciſio-
6 nem eſt omninò ſeruandā: & ſic iam ceſſat diſputatio, & quæſtio gloſſæ in d. l. 1. verb. aduocaſſent, an punirētur potētiores ex ſolo pacto, licet mandatū nō ſuſcepiſſent, cū pœna ex ſupradictis locum non habeat: & ſupradicta Gregorij opinio ſatis probatur ex l. 7. tit. 1. lib. 2. For. quę docuit, potentiores aduerſario, ratione officij non poſſe procurationem ſuſcipere, & ſi ſuſcipiant iudicē eos debere repellere, & ſi mādato iudicis nolint ab offitio procurationis deſiſtere, tūc iudicem poſſe punire pœna, de qua ibi: patet itaꝗ; ex d. l. 1. nullam pœnā imponi ex offitio aſſumpto, cū pœna à lege Fori ſtatuta locum ſolum habeat, quando ipſe procurator iudici non obtemperat.

Rurſus

7 Rursus addo, inter iuris interpretes contentionem fuisse, an prædicta l. 1. C. ne liceat potentioribus, procedat tam in actore, quàm in reo. Accursius enim in l. 1. C. de alienatione iudicij mutandi causa facta, verbo, tenebitur, docet constitutionem d. l. 1. C. ne liceat potentioribus, loqui & procedere solum in actore, nō in reo: sed contrariam opinionē defendunt Bart. Alberi. Paulus, & cōmuniter Doctores, contra glossam in d. l. 1. cum indistinctè loquatur prædicta lex: quæ opinio fortius procedit stāte nostra l. quæ etiam sine distinctione loquitur, indubitatè resoluendum ergo est tam actoris, quam rei,
8 nemine aduersario ratione offitij potētiorem procuratorē esse posse, & dixi ratione offitij, vt ex his elegāter inferas ad differentiam potētioris, de quo in nr̄a l. ad alios potētiores, de quibus in alijs iuribus: nā hic accipitur potētior ratione offitij: aliàs enim potentior dicitur qui dignitate, authoritate, gratia, facultatibus, iuribus præcellit, prævalet aut alio modo plus nobis potest, l. 1. ff. de alienat. iudic. ibi: *Si potentiorem nobis opposuerit aduersarium*, l. vltim. ff. de litigios. ibi: *Potentiori aduersario traditus*, l. 1. C. ne liceat potentior. ibi: *Qui sibi potentiorum patrocinium aduocassent*, l. fin. C. eodem tit. ibi: *Actiones ad potentiorum delatæ personas*, l. 3. ff. de alienatione iud. mut. ibi: *Potentiori pares esse nō possumus*, l. succurritur etiā, ff. ex quibus caus. mai. ibi: *A potentiore vi oppressus*, l. capitalium, §. ad statuas, ff. de pœnis. ibi: *Ex vinculis, vel custodia detentus à potentioribus*, l. fi. ff. de alien. iud. ibi: *Vt potentior emptor per licitationem vilius rem accipiat*. Potētior quoquè, id est, potior accipitur in l. huius enim, ff. qui potio. in pig. ibi: *Potentior erit creditor, licet posterior sit*, & in l. si seruū, 91. §. sequitur, ff. de verbor. oblig. ibi: *Quare non potentior sit qui tenet, quàm qui persequitur*. Quibus conducit illa duplex potentia, cuius comminiscitur Ludouicus Celius lect. antiq. lib. 10. c. 30. litera C. Quæstioque illa de qua differit, vnde scilicet nascatur, maior in vno, quàm in alio potentia, & de potente aduersario mentio fit in l. fin. §. 1. ff. quod met. causa, & de potentatu in l. 1. C. de gener. abolit. & in l. 4. C. de testib. de qua re est omnino vidēdus Castrens. in d. l. 1. C. de alienat. iud. nu. 6. qui nō leuia in proposito addu-
9 cit, supradicta tamē recepta nostra sententia excipitur, & limitatur quando prædictæ personæ in offitio, & dignitate cōstitutæ vellent esse procuratores, aduocatique pro Rege, libertate, vidua, orbo, & alia miserabili persona, & pro liberando ad mortem iniustè damnatum, probat text. in l. non tantū, ff. de appell. l. 3.

l.3. §. militi, de lib. causa, l. ita demum, C. de procurat. l. quicunque, & Authent. sequenti, C. de procurat. text. in cap. 1. ad fin. de postulando, & probat text. in l.7. & 11. tit. 5. p. 3. vbi Gregor. notat.

10 Rursus dubitatio est, an nostræ l. sententia limitetur, quando lis esset contra æque potentiorē, an hoc casu admittatur procurator, licet sit ex potentibus, qui alias procuratores esse nequirent, & tūc procuratorē potentiorē constitui posse in lite cōtra potētiorem, firmat Paul. in l. 1. C. ne lic. pot. vbi scribit se vidisse de facto in causa agitata in ciuitate Bonon. Cessant enim prædictæ rationes, de quibus sup. cū hoc casu nō videatur procurator offitium sumere, vt metum inferat potentiori, sed potius vt metum tollat, iuxta text. in l. cū pater, §. Titio, de legat. 2. ibi: *Nec videtur dolo fecisse, cum fraudem exclusserit.*

11 Has igitur limitationes patitur nostra lex; quibus exceptis, manet firma eius conclusio, quæ procedit, & locum habet tam in procuratore, quàm in aduocato, cum eadem sit ratio, docet Paulus in d. l. 1. in princ. Rursus procedit siue quis palam patrocinetur, siue clā, & occultè per interpositas personas, vel per literas, docet Bart. & Paul. in d. l. 1. C. ne liceat potentioribus, ne prædicta via pauper opprimatur potestate potentis: nam iuris præsumptio est, iudices potius fauere potentioribus, quā egestate oppressis, quod iura proclamāt, probat textus in Authent. vt omnes obediāt iudicibus prouintiarum, §. si verò, versic. *Si verò ille*, ibi: *Sic erunt tēperatiores sic peccare cessabunt, sic non putabunt potentiam diuitiarū iustitiæ præualere*: & rursus ibi: *Nec latet nos, quia forsam, nec sufficiat hoc ad perfectissimā causæ medelam, cum iudicantes potentioribus magis quàm iustitiam volentibus, & ad prouintiam venientibus præstent.*

12 Et supradictis addo, prædictā resolutionem, & conclusionem nostræ legis, ex qua deduximus Curiæ ministros, & alios aduersatio potentiores ratione offitij procuratores esse nō posse debere intelligi, si eis opponatur ante litis contestationem: nam si lis cōtestata sit, præfati procuratores repelli non poterunt, probat expressus in iure textus in l. ita demum, C. de procurat. & docet ibi Accursius, verbo, militiæ, vbi extendit ad quemcūque, qui non potest esse procurator, vt sic accipiamus, si opponatur lite nō contestata, & probat de iure regio text. in l.7. tit. 5. part. 3. & ibi Gregorius gloss. 1. & 3. Et ratio est, nam cum hæc exceptio dilatoria sit, in principio debet opponi, l. exceptionem, C. de probationibus, l. siquidem, C. de exceptionibus, l. Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de exceptionibus,

bus, & concinnit l.9.tit.3. par.3. docet glossa in dict.l. ita demun, verbo, agitur, vbi exceptionem
13 procuratoris potétioris inter dilatorias enumerat, quarum natura est, vt opponátur lite non contestata, cap. inter monasterium, de re iudicata, l. fin. C. de exceptionibus, l.1.tit.5. lib.4. Compilationis.

51 Addo deinde hanc exceptionem procuratoriam, si à parte nõ opponatur, posse opponi à iudice, ex gloss. mirabili in d.l. ita demun, verbo, militiæ, in princip. quam extollit Salicetus ibidem numer. 4. ad hoc, vt dies præfixus parti ad opponẽdam exceptionem dilatoriam, idem videatur præfixus iudici.

Textus decimusoctauus.

MAguer los Abogados se auengan con la parte por gran quantia que es, e maguer las demandas sean muy grandes, e sean muchas, e sobre muchas cosas, e grandes, que sean formadas demandas por vn libelo, todas seran contadas como por vna demanda, y el su salario no deue crecer mas de cien marauedis de la moneda buena. E dende a yuso deuen los Alcaldes estimar el salario del Abogado, mas no crecer en ninguna demanda que sea.

SVMMARIVM.

1 *HOnorarium aduocati, non debet excedere centum quadrantes.*

2 *Antiquitus nihil tã venale fuit, quàm aduocatorum offitium.*

3 *Aduocatus ideo dicebatur, quia amico suo præsentiam accõmodabat, nullo pretio interueniente.*

4 *Iure veteri antiquato modus aduocatis ex Senatusconsulto capiẽdis pecunijs positus est.*

5 *Neroni placuit, vt iusta merces Aduocatis daretur à litigatorib⁹.*

6 *Licitum honorarium quantitas aduocati non debet egredi.*

7 *Quantitas iusta centũ quadrantũ nostra l. visa est, & antea iure communi pro aduocati mercede.*

8 *De valore centum quadrantum, hoc numero disputatur.*

9 *Quadrans aureus, cuius valoris sit hoc numero dissêritur.*

10 *Qui esset valor quadrantis, qui expendebatur tempore Regis Alphonsi, hoc numero tractatur.*

11 *Valor centum quadrantum nostra l. æstimatur decem quadrantibus areis pro quolibet eorũ, qui valor redactus ad valorẽ nummi nostratis facit valorem mille quadrantũ, vulgo* mil marauedis.

12 *Quadrantes boni, vulgo* marauedis buenos, *quo cõstent valore.*

13 *Nec nostra lege, nec antea iure communi fuit æstimatũ honorariũ aduocati in causis criminum.*

14 *Iure*

14 *Iure regio nouissimo æstimatur quãtitas aduocationis, siue actoris, siue rei lis sit, siue causa ciuilis, siue criminalis, ab aduocato defendatur.*

Lex XVIII.

IN TEXTV, IBI: *Y el su salario non deuẽ crecer mas de cien marauedis de la moneda buena.*

Scholium primum.

1 AIt hæc lex, aduocati mercedem, quod honorariũ appellare Iuriscõsulti solent, non debere egredi cẽtum quadrantes in singulis litibus, licet magnæ sint quãtitatis, & quanuis inter clientem, & aduocatũ in maiori pretio sit conuentum: minorem autem quantitatem posse æstimare iudicem pro qualitate litis.

2 Cornelius Tacitus lib. hist. 11. ait, nihil antiqua tempestate publicæ mercis, tam venale fuisse, quàm aduocatorum perfidiam, adeò vt Samius insignis eques Romanus quadringentis nummorũ millibus Suilio causidico datis, cognita eius præuaricatione eum occiderit, quod factum refert Tacitus causam prębuisse legi Titiæ, qua cautum fuit antiquitus, ne quis ob causam defendẽdam pecuniam, donumvè acciperet, siue legi Cinthiæ, secundum aliam lecturã à Marco Cinthio legumlatore latæ, qui ob patrocinia munera largiri vetuit, teste Alexandro ab Alexandro, genialium dierum, lib. 6. cap. 10. Cuius Cinthiæ legis meminit quoq; Cornelius, vbi sup. lib. 13. Priorique ipsius loco non Titia, sed Cinthia lege legendũ nonnulli putant, relati à Tiraquelo in Alexand. ibidem, litera Y. de qua lege scripsit Ayma. Riual. in histor. iur. ciu. & Pontif. nu. 173. Quippe, qui ait, Quintum Maximum suasorẽ huius fuisse legis, quã (vt ipse refert) Marcus Cicero, neque dona, neque mercedem ex patrocinijs ab vllo recipiens diligenter obseruauit.

Propterea quodã loco Apuleius causidicos probrosis incẽssens verbis (quoniam eis, vt Columela dixit cõcessum sit in medio foro latrociniũ) togatos nominauit vulturios, vt quib' præuaricare, reos prodere, vendere aduocationes, & sanguinaria rapacitate homines excarnificare frequentissimi sit moris: sicut Marcus Tullius pro Sextio, vulturios paludatos appellauit Gabinium, & Pisonẽ Imperatores, qui pretio nundinarẽtur omnia: porro & eadẽ ratione, salib' suis Plaut. inseruit, vulturios pro talis in Curculione, vt enim vultures carniuori sunt, & rapto viuũt compari modo, & tali voratores ita sunt, vt spolient ex toto aleatorem,

torem. vt scripsit Ludouicus Celius, lect. antiq. lib. 8. c. 1. litera G. Itaque cum lege Titia, siue Cinthia, prohibitu honorariũ fuisset eadem lege adstringebantur aduocati, qui mercenariã clientibus operam præstabant. Inuehitur itaq; Ausonius in mollitiem Iurisconsulti, cumque derridet, quod legẽ Titiam, aut Cinthiã non metueret, cum enim indoctus esset nihil lucrabatur, vt testatur Alciat. in annotation. ad Cornel. Tacit. ex lib. 11. Schol. 3. Hincq; existimo, aduocatũ ideo
3 dici, quia præsentiam suam nulla interueniente pecunia amico accõmodabat: nam omnis quæstus patrib' indecorus visus. Etenim moris erat in iudicijs, tum priuatis, tum publicis amicos omnes aduocare: quorum authoritate moneri iudices posse putabãtur, vt ex Ausonio adnotauit Hothoman. de verb. iur. verbo, *Aduocati.* Prædicta tñ Titia lex antiquata
4 fuit ex Senatusc. quo permissum fuit aduocatis mercedẽ recipere, modus tamẽ capiendis pecunijs positus fuit, de quo Senatusconsulto mentionẽ facit Plin. Cecilianus ad Valeri. libr. 5. Plautini itaq; aduocati cum ab Agarastocle, sine mercede dimissi essent inter se, illud admurmurabant his versibus:

Iniuriam illic insignitẽ postulat,
Nostro sibi seruire non censeat cibo.

5 Si Hothomano credimus, vbi supra, & Neroni, vt scribit Suet. c. 17. placuit, vt iusta merces à litigatoribus daretur patronis pro patrocinijs: & in decretis legitur licere aduocato vẽdere iustũ patrocinium, c. non licet, 11. q. 3. & Vlpian. voluit in l. 1. §. in honorarijs, ff. de var. & extraor. cogni. in illis verbis: *In honorarijs quoq; aduocatorũ ita versari iudex debet, vt*
6 *pro modo litis, proq; aduocatis facũdia, & fori consuetudine, & iudicij, in quo erat acturus, æstimationẽ adhibeat, dũ modò licitũ honorarium quantitas non egrediatur.* Idq; cõprobat rescripto Imperatoris, dicentis: *Si Iulius maternus, quẽ patronũ causa tua esse voluisti fidẽ susceptã exhibere paratus est, eam duntaxat pecuniam, quæ modũ legitimũ egressa est, repetere debes.*
7 Ea autẽ iusta merces placuit nostræ legi, quæ centũ quadrantes non egrederetur, quæ quãtitas à iure communi ęstimata fuit in l. 1. §. si cui versi. licita autẽ quantitas, de var. & extraor. cognit. ibi: *Licita autem quãtitas intelligitur pro singulis causis vsq; ad centum aureos:* & ibi gloss. verb. aureos, cui legi concinnit de iure regio text. in l. 14. tit. 6. par. 3. ibi: *Demanera que el mayor salario q̃ pueda ser, no suba de cien marauedis arriba, quãto quier q̃ sea la demãda,* & docet Gregor. in Scholio ad prædictam l. verbo,
8 *cien.* Restat tamen videre de valore huius monetæ nostræ legis, & sanè Gregor. Lopez in dict. l. Partitæ, gloss. 6. censuit, monetã nostræ

nostræ legis, & prædictæ legis
Partitæ eundem habuisse valo-
rem, quē habebat aureus de iure
communi, & tradit septuaginta
duos numerare librā auri, iuxta
l.quoties, C.de susceptori. & Ar-
cad.lib.10.& hodie esse 96.secun-
dum aureos, quibus hodie vti-
mur. Et secundum hanc declara-
tionem videtur cōuenire nostra
lex prædictæ l.1. vers. licita autē
quantitas, in illis verbis, *vsque
ad centum aureos:* dubito tamē de
interpretatione hac, attentis, &
consideratis verbis l.114. in legi-
bus styli, infra, vbi mentionē fa-
9 cit Rex Alphōsus de quadrante
aureo, cui valorem expendit, vt
ex supradicta lege apparet, colli-
giturq; ex principio ipsius legis,
ad hoc vt intelligatur de aureo
quadrante, expressè debere con-
tineri, & nominari: & nostra lex
de quadrāte loquitur duntaxat,
& non de aureo quadrante: valor
autem quadrantis, qui expende-
10 barur tempore Regis Alphonsi,
valebat minorem quantitatem:
nam sex quadrātes monetæ Re-
gis Alphonsi, numerabāt vnum
aureum antiquæ monetæ, secū-
dum prædict. l.114. Quadrāsque
Regis Alphōsi redactus ad sum-
mam valoris quadrantum nostri
temporis æstimatur decem qua-
drantibus: & ita secundum com-
putationem l.styli 114. Quadrās
aureus apud veteres erat valoris
sexaginta quadrantū æreæ mo-
netæ, qua vtimur, declarat Co-
uar.var.lib.1.c.11.nu.4.quam in-
terpretationē verissimam puto,
quoad intellectū nostræ legis, vt
scilicet valor centū quadrātum,
qui in ea assignātur pro merce-
de stipendio, & honorario aduo
cati æstimetur decem quadrāti-
bus æreis, pro quolibet eorū, qui
valor redactus ad valorem nūmi
11 nostratis facit valorē mille qua-
drantum ex ære nostri temporis,
quod apertè colligitur ex litera
nostri text. quę ait, hos quadrātes
debere esse bonæ monetæ: qua-
12 drantes aurē boni (decē quadrā-
tum valore cōstant) vt satis col-
ligitur ex l.1.tit.9.lib.8. Ordina.
quę statuit conuitiantem paren-
tibus puniendum esse pœna sex-
centū quadrantū, id est, sex mil-
le, redacta hac moneta ad valorē
nūmismatis ærei, quo vtimur, cū
habeamus itaque huius legis ex-
positionem, non erit in hoc im-
morandum: hæc quæ centū qua-
drantum quantitas, apud veteres
sportula nuncupabatur, vt cōstat
ex Martiali lib.3. Epigram. Epi-
gram.7. quod inscribit de sportu
la, versus autem sunt sequentes.

*Centum Miselli iam valete quadrā-
tes,*
Ante Ambulonis congiarium lassi,
Quos diuidebat Balneator elixus,
Quid cogitatis, o famis amicorum?
Regis superbi sportulæ recesserunt:
*Nihil stropharum est, iam salarium
dandum est.*

Quibus adstipulatur aliud eiusdem authoris, Epigrāma 26. sub lib. 1. quod sic se habet:

Dat Baiana mihi quadrātes sportula centum,
Inter delitias quid facit ista fames?
Redde Lupi nobis, tenebrosaq; balnea grilli,
Tam malè cum cœnē, cur benè Flacce lauor?

Aliudque Epigrāma his adiungitur lib. 10. Epigr. 37. ibi:

Sportula nos iunxit quadrantibus arida centum.

Quod autem Iurisconsulti aiunt, licere aduocato in singulis causis pro honorario cētum aureos accipere: dissimile admodum est à nostræ legis cōputatione: nam Alciatus, in annotationibus in Cornel. Tacit. ex lib. 11. annotatione 4. cuius initium est vsque ad denas sextertia, inquit, quēlibet aureū antiquū æstimari duob' ducatis coronatis cū dimidio, apud nos duobus scutis, & dimidio, secundum quam veterem computationem aduocati honorarium non poterat egredi centum aureos, idest, centū mille quadrantes redactos ad quantitatem nūmi nostratis.

IN TEXTV, IBI: *En ninguna demanda que sea.* *Scholium* II.

13 LOquitur ergo nostra lex, vt ex eius contextu apparet in causis ciuilibus: in criminalibus enim, nec nostra lex aduocati honorariū æstimat, nec antea de iure communi erat æstimatū, docet Bart. in l. si pater, §. 1. ff. de donatio. & Salicet. in l. 1. in fine, C. mandati.

14 Hodie tamē de iure regio nouissimo mercedes aduocatorum regiorum Consiliorum in causa ciuili non possunt egredi summam vicesimę partis litis, in qua patrocinantur, siue lis sit vnius, vel plurium, siue patrocinetur aduocat' pro actore, vel pro reo, siue causa sit sæcularis, vel Ecclesiastica: & hæc vicesima pars non potest superare valorem triginta millium quadrantum, alijque aduocati tribunalium inferiorū semissem prædictæ quātitatis solum habere possunt: & si lis fundatur super aliquo instrumento, nec recipitur probatio testium, sola tertia parte prædicti pretij, aduocatus debet esse contentus, nisi reus exceptiones alleget, & producat aliquod instrumētū in earum probationem, & sine alia testium productione lis determinatur: tūc enim duas partes prædicti stipendij lucratur aduocatus: & si post instrumentorū productionem ad probationem deueniatur, integrū ei debetur: quæ omnia colliguntur ex serie text. in l. 18. tit. 16. lib. 1. Compil. quæ prędicta vicesima pars ęstimatur secundum sententiam condemnatoriam, vel absolutoriam in negotio

negotio principali, non attenta condemnatione expenſarum, vt probatur per l. 19. titul. 16. libr. 2. Compil. in cauſiſque criminalibus prædictis aduocatis Conſilij Regij, vel Cancellariæ, ſolũ præſtantur pro mercede prędicti 30. mille quadrantes, & inferioribus aduocatis quindecim mille, & pro prędicto honorario aduocare adſtringũtur in omnibus inſtantijs, quæ in illo loco in iudicium deducãtur, vt probat l. 20. tit. 16. libr. 2. Compilatio. & pro qualitate litis, iudices poſſunt æſtimare aduocatorum honorarium, vt probat l. 11. & 12. dicto tit. 16. dummodò non excedatur à ſumma præfixa à prædictis legibus, per text. in d. l. 20. dict. tit. 16. in fin. Et hæc iudicis æſtimatio procedit parte petente, l. 1. §. fin. ff. de var. & extraordin. cogn. Vetus itaq. noſtra ſtyli lex, ſummaque centũ quadrãtum, cuius meminit, reduci debet ad prædictam nouæ legis Compilationis quantitatem.

Textus decimus nonus.

SI alguno toma todos los Abogados del lugar para ſi, el Alcalde no ge lo deue conſentir, e deue dezir a eſte que tomò todos los Abogados, que eſcoja dellos los que quiſiere que le cumpla: e de los otros deue dar Abogado a la otra parte, a tal que no ſea ſu pariente, ni mucho ſu amigo de aquel contra quien le demanda ſer Abogado: ca ſi fuere ſu pariente haſta el quinto grado, o que ſea en grado que le pueda heredar, no lo deue el Alcalde conſeruir, pero que el Alcalde deue tomar juramento del Abogado que ſe eſcuſa, que no lo haze malicioſamente.

SVMMARIVM.

1 *SI quis recipiat omnes aduocatos alicuius loci, iudex non debet conſentire.*

2 *Pars aſſumens omnes aduocatos, oſtendit ſe iniquam litem fouere.*

3 *Iudex petentibus aduocatos præbere debet, & num. ſequenti.*

5 *Prætor antiquitus edicto ſuo petentibus aduocatos pollicebatur, & num. ſequenti.*

7 *Aduocatus à iudice datus parti, eo carenti, nec amicus, nec propinquus aduerſarij præberi debet.*

Lex XIX.

IN TEXTV, IBI: *Si alguno toma todos los Abogados.*

Scholium I.

1 SEntẽtia huius l. hęc eſt, ſiquis recipiat omnes aduocatos alicuius loci, ad patrocinium ſuæ cauſæ iudex

iudex nō debet consentire, & alteri parti aduocatum dabit, eligens prius ille qui primo assumpsit, quod & de iure communi prouisum erat per text. in l. prouidendum, C. de postul. cui conuenit text. in l. 10. titul. 6. part. 3.
2 Et adde partem assumētem, omnes aduocatos ostendere, se iniquam litē fouere, vt probat text. in d. l. prouidendum, vbi Albericus adnotauit, hāc præsumptionem probationem plenam esse, cum legis sit. Bald. tamen semiplenam, inspiciendusque est Gregorius in d. l. Partitæ, Schol. 3.
3 & 4. sumptaque nostra lex est ab ædicto prætoris, & eius verbis, ibi: *Si non habebunt aduocatum, ego*
4 *dabo:* quæ recensuit Iurecōsultus in l. 1. §. ait prætor, de postul. iudicemque aduocatos petentibus debere indulgere, præsertim fœminis, vel pupillis, vel furiosis, & si nemo sit qui petat vltro eis dare debere, satis probatur in l. nequidquam, §. obseruare, ff. de of-
5 ficio proconsulis: ædictique prætoris quod petentibus, aduocatos prætor pollicebatur, meminit Cicero ad Trebatium in epistola. 11. libr. 7. Familiarium: & Seneca in prohemio lib. 3. Controuersiarum, ibi: *Tanta illi perturbatio fuit, vt aduocationem peteret:* & ibi: *eādem procedit Petronius vetus conuictor eius, & postulat aduocationem.* Idē libr. 1. de ira, ibi: *Deinde aduocationem etiam sibi petit, vt excutienda veritati spatium habeat.*
6 Neque omitendum est de aduocato à prætore dato Lepidum Siculi cuiusdam respōsum à Cicerone libr. 2. de Oratore relatū: nam cū ei Scipio prætor patronū causæ dedisset hospitē suum hominē nobilem, sed admodum stultum: *Quæso inquit ille, prætor aduersario meo dato istum patronum; deinde mihi neminem dederis.*

IN TEXTV, IBI: *Ca si fuere su pariente.*

Scholium II.

7 AIt vltimo lex nostra, aduocatum à iudice datum parti eo carenti, nec amicum, nec propinqum aduersarij esse debere: similia verba referuntur ab Accursio in l. 1. §. ait prætor, de postul. verb. habebunt: & Imperatores sanxerunt in l. humanitatis, C. de excusat. tutorum, ibi: *Qui ad defensionem eius non inhibeatur adfectu, iuxta formam igitur quam consulti dedimus, pratorem adiri oportet, vt & iusto tuo desiderio, & pupilli ipsius commodo consulatur.* Ratio autem nostrę legis ea est, amicitiam enim, & cōsanguinitatem suspitionem inducere satis compertum est, & Accurs. docuit in d. l. humanitatis, verb. *Adfectu.*

Textus

Textus vigeſimus.

EL Abogado por ſu ſalario, ſi aquel que ha de dar ſalario no ha bienes de que lo pague, no ge lo dara preſo, y vaya el ayuda que le hizo por amor de Dios.

SVMMARIVM.

1 *Pauper nō poteſt in vinculis detineri pro mercede aduocati.*
2 *Aere publico honorarium aduocati ſoluebatur pro pauperis defenſione.*

Lex XX.

IN TEXTV, IBI: *El ayuda que le hizo por amor de Dios.*

Scholium vnicum.

1 Hæc lex probat, nō poſſe pauperem prehendi, neque in vinculis detineri pro mercede aduocati, quod decidit text. in l. 16. tit. 16. lib. 2. Compil. vbi probatur adſtringi aduocatū gratis præſtare patrocinium pauperibus, in locis in quibus non ſint aduocati publicō ſtipendio conſtituti, id enim congruit reipublicæ benè inſtitutæ, vt docuit Accurſius in l. 1. §. ait prætor, de poſtul. verb. *Non habebunt*: & de tribunalibus Romæ, vbi pauperum cauſæ agitabantur, & eos, qui eorum cauſas fouebant, & defendebant gratis, patrociniū debere præſtare, author eſt Octauianus Beſtrius, lib. 2. introductionum in aulæ Ro-
2 manæ actione, in cap. 7. ærequе publico honorariū aduocati ſoluebantur, vt idem Octauianus refert: alioqui enim, vt ipſe tradit, vix vnicus patronus reperiretur, ex Salomone Prouerb. 19. Et ideo non immeritò conquerebatur Ouidius libr. 1. de Arte: *Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.* De qua re inſpiciēdus eſt Nicolaus Anton. Granatius, in additionibus ad Octauianū dict. cap. 7. & melius in cap. 18. ſequēti. Pauperibus itaque conſulens l. noſtra pro honorario, & expenſis detineri vetat, nec alio indiget commentario.

Textus vigeſimusprimus.

EL Alcalde ſi emplaza alguno, deue ſer creydo el Alcalde del emplazamiento por ſi ſolo. E otro ſi el portero del Rey es creydo del emplazamiento que el hiziere: e ſi alguno faze emplazar a otro con carta del Rey, ſo pena de cien

marauedis, segun que es vsada esta pena de se poner en las cartas del Rey, si el emplazado no viniere, pecharà la pena: e si el emplazador, que es demandador, no viniere al plazo, pecharà las costas, mas no la pena de los cien marauedis.

SVMMARIVM.

1 Iudex, & aliæ personæ, quæ hic recẽsentur in ius vocare possunt.

2 Inter has citationes diuersitas est, nam iudex ipse si citet causam exprimere non adstringitur.

Lex XXI.

IN TEXTV, IBI: *El Alcalde si emplaza a alguno.* *Scholium vnicum.*

1 Lex hæc inquit, iudicẽ sua propria, & sola persona posse aliquem in ius vocare: rursus & nuntiũ Regis: item, & per literas regias posse quem in locum iudicij accersiri, quibus, si quis citatus fuerit sub certa pœna, & iudicio nõ superfit, pœnæ reus erit: & si actor ad cuius petitionem reus fuerit ad iudicium vocatus, iudicio non adsit, purgabit expensas, non verò pœnam.

2 Inter has tamen citationes diuersitas est: regulariter enim eius causa exprimi debet c. fin. 5. q. 2. Speculum tit. de citatione, §. 1. vers. *Quod nulla causa exprimitur*, & ibi Ioann. Andr. in eius additionibus, & glossa in cap. prætereà, de dilatio. & in cap. si Episcopus, 3. quæst. 2. & Accursius docuit in l. sicut, de præscrip. 30. vel 40. C. & in l. fin. C. de duobus reis, vbi ordinarij, quando tamen iudex ex offitio sua propria persona aliquem in iudiciũ vocat, expressio causæ non desideratur, vt adnotauit Bald. in d. l. sicut, & Salicetus in Authent. offeratur, C. de litis cotestatione: & quia de citatione infra agemus in l. 66. hic omitimus.

Textus vigesimus secundus.

Otro si, el que es emplazado para casa del Rey a dia cierto, demas del dia del plazo que fue puesto, que sea ante el Rey, deue auer nueue dias, e despues tercero dia de pregon, que le pregone el pregonero del Rey, que venga a entrar en el pleyto con su contendor: e los de allende del puerto han de auer plazo de quinze dias de Corte, e tercero dia de pregon: y esto mismo auran los de aquende del puerto, estando el Rey allende del puerto: y este pregon se haze tambien

tābiē enlos Domingos, como enlos otros dias qualesquier, e si passare los diez dias: y el tercero dia del pregō, sino pregonarē, nodeuē pregonar despues, maguer no ayā pregonado, ca tāto vale, como si huuiessen pregonado: y esto quier sea el plazo por alçada, quier sobre q̄ ouiessen auido mādado del Rey los Alcaldes de alguna villa, q̄ recibiesen testigos, o otra cosa q̄ fuesse menester para hazer enel pleyto, e desq̄ ouiesse recebidolos testigos, o fecho lo q̄ les fuere mādado por el Rey, les pusiessen a las partes plazo cierto, a q̄ pareciessen ante el Rey: e sino pareciessen a este plazo puesto, fincales demas a qualquier de las partes el plazo sobredicho de la Corte, segun dicho es, y el el plazo del pregon: e si el vno viniere al plazo que le fue puesto, y el otro no viniere hasta los dias del pregon, el que no vinere ante los dias del pregon, pagarà las costas a la otra parte por los dias q̄ vino a plazo puesto, e despues del plazo por los dias que no vino en los nueue dias de la Corte ante del tercero dia del pregon, saluo si huuiere escusa derecha porque no pueda ante venir, e maguer el Rey sea en el lugar, e se agrauie, e se alce la parte del juyzio del Alcalde de la villa de su lugar, tambien auria el plazo de nueue dias, e del tercero dia de la Corte. E si las partes tomassen entre si este plazo del Alcalde, de parecer ante el Rey por plazo acabado, o renunciassen este plazo de la Corte del Rey, y del pregon, no vale tal renunciacion si al Rey no presiguiere. Mas si pena ya fuesse puesta entre las partes, que pechasse la parte que no apareciesse a la otra parte, ser le ha tenido a la pena puesta, si otra defension puesta derecha no ouiere por si por que no la deue pechar. E si pena no fue puesta entre ellos, pecharà la parte que no vino a la que vino las costas de nueue dias, y el tercero dia del pregon. E si se alçare alguno del juyzio del Alcalde, que juzga en casa del Rey, deue parecer ante el Oydor de las alçadas al plazo cierto que es puesto que parezcan ante el: e no deue ser atendido los nueue dias, ni el tercero dia del pregon. E otro si es a saber, que si alguno se obliga al merino de parecer a derecho ante el Alcalde a cierto dia, so cierta pena, ò se obliga que del dia q̄ fuerē emplaçados, q̄ parezcan al tercero dia, fasta tal dia, ò si algunos los fian en esta guisa, ò de los traer a derecho, si al dia que puesto es, no parecierē ante el Alcalde, cae en la pena, e no los ha el Alcalde porque atēder los nueue dias, ni tercero dia de la Corte, ni de pregon. Mas si algunos se obligan de traer a derecho a fulano, al plazo que el Alcalde les pusiere, estonce el Alcalde deuelos atender à los fiadores, o a la parte, si se obliga a si los nueue dias, y el tercero dia del pregon, demas del plazo que el Alcalde les puso.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad Regis Curiam vltra primum citationis terminum, alijs gaudet, de quibus hic.*

2 *Citatus vltra primum terminum à iudice appositum alijs potitur.*

3 *Verus contumax est, quando quis citatur tribus citationibus.*

4 *Olim aduersus contumacē non procedebatur, nisi lite contestata.*

5 An

5 *An citatus personaliter, qui nō venit vlterius debeat citari, disputatur.*

6 *Prima dilatio conceditur iudicantis arbitrio.*

7 *Lex nostra corrigitur per l. Ordinamenti, & num. sequenti.*

9 *Iudex bene potest præfigere terminum litiganti ad comparendum, quanuis à lege statutus sit, & numero sequenti.*

11 *Pars non comparens, alteri expensas refícit.*

12 *Incusatio contumaciæ necessaria est, vt pœna contra contumacem locum habeat: & quid hodie iure recentiori, & num. sequenti.*

14 *Innumeri sunt, quos citatio nō arctat.*

15 *Pactum appositum inter litigantes de comparēdo ante iudicē, eos non adstringit, nisi pœna apposita sit.*

16 *Si pœna apponatur, & litigatores consentiant in aliquem iudicem, hoc casu pactum obligat, & num. sequenti.*

18 *Pœna apposita nō compellitur præcise paciscens comparere, sed pœna tantum reus est, & numero sequenti.*

20 *Appellans à iudicis sententia intra terminum præfixum à iudice à quo comparere debet, & numero sequenti.*

22 *Iudici, à quo potestas data est, suo arbitrio terminum præfigendi, sicut & aliæ multa dilationes iudicis arbitrio commissæ sunt, & num. sequenti.*

Lex XXII.

IN TEXTV, IBI: *El que es emplazado para casa del Rey.*

Scholium primum.

1 PRimo probat hęc lex citatū ad Regis Curiam, vltra primum citationis diem potiri nouem diebus citra portus, & 15. vltra eos, & si iudicio nō adsit, intra prædictos dies, rursus pro elamate, & præconio ad tertium diem euocandum esse, quod pro clama, & diebus feriatis exerceri potest: & si omitatur, nō vitiatur actus: & prædictæ dilationes cōpetunt, siue litigetur in prima, siue in secunda instantia.

2 Ex hac prima parte nostræ legis colligitur citatum vltra primam dilationem à Iudice appositam habere aliam secundam 9. vel 15. dierum: & rursus eis elapsis cōpetere ei tertiam diem pro elamationis, & præconij: & ratio

3 est, quia verus contumax tūc dicitur, quando citatus est tribus citationibus, quo casu posse ad diffinitiuam procedi, docuit Paulus in l. hoc amplius, §. fin. ff. de damno infecto, faciens mentionem cuiusdam statuti Florētini, disponentis ter citatum, si non adesset: perinde haberi, ac si lis esset cum eo contestata, quanuis ad sententiam diffinitiuam olim non

non procederetur aduerſus con-
4 tumacem, niſi lite conteſtata, l. properãdum, §. ſin autem, C. de iudicijs, niſi in caſibus congeſtis à gloſſa in ſumma 3. quæſt. 2. ab Innocentio in cap. ſi aduerſarius, de eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruandæ. Abbate in c. prout, de dolo, & cõtumatia. Platea in l. generali, C. de Decurionibus, lib. 10. Auend. in tractatu primi, & ſecundi decreti, num. 2. & deciſio noſtra l. quæ deſiderat tres citationes ad hoc, vt quis dicatur contumax, cõprobatur per l. 1. tit. 9. lib. 3. Ordinamenti, quæ in hoc conformis eſt noſtræ legi,
5 & iuri cõmuni: quo quanuis diſceptatio eſſet, an citatus perſonaliter, qui non adfuit, vlterius deberet citari? & amplius non eſſe in ius vocandum, etiam vbi opus eſt alijs citationibus, docuerit Innocentius in cap. ad petitionẽ, de accuſationibus, & Rota deciſione 33. & Iacobus Butricarius in l. tres denuntiationes, C. quomodo & quando iudex: communiter tamen contrarium admiſſum eſt, vt per gloſſam, Bart. & omnes in l. vltima, ff. de in integrum reſtitutione, & Baldum in l. tres denuntiationes, C. quomodo & quando iudex, ex textu in l. præſenti, C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, eũdem Baldum in cap. 1. in princ. de milite vaſſallo, qui contumax eſt, Ioannem Andream in additionibus ad Speculum tit. de contumatia, §. 1. Antonium in cap. conſuluit, de offitio delegati.

6 Diſtat tamen noſtra lex à iure communi, & à dict. l. Ordinamenti, in præffinitione diei, in quo modum poſuit text. noſter: nam primam dilationẽ concedit iudicãtis arbitrio, vt apparet ex eius verbis: in ſecunda verò, & tertia citatione, præſtituit l. noſtra dies certos, & determinatos, nouem ſcilicet, vel quindecim, diemq; certũ proclamatis, quod licet pro forma nõ deſideret: alijs verò dilationibus opus eſſet ſancit, ad hoc vt reus conſtituatur in contumatia, vt ex eius con-
7 textu liquet: ſed per prædictam legem Ordinamenti, non habet citatus ad comparẽdum prædictos dies, & diem tertium præconij, in quo correcta eſt lex noſtra:
8 prædictique dies ſunt iudici arbitrarij, qui in ſuis literis poteſt aſsignare diem arbitrio ſuo moderandum, conſiderata loci diſtantia, iuxta vulgaria iura in l. ad perẽptorium, & in l. nonuunquam, de iudicijs. Tamen citare neceſſariò debet iudex ad conuincendum de contumatia citatum, vt meminit Auendan. in tractatu primi, & ſecũdi decreti, nume. 4. Sed quanuis eſſemus in caſibus noſtrę legis, adhùc fateor dies ab ea conceſſos, debere accipi, & intelligi, quando à iudice non eſſent præfixi. Iudex enim bene

bene poteſt præffinire diem liti-
9 ganti ad comparendum, quãuis a lege ſtatutus ſit, & ex cauſa limitare, vel prorogare, & ſi iudex dilationem nõ conſtituerit, dies legis eius loco ſubrogatur, vt in caſu non diſsimili habemus iura in l. 2. & in l. 14. tit. 18. lib. 4. Compilationis.

10 Rurſus duodecim dies noſtri textus, ſcilicet noué dies Curiæ, & tres præconij ſublati ſunt in caſu legis 15. tit. 18. lib. 4. Compil. ibi: *Y que ſobre eſto no ſe ayan de eſperar los terminos de doze dias, es aſaber, los nueue de Corte, y de tres pregones:* Alludit enim in hoc ad l. noſtrã ſtyli, in qua 12. dies deſiderabantur, quod nõ percepit Azeuedo in commẽtario illius legis, nu. 1. verſ. *Que ſobre eſto.*

IN TEXTU, IBI: *Pagarà las coſtas a la otra parte.*

Scholium II.

11 IN Secunda parte docet lex noſtra, partem non comparentẽ, niſi die elapſo alteri debere reficere expenſas, niſi habuerit legitimã non comparendi excuſationem: ratio eſt: nã paria ſunt nullo modo comparere, vel minus legitimè comparere: refectis tamẽ expenſis iam dicitur quis legitimè iudicio ſupereſſe, cum alia pars litigans nõ dicatur eſſe in damno, cum ſumptus facti expectando aduerſarium ſibi reficiantur: hęc itaq; inter alias contumaciæ pœnas frequentior eſt, vt contumax puniatur in expẽſis, gloſſ. in cap. quoniam contra, de probationi-
12 bus: incuſationemque contumatiæ neceſſariam eſſe, vt prædicta pœna locum habeat, videtur colligi ex mente textus in l. properandum, §. & ſiquidem, C. de iudicijs, vbi latè Scribentes, & docet Barto. in l. conſentaneum, ad fin. C. quomodò, & quando iu-
13 dex: ſed hodie in caſu noſtræ legis crederẽ non eſſe neceſſariam prædictam contumatiæ incuſationem, ex finalibus verbis text. in l. 15. tit. 18. lib. 4. Compilat. &
14 prædictam expenſarum multam tunc imponit lex noſtra, quando citatus nõ habuiſſet legitimum non comparendi impedimentũ. Innumeri enim ſunt, quos citatio non arctat, de quibus longũ tractatum facere poſſemus, ſed ne his vulgaribus immoremur inſpiciendæ ſunt omnino leges, in l. 2. 3. 4. 5. & 6. tit. 7. part. 3. & gloſſæ ibi, qua ſola remiſsione omnia in materia congeruntur.

(.?.)

IN

IN TEXTV, IBI:
E si las partes tomassen et.tre si.

Scholium tertium.

15 PVrsus, & tertio
inquit nostra l.
pactum apposi-
tum inter litigã
tes de cõparen-
do ante iudicem
sub certa die, vel renũtiationem
ab eis factam diei à iudice præfi-
xi eos non astringere, nisi pœna
apposita sit: quo casu pœnæ lo-
cus erit, & confirmatur ex l. si cõ
uenerit, de iurisdictione omni.
iudicum, qua probatur pactum
de litigando contam iudice ad
certã diem, iudice non præsente,
obligationem nõ inducere: obli-
gat enim, si iudex sit præsens, vt
colligitur ex litera prædictæ le-
gis, ibi: *Et prius quam adiretur*, & ex
textu in cap. 1. de iudicijs.

IN TEXTV, IBI.
Mas si pena ya fue puesta.

Scholium quartum.

16 RVrsus, & prædictum pa-
ctum obligat, vt dixi, in
casu nostræ legis, quãdo
vestitum sit pœnæ appositione,
& quando sub prædicta pœna li-
tigatores consentiunt in iudicẽ
suum: sic enim induco textũ in
dict. l. si conuenerit, & patet ex l.
priuatorum, de iurisdictio. om-
nium iudicum, & docet Anton.
de Butrio in dict. c. 1. de iudicijs.
17 Hæc itaque duo copulatiuè re-
quiruntur ad intellectum nostræ
legis, vt scilicet paciscantur par-
tes de litigando corã iudice suo,
& pœnam apponant, quo casu
obligat prædictum pactum, & ita
est intelligendus textus in l. 7. ti-
18 tulo. 7. part. 3. Rursus tamen, &
prædicta pœna apposita non cõ-
pellitur præcise paciscens iudi-
tio superesse, sed solũ pœnæ reus
erit, & ita docuit prædicta l. 7. ti-
tulo. 7. part. 3. & est ratio, nam in
stipulationibus facti succedit o-
bligatio ad interesse, l. stipulatio-
nes non diuiduntur, §. Celsus, de
19 verborum obligation. Ad com-
parendum tamen, & litigãdum,
virtute sola prædicti pacti, quis
non cogitur, quia per pactũ tan-
tum inter partes sine iudice ini-
tum, non inducitur aliqua iuris-
dictionis prorogatio: si iudex ta-
men esset præsens, iam iudicare-
tur exercitus act' iurisdictionis.
Rursus, quia pactum de proro-
gando est in futurum, & non se-
quitur actualem consensum de
præsenti, est videndus Butrius,
vbi supra, Baldus in l. si con-
uenerit, & in l. fin.
de iurisdictio.
omn. iud.
(?)

IN

IN TEXTV, IBI: *Deue parecer ante el Oydor de las Alçadas.*

Scholium quintum.

20 VLterius probat l. nostra, appellãtẽ à iudicis sententia debere iuditio superesse in gradu appellationis intra diem præfixum à iudice à quo, nec vltra eum debere potiri dilatione 9. & 3. dierum. Diuersitatem itaque constituit nostra lex inter primã, & secundam instantiam. In prima enim instãtia vltra primum diem præfixum ad comparendum concedit l. 9. vel 15. dies: & rursus 3. dies procla-
21 mationis, & præconij. In secunda verò instantia, intra primam dilationem à iudice designatam debere comparere appellantem in iuditio superioris decidit: in quo conuenit nostra l. iuri communi, quo iure iudex à quo statuit diem appellanti, vt iuditio supersit in gradu appellationis, cap. 1. de appellationibus. libr. 6. Clementin. sicut, de appellatio. text. in Authen. de his qui ingre diuntur ad appellationem, §. 1.
22 collatione 5. Rursus cõprobatur per leges partitarum Ordinam. & Compilationis, l. 23. & 26. tit. 23. part. 3. l. 2. & 3. titul. 16. lib. 3. Orndiamenti, l. 2. titul. 18. lib. 4. Compilationis: quibus iuribus iudici à quo potestas data est suo
23 arbitrio diem præfigendi, sicut & aliæ multæ dilationes iudicis arbitrio in iure concessæ sunt, l. fin. de ferijs, l. 1. §. 1. de iure deliberandi, docet Auendan. respon. 2. nu. 3. & hoc voluit nostra lex, vt sit iudici arbitrarius dies, intra quem pars appellans adeat iudicem appellationis, nec vltra arbitrium iudicis potietur litigans alijs dilationibus 9. vel 3. dierũ: iudice tamen non concedente, & præstituẽte diem appellanti, succedit dies legalis, nempè 15. citra portus: & 40. vltra portus, & 3. dierum si lis appellationis eodẽ oppido pẽdeat, vt cauetur in prædictis iuribus in l. 2. & 13. d. tit. 18. lib. 4. Compilatio.

Textus vicesimustertius.

OTro si, es a saber, que si algunos fian a otros en esta guisa, que del dia que fueren emplazados, o demandados en estos en fiados, que parezcan ante el Alcalde al tercero dia, o fasta otro dia cierto que pongan, sino que pecten los omecillos: y entõce el Alcalde que ha de conocer del pleyto, deue fazer emplazar a los enfiados en sus casas do se solian acoger. E si en casa no los fallaren, ni do se solian acoger, fegalos emplazar por consejo, y pregonar que sean ante el al tercero

cero dia que puſieron: e ſino vinieren eſſe dia, faga prender a los fiadores por los omecillos, o por la pena q̃ ſe obligaron: e fagã emplazar dende adelante a los enfiados a los tres plazos del fuero. Mas ſi los fiadores fiaren en eſta guiſa de traerlos ante el Alcalde del dia q̃ ge lo demandaſſen al tercero dia, entonce cũple, que los demanden a los fiadores q̃ los trayã al plazo del tercero dia. E ſino los truxeren, q̃ los prendan por los omecillos, e q̃ emplazen a los enfiados a los plazos del fuero.

SVMMARIVM.

1 *ORdo, qui ſeruare debet, quãdo quis pro reo iudicio ſiſti cautionem præſtitit, à lege noſtra præſcribitur.*

2 *Diuerſitas eſt, quãdo quis fideiuſſit aliquẽ ſiſtere in iudicio, ſi ipſe citatus nõ compareret, vel quãdo quis fideiuſſit ad certam diem ſiſtere, & num. ſequenti.*

4 *Quãdo mora purgari poſſit, necne, remiſſiuè declaratur.*

Lex *XXIII.*

IN TEXTV, IBI: *Si algunos emplazan a otros.*

Scholium vnicum.

1 SI quis pro reo præſtet cautionem iudicio ſiſti, & ſub certa pœna, hic ordo ſeruãdus eſt, vt iudex iubeat citare reũ in domo, & ſi nõ inueniatur, edicto & proclamate voces ad certũ diẽ, quo elapſo, reoq; nõ cõparẽte, fideiuſſor fit reus pœnę appoſitæ: deindeq; debet citari reus trib⁹ ei præſtitis dilationibus: ſed ſi quis ſit fideiuſſor iudicio ſiſti ad certũ diem diuerſitas eſt: ſufficit enim requiri fideiuſſorẽ, & die elapſo pœnã luit, & poſt pœnæ ſolutionẽ citabitur ipſe principa-
2 lis reus. Hæc lex ſupponit duos fideiuſſionis caſus, & differẽtiã in eis cõſtituit. Primus eſt, quãdo quis fideiuſſit aliquẽ ſiſtere in iudicio, ſi ipſe citatus nõ ſuper eſſet: quo caſu neceſſariũ eſt, vt reus prius citetur in domo, vt innuit noſtra l. & ante eã Conſultus in l. 4. §. quotiẽs, ff. de dã. infect. vel vbicunq; ſit ipſe reus, & inueniri poſsit, citandus eſt Bart. in l. cũ quidã, de fund. inſtr. tex. in l. ex facto, §. ne ſerui, ff. de hæred inſti. & in l. apud Labeonẽ, §. initiũ, ff. de iniur. & ſi non reperiatur, citatur edicto & proclamatione, iuxta ea quę docui-
3 mus in lege anteriori: quæ omnia niſi præceſsiſſent, nõ poterat conſtitui fideiuſſor in mora. Secũdus caſus eſt, quãdo fideiuſſor fideiuſsit, & promiſit ad certam diem aliquẽ ſiſtere in iudio, ſub certa pœna: nam tũc elapſo die, pœnæ locus eſt, l. 3. ibi: *Niſi pœna ſubiecta ſit*, de verbor. oblig. nam elapſa die fideiuſſor in mora cõ-
4 ſtituitur: ſed ſi alio die ſiſtat, dubitatio eſt, an mora purgetur, eſt vidẽdus Grego. Lop. in l. 36. tit. 11. p. 5. doctiſsim⁹ Gomez. de captura reorũ, n. 9. l. ſiquis poſt tres, ff. ſi quis cautio. & ibi ordinarij.

I Textus

Textus vicesimusquartus.

OTro si en razon del emplazamiento, que embian a demandar a los sus cogedores, o arrendadores que sean ante el fasta tal dia, so pena de cien marauedis, a darle cuenta, o sobre otra cosa, no lo atendrran despues del plazo los nueue dias, ni tercero dia de la Corte, si el Rey no quisiere. E si al plazo no vinieren, cae el luego en la pena de los cien marauedis del emplazamiento.

SVMMARIVM.

1 *FIsci debitor, si citatur ad certum diem, sub certa pœna, pœna reus est, sine vlla alia dilatione, & proclamatione.*

2 *Fisci debitores absque interpellatione ipso iure, ac facto in mora sunt.*

Lex XXIIII.

IN TEXTV, IBI: *E si al plazo no vinieren, cae luego en la pena.*

Scholium vnicum.

1 DOcuit l. 22. supra citatũ vltra diẽ citationis alijs poni, vt ibi monstrauimus, quam sententiam limitat lex nostra in fisci debitore, qui si in ius vocetur ad certum diem, sub certa pœna, prima die elapsa, pœna committitur, neque alia dilatio, & proclamatio expectanda est, quod ex fisci priuilegio procedit, sicut & alia innumera fisco indulgentur, indiuidualiterq; in casu nostrę l. docuit Peregrin. de
2 iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 199. & prædictis adstipulatur: nam debitores fisci, ex speciali fisci priuilegio absq; alia interpellatione, si debitũ fiscale nõ soluũt, ipso iure ac facto in mora sunt, gl. in l. cum quidã, §. fiscus, de vsur. verb. inferũt, & docent Bald. & Ias. in l. si ex legati, ff. de verb. oblig. Alex. in l. quod te, n. 16. ff. si cert. pera. cum alias & regulariter mora nõ contrahatur re ipsa, sed per interpellationẽ, vulgaris l. cum alijs in l. mora, ff. de vsur. sicut & fiscus, secundũ iura ciuilia, etiam citra interpellationem vsuras semisses à debitorib' suis, qui tardius pecunias inferebant exigebat, vt probatur in l. cum quidã, §. fiscus, de vsur. & in l. fi. C. de vsur. fiscal. lib. 10. nec morã purgare posse fisci debitorẽ, qui ter citatus iudicio nõ superfuit, scribit Angel. in l. & si post tres, ff. ex quib. caus. mai. & ante eum Acurs. in l. 2. ff. de iure fisci, quos refert, & sequitur Martinus Laudensis, q. 119. in tract. de fisco.

Textus

Textus vicesimusquintus.

OTro ſi, es a ſaber, que ſi emplazan a alguno por pregon en caſa del Rey, o ſobre muerte de hombre, o ſobre otra coſa, que parezca ante los Alcaldes del Rey, ſino viene al plazo que es atendido, nueue dias, y el tercero dia de pregon, caera en la pena del emplazamiento del fuero, e no en la pena de cien marauedis. Ca en eſta pena de los cien marauedis, no cae ſino el que es emplazado por carta del Rey, que ſea en ella eſta pena pueſta de los cien marauedis.

SVMMARIVM.

1 INauditus, & indefenſus, non punitur quis ex veterũ authoritate.

2 De pœna citati, qui non comparuit, diſputatur & numero ſequenti.

Lex XXV.

IN TEXTV, IBI: Por pregon en caſa del Rey.

Scholium I.

1 PLVTARCHVS in vita Caij Grachi, ſcribit, morem fuiſſe Romanis accuſatos abſentes per præconem ad iudicium vocare: & Dioniſius Halicar. libr. 4. ait, Seruium Tuliũ iuſsiſſe inſidiatores vitæ tãtum vocari in pupilli iudicium. Mos autem antiquus Romanis fuit, vt ſi is qui reus agebatur, capitisq; accerſebatur prædicta die in iudicium nõ veniret, vel domo abeſſet, ante fores ædium nomenclator tuba illum ad cauſam dicendam citaret, nec ante fas erat in eũ capitis iudicium dari, aut de noxio ſupplitium ſumi, quã diſcuſſa cauſa crimine probato, & reo conuicto: ne inauditi, & indefenſi perirent, quod adnotauit Alexand. ab Alex. genial. dierum, lib. 3. cap. 5. & ibi Tiraq. litera P. verſic. *Quod ſi is qui reus agitur:* ad quod vetus ius alludẽs textus noſter, & proclamatis, & capitalis pœnæ meminit.

IN TEXTV, IBI: Cien marauedis.

Scholium II.

2 AIt hęc l. citatum in cauſa criminis edicto, & pręconio ſub dilatione ordinaria 9. dierum, & 3. die proclamatis, iuxta prędict. l. 22. & non cõparentem, reũ fieri pœnę in citatione impoſitæ, ſed non centũ quadrantũ, qua pœna nõ afficietur, niſi citatus regijs
3 literis, ſub prædicta pœna. Fori autẽ pęna, quã refert noſtra lex, eſt quinque quadrantũ Regi, & 5. iudici, l. 4. tit. 3. lib. 2. Fori, & ibi Montal. Nõ tñ his morabimur,

cum in hac materia citationum absentis habeamus expressam l. regiam 3.tit.10.lib.4.Compilationis: cuius praxis obseruanda est,& sic nō erit opus super lege nostra disputare, & eius intellectu, nec de iuris communis explanatione,quo nō poterat procedi contra absentes,saltē si procederetur per partis querelam, de qua re inferius agemus; & de hac pœna centum quadrantum est intuendus text.in l. 8. titul.7. part.3.& ibi Greg.gloss.3.& 4.

Textus vicesimussextus.

SI sobre pleyto,q̃ sea contrario algun concejo son emplazados muchos hōbres de esse concejo,no vienen al plazo,e no caeran todos sino tan solamente en pena de vn emplazamiento: porque el concejo no es contado mas de por vna cosa. E maguer el concejo serà emplazado por carta del Rey.so pena de cien marauedis de la moneda nueua. Esta pena maguer assi vaya en la carta del Rey,no se entendera a mas de cien marauedis de la moneda nueua. E si muchos hombres fueron a quien tenga el fecho, e fueren emplazados,e no vinieren al plazo, cada vno dellos cae en la pena del emplazamiento E si alguno es emplazado, si este emplazado murio ante que pudiesse,e deuiesse yr a su plazo,e los herederos no fueron,ni embiaron al plazo personero,ni se embiaron escusar,no caen en la pena del emplazamiento, e deuen ser emplazados.

SVMMARIVM.

1 *SI cū ciuitate lis sit, & aliqui ciues citentur, licet contumaces sint, pœna solum vnius citationis cōmittitur.*

2 *Ciues ciuitatis, ciuitate litigāte,pro vno corpore accipiuntur.*

3 *Vniuersitas conuēta, expensas soluit duplicatas: & quomodo hoc accipiatur, declaratur numeris sequentibus.*

7 *Pœna citationis nō transit ad hæredes.*

8 *Per litis contestationem celebratur quasi contractus in iudicio.*

9 *Confessio vim cōtestationis habet.*

10 *Qui moram cōmisit, perinde habetur, ac si litem fuisset contestatus, & numeris sequentibus.*

Lex XXVI.

IN TEXTV, IBI: *En pena de vn emplazamiento.*

Scholium I.

1 PRobat hæc lex, si cū ciuitate lis sit, & aliqui ciues in ius vocētur,& iuditio nō adsint statuta die, committi pœnā vnius solæ citationis,quod si nō cum ciuitate,sed cum aliquibus ciuibus

ciuibus litigetur, omnesque in ius vocentur vnumquenque nõ comparentem reum pœnæ eſſe.
2 Primæ ſententiæ rationem reddit noſtra l. docẽs, ciues, ciuitatis ciuitate litigante, accipi pro vno corpore, quod antea monſtrauerat Florentinus in l. mortuo, ff. de fideiuſſ. in illis verbis: *Quia hæreditas perſonæ vice fungitur, ſicuti municipiũ, cura, & ſocietas:* quib' probatur loco vnius perſonæ reputari vniuerſitatem. Et ſic meritò in noſtra lege pœna vna cõmittitur, cum vna perſona ſit, cui cõcinnit pulcher text. in Authent. de ſanctiſs. Epiſcopis. §. ſi ſportularũ, verſ. ſi verò pro vna, in hæc verba: *Vnam, & ſolam perſonam pro omnibus ſportulas dare ſancimus:* quæ verba indicãt vniuerſitate, vel pluribus perſonis, ſimul litigantibus, non debere ſolui ſportulas litis, niſi pro vna perſona, ſed prædictis refragatur text. in l. final. §. vt autem omnifariam, C. de re milita. lib.
3 12. ibi: *Ita vt ſi vniuerſitas numeri, ſeu principiorũ monẽda ſit, duplicata quantitate, tantummodò ſportulas accipiant*: apertè ergo decidũt verba relata vniuerſitatem conuentam expẽſas ſoluere duplicatas. Rurſus refragatur noſtræ l. ſecunda pars, probans multis perſonis ſimul conuẽtis, quemlibet de perſe ſoluere pœnam, & ſportulas, quæ contraria eſt præfato textui in §. ſportularũ, qui pluribus perſonis ſimul litigãtibus vnius expẽſis contentus eſt: quã difficultatem ſentiens Ioan. de Platea in d. §. vt autem omnifariam, reſpõdit intelligi prædict. §. in caſu ſpeciali, in quo loquitur, in alijs firma regula manẽte, vniuerſitate ſcilicet conuẽta, vnicas ſportulas deberi, quaſi vna perſona repreſentata, vt ex dict. l. mortuo, deduximus, vt ſic defendamus noſtram legem in ſua prima parte. At quando plures perſonæ ſimul in locum iudicij euocãtur, omnes expenſas ſoluunt, vt ſic etiam defenſata maneat, & declarata ſecunda legis pars: nec obſtabit text. in d. §. ſportularum, quia loquitur ſpecialiter in perſonis Eccleſiaſticis, ex vna cauſa, vbi ius reddi tur accerſitis, ſoluunt enim expenſas litis pro vna perſona religionis fauore, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. Scio tamen legibus regijs nouioribus maiores ſportulas ſoluere municipium, vt videre eſt per integros titulos 8. & 9. libr. 2. Ordinam. regalis, & per titulos 15. & 16. nouæ Compilationis, & in Arãcello regio, de quo in tit. 27. lib. 4. Compila. ſportulas duplicatas ſoluit vniuerſitas, videndus eſt Gregorius Lopez in l. 46. tit. 18. part. 3.

IN TEXTV, IBI: *Si eſte emplazado muerto.*

Scholium II.

7 LEgis nostræ posterioris partis, probantis, citationem simplicem, neque pœnam in ea appositam non transire ad hæredes: ratio est, quia per solam citationem non fuit contestata lis, & pœnæ non transeunt ad hæredes, nisi lite cõtestata cum defuncto, §. non omnes, vers. pœnales, Instit. de perpet. & temp.
8 actionibus. Nam per litis contestationẽ quidam celebratur, quasi contractus in iudicio, ex quo hæredes obligantur, l. 3. §. idẽ scribit, ff. de peculio, iuncta l. ex contractibus, de act. & oblig.
9 Idẽq; erit quãdo litẽ non fuisset defunctus cõtestatus, sed in iudicio confessus fuisset, quasi cõfessio vim cõtestationis habeat, docuit Speculum titul. de accusatione, §. 1. vers. quod si latro, & in tit. de interrogat. actionibus, §. 1. vers. quod si is, sed si nec cõfessione, nec litis contestatione præcedentibus, defunctus quis fuisset hæres non obligatur ex l. nostra, iuxta textum in d. §. pœnales. Secundum verum eius intellectũ, iuncta l. si cui, §. qui
10 iniuriarum: si quis cautionibus, licet Accursius in d. vers. verbo, contestata, cõtrarium docuisset: quod tamen in contumace verũ est, & non habente causam iudicio nõ sistendi, quia cũ moram commiserit, perinde habetur ac si litẽ fuisset contestatus, vt actio
11 & pœna citationis ad hæredes transeat, iuxta text. in §. qui iniuriarium, & ideo cũ iudicio docuit nostra l. in ius vocato defuncto intra diẽ in quo debebat iudicio adesse pœnam citationis hæredes non adstringere: firmo manẽte casu antecedenti in
12 contumacia defuncti, quæ pro cõtestatione habetur, vt ex d. §. qui iniuriarũ deduximus. Tres itaq; casus in iure æquiparãtur, vt ex supra animaduersis patet, litis scilicet contestatio, confessio, & rursus mora in respõdendo, in quibus pœna hæredem sequitur. At cum in textu nostro nullus ex eis præcessisset pœnæ solutionem in hærede denegat: & hæc est vera huius legis interpretatio, & alia non indiget.

Textus vicesimusseptimus.

OTro si, si alguno gana carta del Rey de emplazamiento para otro, y el emplazado viene a seguir su plazo: y el q̃ lo fizo emplazar no viene, escusado en la Corte, q̃ peche el emplazador al emplazado las costas tan solamẽte de 4. dias de morada en casa del Rey, e no mas: e las costas de venida y de tornada, a bien vista del Alcalde, segũ es alongado el lugar, e las costas del libramiẽto, e del sellar de la carta del Rey, mas no cae en la pena de los cien mrs del

del emplazamiento. E ſi el aplazado no viene, pecharà las coſtas, e cae en la pena de los cien maravedis del emplazamiento: y emplazenlo por otros dos emplazamientos, que ſean tres emplazamientos por todos. E ſino viniere peche las coſtas de los otros dos plazos, e los cien maravedis: e à pedimiẽto de la parte el Alcalde juzgue, q̃ el demandador deve ſer aſſentado en los bienes del emplazado, e mãdelo aſſentar por mengua de reſpueſta. E ſi viene el aplazado, e ſe va ſin mandado del Alcalde ante del pleyto conteſtado, mandarà el Alcalde aſſentar en ſus bienes: e deſpues ſi la parte lo pidiere, emplazarlo han, q̃ venga a ſeguir ſu pleyto.

SVMMARIVM.

1 *Per modum multæ punitur contumax.*

2 *Ex edicto prætoris non ſolum contumax ſed etiam actor punitur.*

3 *Inditum ſeu l. ſuſceptum, etiam in mutuum, reddatur.*

4 *Mora non purgatur, niſi per refectionem expenſarum*

5 *Si expenſæ liquidæ non ſint pro eis, ſatiſdatur.*

6 *In taxatione expenſarum, an requiratur partis citatio, diſputatur.*

7 *Innumeri ſunt citandi modi, & numeris ſequentibus.*

10 *Iudex delegatus nõ citat per edicta.*

11 *Citatio, quæ per ſcripturam ſit, inducit notorietatem.*

12 *Miſſio in poſſeſſionem locum nõ habet, niſi partis petitio præcedat.*

13 *Rei contumatia accuſari debet ad hoc vt dicatur contumax.*

14 *Libello non eſt opus admiſsionem in poſſeſsionem.*

15 *multis remedijs conſultum fuit actori adverſus reũ contumacem.*

16 *Vnius remedij electio aliud non tollit.*

17 *Remedium miſsionis in poſſeſsionem lex noſtra elegit.*

18 *Primum, & ſecundum decretũ, quid ſit.*

19 *Vt deveniatur ad poſſeſsionẽ reus citandus eſt.*

20 *Peremptoria citatio multis modis accipitur.*

21 *Tres citationes peremptorio comparantur.*

22 *Tres citationes ius ordinamẽti deſiderat.*

23 *Ius Recopilationis vnicam citationem requirit.*

24 *Hæc vnica citatio perſonalis eſſe debet, & num. ſequentibus*

29 *De debito conſtare debet, ad hoc, vt miſsio locum habeat.*

30 *In poſſeſsione ex primo decreto an requiratur cauſæ cognitio, diſputatur & num. ſequenti.*

32 *Diverſitas eſt inter actionem realem, & perſonalem.*

33 *Forma miſsionis in poſſeſsionem, ex 1. & 2. decreto adſcribitur.*

34 *Poſſeſsio ex primo decreto revocatur præſentia rei expenſas reficientis.*

35 *Intra quod tempus prædictum remedium reo competat, declaratur, & num. sequentibus.*

38 *Effectus missionis ex secundo decreto declaratur.*

39 *In actione reali non est necessaria missio in possessionem ex secundo decreto: & quid in personali, & num. sequenti.*

41 *Diuersitas magna est inter primum, & secundum decretum, & numeris sequentibus.*

44 *Missus in possessionem ex primo decreto possessor, detentor, vel custos sit, disseritur, & numeris sequentibus.*

52 *Quatuor sunt modi contumatiæ.*

53 *Magna contumatia est præsentis, qui ante litem contestatam iudicium deserit.*

54 *Magis delinquit qui recessit, quã qui non accessit.*

55 *Contumax, qui sine iudicis licentia discessit, omni auxilio destitutus est.*

56 *Interpretatur text. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex.*

57 *Ratio diuersitatis inter personalẽ, & realem constituitur.*

58 *Interpretatur text. in l. Fulcinius. §. fin. ff. quibus ex causis in poss. eatur.*

59 *Vera contumatia est, quando citatus respõdit, se nolle venire.*

60 *Prædictam contumatiam, & illam, quæ resultat ex desertione iudicij æquiparauit Bald. & numer. sequenti.*

Lex XXVII.

IN TEXTV, IBI: *Que peche el emplazador al emplazado las costas.*

Scholium primum.

1 Contra contumacem enim remedium est per modum multæ (quę à pœna generico nomine differt, cum multa animaduersionem tantum pecuniariam respiciat) l. multarum, C. de modo multarum, l. 1. ff. si quis ius dicendi nõ obtemperauerit, in princ. c. 1. de matrimonio cõtra interdict. Ecclesiæ cõtracto, l. 2. C. de sportu-
2 lis: alijsque quoq; pœnis punitur contumax, ex edicto prætoris, vt cõstat ex l. 1. §. fin. ff. si quis iudicent. non obtemperauerit: quo edicto non solum coercetur reus contumax, sed etiam actor, vt ex nostra lege adnotatur, & ante eam ab Vlpiano in d. l. 1 ibi: *Non solum autem reum, qui non obtemperauerit hoc edicto teneri, Labeo ait, verumetiam petitorem.*
3 Nam licet nemo inuitus agere, vel accusare compellatur, vulgaris l. vnica, C. vt nemo inuitus, sed si semel iudicium suscipiat, etiam in inuitũ redditur, l. consentaneũ, C. quomodo, & quando iudex, Authen. qui semel, C. eodem.

4 eodem. Regulariter verò mora non aliter purgatur, niſi per refectionem expenſarum, l. ſancimus, C. de iudicijs, Authen. qui ſemel, C. quomodo & quando iudex, l. ædita. C. de ædendo: expenſæq, liquidæ ſtatim ſoluuntur, vel hæ quæ à lege expreſſæ ſunt, vt noſtra exprimit. Si autẽ
5 liquidæ non ſint, debet pro eis ſatiſdari, l. ſtatu liber. ff. de ſtatu liberis, l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſci, dict. l. ſancimus, C. de iudicijs, & Baldus docet in d.
6 Authent. qui ſemel, numer. 18. Animaduertendumque eſt, in hac taxatione expenſarum non requiri alterius partis citationẽ, ſecundum Innocent. in cap. vlt. quod metus cauſa, Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iudex, & in l. terminato, C. de fruct. & litium expenſ. & in l. ſancimus, 10. quæſt. C. de iuditijs. Licet aliter in praxi obſeruari doceat Tiraquel. in tractat. res inter alios acta, 17. limitatione.

IN TEXTV, IBI: *Del ſellar de la carta del Rey.*

Scholium II.

7 INter innumeros modos in ius vocãdi præcipuus eſt, qui deducitur ex noſtra lege, videlicet, per literas regias. Vox enim nuntij ſine literis euaneſcit cito: itaque non tuta dicitur per nuntium citatio, vt adnotauit Bald.
8 vbi ſupra. Per epiſtolam quoque quis in ius vocatur, creditur enim ei, argumẽto text in l. eum qui, §. ſi epiſtola, ff. de furtis, docet Baldus in l. 2. C. de annali
9 exceptione, num. 15. Eademque ratione citatio per ædicta procedit, quæ affiguntur in albo prætoris, vel in foribus domus, cõmunitatis, ciuitatis: & ſi iudex Eccleſiaſticus eſſet in foribus Eccleſiæ cathedralis, vt in cap. cauſam, de electione, in Clementi-
10 nis, quæ citatio in iudice ordinario accipienda eſt: delegatus enim non citat per ædicta, iuxta l. ſancimus, in fin. ff. de iudicijs, ſicut nec arbitris ædictum conceſſum eſt, niſi haberẽt ſpeciale mandatum, & tunc authoritate mandantis, & non propria hoc eueniet, vel niſi conſuetudo permittat, vel aliter citatio nõ poſſit explicari, vt docuit Bald. in l. 2. C. quomodo & quãdo iudex, num. 3. Bart. in tractatu ad reprimendum, verſiculo, per ædictũ,
11 in principio. Hæc autẽ citatio, quæ per ſcripturam fit, inducit notorietatem: & ideo lex noſtra eam ſolemnem putat: & hoc eſt, quod pro Roſtris dicitur in l. 2. ff. de origine iur. docet Bald. in l. conſentaneum, C. quomodo & quando iudex, nu. 2. Et quãdo

in ius vocatur persona illustris, debere citari per scripturam, docet Ioannes de Platea in l. penul. C. de dignita. lib. 12. quem refert Gregorius in l. 7. titul. 7. part. 3. Schol. 1. Et alios citationis modos Bald. recenset in l. 2. C. de annali exceptione, num. 15.

IN TEXTV, IBI: *A pedimiento de la parte.*

Scholium III.

12 LEX Nostra hic præmittit, missionē in possessionem, de qua mox tractatura erat, tunc locum habere quādo partis petitio præcesserit: non enim natura actionis expetitur, docet Bart. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto, num. 15. & ante eum Accursius in l. sancimus, versic. contumatia, C. ad Trebel. Alexand.
13 in d. §. Iulianus, nu. 11. Debetq. actor accusare cōtumaciam rei, alioqui contumax non erit, argumento text. in l. properandū, §. & liquidem, C. de iudicijs: & asserit Barto. in dict. §. Iulianus,
14 num. 9. Non tamen hoc casu libello opus erit, vt nonnullis placuit: sufficit enim qualisqualis petitio in actis redacta, qua actor petat se mitti in possessionem, vt multorum authoritate docet Alexan. in d. §. Iulianus, nu. 36. Et ex nostra lege satis probatur, cui conuenit l. 1. tit. 11. libro. 4. Compilationis.

IN TEXTV, IBI: *El demandador deue ser assentado en los bienes del emplazado.*

Scholium IIII.

15 MVLTIS remedijs cōsultū fuit actori aduersus reum contumacē: capturæ enim personæ rei, vel procedēdi in causa vsq. ad diffinitiuam, vel missionis in possessionem remedia petitori competūt, & in electione eius est vti quo maluerit, l. consentaneum, C. quomodo & quando iudex, & ibi Bart. num. 18. cui conuenit l. 2. tit. 11 lib. 4. Compilationis:
16 nec vnius electio aliud tollit, l. 1. §. quid ergo, ff. de ventre inspiciendo: & expresse deciditur in l. 3. tit. 11. lib. 4. Compilationis, vbi actori permittitur in quacunque litis parte discedere ab vno remedio, aliudq. amplecti, etiam contra minorem si contumax est. De his tamen tribus re-
17 medijs, missionis tātum in possessionem, remedium lex nostra elegit: quæ missio dicitur ex primo, & secundo decreto, iuxta text. in d. l. consentaneum, & in cap. 1.

cap. 1. de dolo, & contumatia, &
in toto titulo, de eo qui mittitur
in poſſeſsionem, & in toto tit. 8.
part. 3. & in l. 2. tit. 4. lib. 2. Fori,
& in l. vnica, tit. 9. lib. 3. Ordina-
menti, & in tit. 11. lib. 4. Compi-
18 lationis. Hocque decretum pri-
mum, & ſecundum, nihil aliud
eſt niſi primus, & ſecundus iuſ-
ſus iudicis, per quem actor mit-
titur in poſſeſsionem bonorum
rei contumacis, vt probatur ex
l. cum proponas, C. de bonis au-
thoritate iudic. poſsid. & ex l. ſi
finita, §. Iulianus, ff. de damno
infecto, & docet Speculum in ti-
tulis de primo, & ſecũdo decre-
19 to: & vt deueniatur ad prædictã
poſſeſsionem, reus citandus eſt,
vt adnotauit gl. in d. §. Iulianus,
quæ requirit peremptoriam ci-
tationem: & hanc communem
opinionem teſtatur Alexander
20 ibidem nu. 8. Peremptoria autẽ
citatio multifariam accipitur,
& quanuis propriè dicatur, quã-
do verbum peremprotiè appo-
nitur in ipſa citatione, iuxta vul
garem textũ in l. ad perempto-
21 rium, ff. de iudicijs: ſed ei com-
parari tres citationes licet de pe
remptorio non ſit dictum, ex l.
tres denuntiationes, C. quomo-
do, & quando iud. omnes Scri-
bentes elliciunt, & alios quoque
in ius vocandi modos, qui pe-
remptoriæ citationi æquipolẽt,
congeſsit Didacus Perez in d. l.
22 vnica Ordinamen. Schol. 1. Præ-
dictaſque tres citationes in no-
ſtro Regno, deſiderat text. in d.
l. 1. titul. 9. libr. 3. Ordinamenti
23 Iure tamen recentiori ad primũ
decretum neceſſaria nõ eſt præ-
dicta peremptoria citatio, cum
vnica, & ſimplex ſine mentione
peremptorij ſufficiat, iuxta l. 1.
tit. 11. libr. 4. Compil. quanuis
Didacus Perez in d. l. 1. queſt. 10.
ad fin. verſ. nec prætereundum:
in regijs auditorijs ſupremis ſo-
lum obſeruandam prædictã le-
gem affirmet, ſed eius tempore
nõ erat compilata prędicta lex:
hodie tamen, & in inferioribus
tribunalibus obſeruanda erit ex
prohemio Compilationis, & mi
norem difficultatẽ hæc ſenten-
tia habet ex ipſamet l. 1. titul. 11.
24 lib. 4. vbi hęc vnica citatio perſo
nalis eſſe debet, itaque omnis
fraus ceſſat, illaque ſcribentium
25 diſputatio, an in perſonam, vel
in domum rei citatio facienda
eſſet, & ſi reus inueniri poſſet ad
domũ non ſufficere aſſerit gloſ.
in cap. cauſamque, verb. domũ,
de dolo & contumatia, text. ta-
men in l. ſcire oportet, §. qui au-
tem, ff. de excuſationibus tuto-
rum, in illis verbis: *Vel in faciem, vel ad domum*: innuere videtur
prædicto requiſito reũ quæren-
di non eſſe opus, cum in alterna
tiuis alterum adimplere ſatis ſit
regula in alternatiuis, lib. 6. quã
difficultatem ſentiẽs Tiraquel.
de vtroque retractu, titul. 1. §. 9.
Schol.

Schol.2.numer.43. & 44. asserit alternatiuam illius legis potius esse ordinis, quàm electionis: ita quẽ opinionem glossæ prædictę veram esse, vt prius scilicet personæ (si fieri possit) mox domus
26 citatio succedat testatur: aliter tamẽ interpretatur Gregor Lopez in l.1.titul.8.part.3.glossa.3. vbi ait, citationem in domum sufficere in missione in possessionem ex primo decreto, cum modici præiudicij sit: in secundi verò decreti possessione glossæ sententiam admittendam.
27 Sed iure nostro regio nouissimo, præfata Doctorũ controuersia ad rem non pertinet, cum dicta citatio personalis ex dicta l. Compilationis, requiratur ad prædictam missionem, secundũ quem debet intelligi textus noster, quamuis Didacus Perez in dicto num. 9 lib.3. Ordinamẽti, quæst.12. etiã hodie ad missionem in possessionẽ sufficere citationem ad domum, lege regia reclamante contendat.
28 Rursusque, quamuis in nostro textu desiderẽtur illæ tres citationes, & denuntiationes, quarum supra meminimus, accipiẽdus est, secundum dict. l.1. tit.11.
29 libr.4. Compilationis, vt vnica scilicet citatio sufficiat. Vlteriusque, & aliud requisitum desideratur ab Scribentibus, antequam prędicta missio fiat, nempè, vt de debito constat, saltem semiplene, vel loco eius actor iuramentum de calumnia pręstet, iuxta glossam in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, vers. summarim, vt lite non contestata, & glossa in l. cum proponas, C. de bonis authoritate iud. possiden. quod requisitum verũ ipse Didacus Perez testatur, vbi supra, quæst.15. in missione in posses-
30 sionem ex secundo decreto. Ex primo tamen, cum ex eo nõ dicatur quis possessor, nullam causæ cognitionem prædictus author, neque iuramentum necessarium esse firmat, in quo allucinatus est, & eius opinioni refragatur text. in l.2. titul.8. part.3.
31 Vbi prædicta cognitio, vel saltim iuramentũ desideratur, approbauitq; in hoc prædicta lex partim Azonis opinionem, in summa, C. de bonis authoritate iudic. possidend. & est inspiciendus ibi Gregor. Lopez, Schol.11.
32 Præcedẽtibus ergo supradictis, iudex actorem ob rei contumaciam in possessionem bonorum eius mittet, si actione, scilicet, reali actum sit: si tamen actione personali agat actor, in possessionem bonorum rei debitoris mittetur, secundum debiti quãtitatem, iuxta text. in Authent. ei qui, C. de bonis authoritate iud. possid. cui conuenit l.2. tit. 8. part. 3. quæ pariter lex corrigit l.1. ff. quib. ex caus. in possessionem eatur, vbi agens personali

ſonaliu poſſeſsionem omnium
bonorum debitoris mittebatur.
33 Forma ergo miſsionis in poſ-
ſeſsionem ex primo,& ſecundo
decreto ad noſtræ legis intelle-
ctum,hæc erit. In bonis mobili-
bus, ſi extent:& eis deficientib*,
in immobilibus:& in eorum de
fectu, in iuribus, & actionibus:
argumento textus in l. à Diuo
Pio,§. in venditione,ff. de re iu-
dicata: quæ forma præſcribitur
à textu in d. cap. quoniam fre-
quenter, §. in alijs, vt lite non
conteſtata,vbi gloſſa verbo,im-
mobilium, cui concinnit dict.l.
partitæ, 2.tit.8.part.3. & ibi Gre
34 gorius Schol.9.Hæcque in poſ-
ſeſsionem miſsio ex primo de-
creto reuocari poterit,ſi reus ad
iudicium veniens, expenſas refi
ciat,cum aliter contumatia non
purgetur,vt primo Scholio ad-
notauimus, ſatiſdetq, iudicio ſi
ſti, quo caſu poſſeſsioné adeptá
recuperat ſimul cum fructibus,
iuxta textum in dict. cap. quo-
niam frequenter, §. in alijs, cui
conueniens eſt l. 6. tit. 8. partis.
& ibi Gregorius gloſſa 2.& 3. &
hoc remedium reo cõpetit in-
35 tra annum à die quo miſſus fuit
actor in poſſeſsionem connume
randum, iuxta textum in cap. 1.
de eo qui mittitur in poſſ.& in
cap. contingit, de dolo, & contu
matia,quibus ſimilis eſt præd.l.
part.6.& hoc in actione reali, in
perſonali verò intra quatuor mé
36 ſes, iuxta prædicta iura.Iure ta-
mẽ regio nouiſsimo, ſolus vnus
menſis reo datur, quando actor
fuit miſſus in poſſeſsionem, ex
actione perſonali: ſi tamẽ actio-
ne reali duorum menſium ſpa-
tium ei conceditur à l.1.tit.11.
libr.4. Compilationis. Si igitur
intra annum, vel quatuor men-
ſes iure communi,& regio par-
titarum,vel intra vnum,& alte-
rum menſem, iuxta diſtinctio-
nem dict.l.Compilationis, reus
iudicio non ſuperſit,expenſasq,
refecerit, & ſatiſdationem præ-
ſtiterit, tunc iudex partis peti-
tione præcedente, procedet ad
37 ſecundum decretum. Et quãuis
de iure communi, & regio par-
titæ,reus ad hanc ex ſecundo de
creto poſſeſsioné, citari iterum
debeat, iuxta Accurſij opinio-
nem in d.l.finita,§.ſi plures, ver
bo,prius,& Gregorius Lopez in
d.l.6. in princip. De iure tamen
regio recentiori, hæc ſecunda
citatio nullatenus deſideratur,
vt colligitur ex ſerie text. in d.
l.1.tit.11.lib.4. Compilationis.
38 Effectusq, huius ſecundæ miſ-
ſionis,ex ſecundo decreto eſt, vt
efficiatur actor verus poſſeſſor,
& ſuos fructus faciat, & longo
tempore præſcribat,vt videre li
cet per textum in l. prætoris, ff.
de damno infecto, & allegatas
leges,ſi finita, §. Iulianus, & d.l.
6.partitæ, & d.l.1. Compilatio-
39 nis. Animaduertoq, in actione
reali

reali non esse necessariam hanc missionem in possessioné, ex 2. decreto: nam post lapsum dici quis verus possessor efficitur, singularis glossa in d. §. Iulianus, & d.l. partitæ: in actione verò personali, secundum prædictã glossæ opinioné, opus erat dicta secunda missione: & confirmatur ex eo, quia addicere bona prætor tūc dicebat, cum aut secundo decreto bonorum possessionem largiebatur, hoc est, possidere iubebat, aut cum eius bona qui iudicatum facere non poterat petitori tribuebat, vt habetur in Verrina 3. ibi: *Domus erat plena, noua iura, noua decreta, noua iudicia petebantur mihi det possessionem, mihi ne adimat, in me iudicium ne det, mihi bona addicat*, vt optimè interpretatur Hotomanus, de verbis iuris, verbo, addicere.

40 Hodie verò ex d.l. 1. tit. 11. lib. 4. Compilationis, in actione reali, personalivè prædictum secundum decretum non est necessarium: nam sine eius interpositione pro interposito à lege habetur, elapsoque die ab ea præfixo, petitor efficitur verus possessor, quod antea prouisum fuit ad l. partitæ 4. tit. 8. part. 3.

41 Diuersitas tamen inter primū & secundum decretum magna est: ex illo enim missus in possessionem, siue actione reali, siue personali, nō facit fructus suos, cum hæc missio detentationis, & non possessionis loco habeatur: fructus tamen ratione veræ possessionis acquiruntur, iuxta vulgarem textum in §. si quis à non domino, de rerum diuisio. Itaque si reus expensas soluerit, & cautionem præstiterit, debet actor restituere ei rem detẽtam cum fructibus: & si actione personali reum conuenisset, computat fructus in sortem, iuxta glossam receptã in d. cap. quoniam frequenter, §. in aliis, verbo, affectus, cui suffragatur l. fin. tit. 8.

42 part. 3. Missus tamen in possessionem ex secundo decreto, verus possessor, & dominus efficitur, facitq; fructus suos, vt agnouit glossa in d. §. Iulianus, quam ibi Barto. & communiter Scribentes sequuntur, & in d. §. Iulianus, satis probatur, dum ait, missum in possessionem ex primo decreto non effici dominū: secundo tamen decreto à iudice statuto dominiū nancisci, quod tamen sic accipiendum est, non vt statim dominus efficiatur, sed capax & habilis ad dominium consequendum lapsu temporis à iure præfixi, prætextu scilicet prædictę verę possessionis: cuius

43 vi reus efficitur actor, iuxta textum in §. commodum, Instit. de interdict. Neq; super dicta possessione missus ex secundo decreto adstringitur respondere, sed tantum super proprietate, iuxta

iuxta textum in d. §. 1. alijs, vbi Abb. nu. 4. & expreſsè deciſum extat in d. l. 1. tit. 11. lib. 4. Compilationis.

IN TEXTV, IBI: *Y mandelo aſſentar por mengua de reſpueſta.*

Scholium V.

44 LOQVITVR ergo noſtra lex de miſsione in poſſeſsionem ex primo decreto, cauſa cōtumatię in non reſpondendo, quæ verba nō fruſtra ſcripta ſunt: ad cuius intellectum animaduertere debemus, controuerſum fuiſſe inter iuris interpretes, an actor miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto eſſet poſſeſſor, detentator, vel cuſtos: miſſumque ex
45 primo decreto in actione reali poſſeſſorem effici, probari videtur in l. ſi quis emptionis, §. ſed & ſi quis, C. de præſcriptio. 30. vel 40. annorum, & ibi Accurſius verbo, poſſeſſor, docens, habentem primum præceptum, & decretum iudicis poſſeſſorē effici, allegatq; Martinum, Ioannem, & Azonem, Doctores veteres, tenētes, miſſum ex primo iuſſu in actione in rem, ſtatim poſsidere ciuiliter, & criminaliter, iuxta l. conſentaneum, C.
46 quomodo & quando iudex, & l. à quo, ff. de damno infecto: contrarium tamē placuiſſe Vulgaro priſco ſcribēti, Accurſius docet eodem Scholio, aſſirmans, niſi poſt ſecundum decretum, etiam in actione in rem actorē non poſsidere, vel ſaltem intra annum, iuxta d. l. cōſentaneum, quaſi loco ſecundi decreti ſit lapſus anni: & Martini, Ioann. & Azonis opinionē ſequitur Bar. in d. §. Iulianus, l. ſi finita, de dāno infecto, num. 4. & Alexan. in l. 3. §. gener. ff. de acquiren. poſſ. num 11. Vulgari tamen ſententia probari videtur ex textu in cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſsionem, ibi, *Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto in actione in rē eius ſeruandæ cauſa miſſus cenſetur: at miſſus cauſa rei ſeruandæ non poſ-*
47 *ſidet, ſed tantum detinet*, l. ſi duo, §. creditores, ff. vti poſsidetis, & expreſse prædictæ Vulgari opinioni ſuffragatur textus in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, vt lite non conteſtata, vbi ait, Summus Pontifex miſſum in poſſeſsionem actione reali intra annum poſſeſſorem non effici, ſed poſt annum incipere poſsidere: itaque nō poſſeſſorem, ſed detentorem eſſe prædictū miſſum ex primo præcepto in actione in rem, aſſerit Bologninus in d. §. Iulianus, nu. 181. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 112. Didacus Perez in dict. l. 1. tit. 9. lib. 3.

lib.3.Ordinamēti, Schol.2. docens, Iuris ciuilis scriptorum o-
48 pinionē esse, vt missus ex actione in rem primo iussu possessor constituatur, Pontificij tamen oppositam esse; quam ipse amplectitur: quæ iure regio haud dubia est ex lege 2. tit.8.part.3. vbi Gregorius Scholio quarto, & probatur in l.10. tit. 3. eadem part. vbi missus ex primo decreto, non fit possessor, quanuis actionem in rem habuisset, sed
49 tantum detentor. In actione verò personali, cōmunis consensus veterum, & recentiorū fuit, possessionē ex primo decreto non adipisci, iuxta l.3. §.fin.ff.de acquir.possessione, & l. cū ex causa, ff. ex quibus causis in possessionem eatur: asseritque Accurs. in d.l.si quis emptionis, §.sed & si quis, vers.possessor, de præscri. 30. quinimo, nec detentorē esse prædictū actionis personalis actorem, sed tantum custodem, docet glossa in dict.cap. quoniā frequenter, §.in alijs, vt lite non contestata, verbo, affectus, vbi Abbas num. 24. & Menochius vbi supra num.168. Effectusque
50 huius cōtrouersiæ est, nam missus etiam ex actione in rem, cū possessor non sit, non acquirit fructus, vt scholio anteriori mōstrauimus, & videre licet ex glo. fin.l. cum contingat, de dolo & contumacia, quam sequitur ibi Abb.num.16. quæ omnia tunc effectū sortiuntur, quando reus contumax fuisset in nō respondendo, vt aperte constat ex decisione text.in d.l.si quis emptionis, §. sed & si quis, in illis verbis: *Ad litem vocatus minime responderit:* cuius verba transcripta sunt à l.2.& vltima, tit.8.part.3. & in nostra lege in hoc scholio.
51 Absentis enim cōtumacia, minor cōtumacia est, iuxta doctrinam Baldi in l.1.& 2.C.quomodo & quādo iudex: & ideo quāuis iuxta superius adnotata, actor possit in possessionem bonorū rei mitti ex primo decreto, non tamen operatur fructus perceptionem, nec eum prædicta missio possessorem, sed detētorem efficit, quod iuridicè sensit lex nostra, dum actorem constituit in possessione ex prædicta absentiæ contumacia, vt sit sensus, non idem esse, si alia contumacia maiori reus conuictus esset, vt statim subijcit.

IN TEXTV, IBI: *Y se va sin mandado del Alcalde, ante del pleyto contestado.*

Scholium VI.

IVRI Admodum cōsentanea hæc verba sunt, ad cuius intellectū debemus præmittere omnia in

in ſchol.ſuperiori contéta.Rur-
ſusq, vltra ea adnotandum eſt,
quatuor eſſe modos cõtumatiæ.
Primus, ſi perẽptorie in ius vo-
cat' in iudicio nõ ſuperſit,iuxta
tex.in l.ſi in contumatia,ff.de re
iud. Secũdus, ſi doloſe reus abſ-
cõditus ſit ne citari poſsit. Ter-
tius,ſi citationé impediat.Quar
t',quãdo iniudiciũ acceſsit,&re-
ſpõdere recuſauit, vel ſine iudi-
cis permiſſu receſsit:qui caſus cõ
gerũtur in c.fi.§.porro,vt lit.nõ
coteſt.vbi Panorm. & in c.de il-
53 licita, 24. q. 3 & in l.1.tit.8. p.3.
ybi Greg.ſchol.3.Inter quas cõ-
tumatias maioris conſideratio-
nis eſt præſentis, qui ante litem
conteſtatã iudiciũ deſerit. Dici-
tur enim contumatia hæc in iu-
dicis facie:præſentia enim,& au
thoritas eius auget mandatũ, vt
docuit Bald. in l.1. C. quom. &
quand.iu.n.10. & in l.2.cod. tit.
54 nu.2. Nam quãdo quis acceſsit,
& cõtumax diſceſsit,plus delin-
quit,quàm qui nõ acceſsit,iuxta
text. in c.1.de dol. & cõtum.lib.
6.& idem Bald. tractat in l.1. C.
quor.appel.nõ recip. n.4. Bart.in
in d.§.Iulianus,nu.11. Innoc. in
c.calũniã,de pœnis,& Alex.in d.
§.Iulianus,n.25. Quibus breui-
ter præmiſsis facilis deſcẽſus eſt
ad noſtræ l.intellectũ, vult enim
prædictũ contumacẽ,qui ſine iu
dicis licentia diſceſsit omni au-
xilio deſtitutũ eſſe:itaq, hoc ca-
ſu actorẽ miſſum in poſſeſsionẽ,
ex primo decreto ex actione in
55 rem, verũ poſſeſſorẽ eſſe, fructus
què ſuos facere, etiã intra annũ,
inquo ſubtilis eſt l.noſtra,& ſimi
lis Cæſareæ deciſioni, in l. con-
ſentaneũ,C.quom. & quan.iud.
quæ ſic accipitur à comuni opi-
nione,vt cernere eſt p Menoch.
de recup.rem.3.num.217. Nam
quamuis illa lex duos pariatur
intellectus. Alij enim in actione
reali:alij in perſonali.alij poſt li-
tem conteſtatã: alij ante litis cõ-
56 teſtationem accipiũt: in actione
verò in rem, & ante,& poſt litis
conteſtationẽ, ſi quaſi coteſtata
lis ſit,intelligendam eſſe adno-
tarunt Bart. ibi, & Bald.in p.in.
& idem Accurſ. in authent. qui
ſemel,cod.tit. verb. cognitis, &
verb. trãsferre. Et ratio diuerſi-
57 tatis eſt,quia in perſonali conſti-
tuitur pignus, quod ſatis eſt, actori
ſecus in reali cũ in re propria nõ
cadat pignus,& ideo l.tribuit ve
rã poſſeſsionẽ, & quia reales a-
ctiones afficiũt rẽ,perſonales ne-
quaquã,quã diuerſitatis rationẽ
tradit idẽ Bal.in d.l.cõſentaneũ,
58 n.31.Et ex his infertur intellect'
ad l.Fulcinius,in §.fi.ff. quib.ex
cau. in poſſ. eat. vbi propter ni-
miã cõtumatiã decernit prætor,
vt ex primo decreto miſſus,fru-
ctus lucretur. Nimia autem cõ-
tumatia,duobus modis accipiẽ-
da eſt: altera eſt ſecundum no-
ſtram legem, quãdo ſine iudicis
permiſsione reus diſceſsit, vt in
principio huius ſcholij oſtendi:

K alia

alia dicitur, quando scilicet reus
conuentus dixit, se nolle adesse:
hunc enim esse verum contuma
59 cem docuit Accursius in d.l.cõ-
sentaneum, verbo, contumatia,
& Baldus ibidem num. 14. Itaq;
peremptoriè citatum dici, quã-
uis tres citationes aliàs require-
rentur, illum, qui primæ respon
dit præsentiam sui facere nolle,
testatur Accursius in l. fin. C. de
restit. in integ. & Bart. in d. §. Iu
lianus, n. 8. & iterum Accursius
in d.l. consentaneũ, verbo, con-
tumatia, Alex. in l. contumatia,
nu. 1. ff. de re iudic. Et prædictas
60 duas contumatias, illam, quæ ex
desertione iudicij, hãc quæ ex in
ciuili respõsione, iudicisq; con-
temptu resultãt, cõparauit, Bald.
in d.l. 1. C. quor. appel. nõ recip.
in versic. fin. In his ergo duobus
articulis est accipienda prædicta
l. Fulcinius, & nimia cõtumatia,
cuius ibi Consultus mẽtionem
61 facit: itaq; & hoc casu posterio-
ri, nempe, quãdo citatus dixit,
se negligere iudicis aditũ: fruct⁹
suos facere, & verã possessionẽ
nancisci, missum, ex primo de-
creto ex actione in rẽ ante anni
lapsum, firmat Menoch. d. rem.
3. nu. 186. in odium scilicet con-
temnentis iudicio superesse.

Textus vicesimusoctauus.

Otrosi, si es alguno ẽplazado para casa del Rey, e viene, e parece ante la casa del Rey, e se va de la Corte sin mãdado, si el pleito no es comẽçado por demãda y por respuesta, y fuere pregonado, e no parece el ni su personero, entõce mãdarà el Alcalde assentar por demanda, e por respuesta, segũ dicho es de suso. Mas sino viniere al primero plazo q̃ fuere emplazado, entreguẽ al demandador en las costas, y emplazenlo por otros dos plazos antes q̃ asiente en sus bienes. Mas si el pleyto es començado por demãda e por respuesta, e se va de casa del Rey sin mandado, entonce deue ser emplazado a q̃ venga ayr por el pleyto adelante, o a oyr sentencia si menester fuere. E si el demãdado viniere a deshazer el assentamiento al tiempo q̃ el fuero mãda, primero pagarà las costas de aquellos dias que no vino a respõder, e las costas que se hizieron en fazer el assentamiento, o en otra manera, por razon de su rebeldia.

SVMMARIVM.

1 *Antequã deueniatur ad missionem in possessionem ex 1. & 2. decreto ter reus citandus est.*

2 *Si verbum perẽptorie in citatione adijciatur, vnica citatio sufficit.*

3 *Iudicis admonitio comparatur trinæ citationi.*

4 *Tabelionis, vel nũtij citatio coram iudice perẽptoriæ citationis vice fungitur, & num. sequentibus.*

7 *Iudicis protestatio in prima citatione de procedendo in causa, siue alia peremptorij loco succedit cũ quadam tamen distinctione.*

8 *Vnica citatio sufficit, quando reus neglexit iudicis aditum.*

9 Citatio

9 *Citatio, quæ tribus cõparatur, breuiloca appellatur.*
10 *Quilibet iudex ordinarius, & delegatus potest peremptoriè citare.*
11 *Peremptoria citatio fieri non debet, nisi causa necessaria suadente, & quæ causæ hæ sint, num. sequent. explicantur.*
13 *Post edictum peremptorium, & alia citatione opus est, & num. sequentibus.*
16 *Verbum citare, apud Cæsares, & Pontifices, idem est ac in ius vocare.*
17 *Citatio apud Iureconsultos, significat publicam præconis acclamationem.*
18 *Interpretatur Marceli responsum, in l. Diuus, ff. de restit. in integr. & num. sequenti.*
20 *Lapsi sunt qui aiunt differre citationem à vocatione in ius.*
21 *Distinguẽdum est inter citationẽ, & in ius vocationem ad intellectum textus in l. 1. & 4. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus.*
22 *Interpretatur, l. 12. tabul. quæ in ius vocato, si morbo impeditus ambulare nequiret, vehi præcipiebat*
23 *Mulieris in ius vocatæ, corpus nõ attingebatur, neq; inuita ab aduersario ducebatur.*
24 *Indecorum erat parentem à filio inuitũ ad tribunal duci, & hinc fluxit, vt filius patrẽ sine iussu iudicis citare non posset, ad intellectum l. 4. de in ius vocando.*
25 *Qui satisdabat inuitus non rapiebatur.*
26 *Intelligitur textus in l qui ne q; ff. de verbor. signif.*
27 *Absens in ius non vocabatur, quia duci nequibat.*
28 *Citare, & in ius vocare verbo, promiscue, veteres vtuntur, & num. sequenti.*
29 *In nostro Regno trina citatio, nec perẽptorium nõ desideratur, vnica enim & simplex citatio sufficit ad missionem in possessionem.*
30 *Remediũ de procedendo in causa vsq; ad diffinitiuam competit, quando reus fuit contumax post litis contestationem, & nu. seq.*
32 *Ante litem contestatam nõ potest diffinitiua sententia proferri.*
33 *Prædictũ remedium reciprocum est, competitq; tam actori, quàm reo, cum diuersitate tamen.*
34 *Intelligitur text. in §. Iulianus, & in Authent. si omnes.*
35 *Iure regio remedio procedendi in causa vsq; ad diffinitiuam, sine vlla litis cõtestatione actor vti poterit, & de differentia actoris, & rei, num. sequenti.*
37 *Maior est contumatia actoris, quàm rei, & num. sequenti.*
39 *Reus discedendo à iudicio, cautè agit, actor tamen contra id quod facere debet.*
40 *Interpretatur vulgaris regula, quæ potius reo quàm actori fauet, & num. sequenti.*
42 *Lex Regni, quæ actorem, & reũ æquales facit æquitati magis, quã mero iuri innititur.*

Lex XXVIII.

IN TEXTU, IBI:
Y emplazenlo por otros dos plazos, antes que asiente en sus bienes.

Scholium I.

1 ANtequam deueniatur ad missionem in possessioné, ex primo, & secundo decreto, reum ter in ius vocandum, sancit lex nostra, sumpta ex l. tres denuntiationes, & ex l. consentaneum, C. quomodo & quando iudex, nisi reus peréptorie in ius vocetur, quo casu vnica citatio sufficit, vt prædicta iura agnoscunt, in illis verbis: *Ternis literis, vel vno pro omnibus peremptorio edicto:* illæ enim tres denuntiationes requiruntur vice peremptorij, vt ex ipsa l. cóstat, & ibi Accursius interpretatur in principio, & in húc sensum accipiendus est textus noster, scilicet, quãdo verbú peréptorie in denuntiatione ap-
2 positú non fuit: eo enim adiecto vnica citatio sufficeret, iuxta textum in d.l. peréptorium, ff. de
3 iudicijs: & his tribus denuntiationibus, vel vnicæ peréptoriæ, simplicé citationé iudicis, quãdo ipsemet admonet cóparari, Imperator sanciuit in l. cessãte, C. quom. & quand. iudex, & ibi
4 Accurs. verb. edicti, & verb. admoniti: & idé esse si tabelio, vel nuntius coram iudice citét, eius iussu præcedente, testatur Bald.
5 in d.l. cessante, nu. 2. Hæc eñim monitio habet peréptorij vim propter iudicis præsentiã, argu. text. in l. si procuratori præsentis, ff. de verbor. oblig. & docuit Bernar. in c. consuluit, de offic. &
6 potesta. iud. delegat. nam qui nó obtemperat iudici existéti apud acta in maxima est contumatia,
7 l. fin. ff. de ininteg. restit. Item & peréptoriæ citationis loco succedere iudicis monitionem, in ipsa citatione contétam de procedendo in causa sine alia dilatione, & denuntiatione, asserit Barr. in l. si finita, § fi. ff. de dam. infect. nu. 4. cum quadam tamé distinctione, de qua ibi.
8 Vlteriusq, vnicam citationé sufficere, quando reus neglexit iudicis aditú, & se nole adesse dixit, vt in l. anteriori ostédimus, author est cum cõmuni opinio. Accurs. in l. fi. de restit. in integ.
9 verb. appellare: hácq, citationé, quæ tribus cóparatur breuiloquam, seu cópendiosam exéplo substitutionis appellauit Bald. in l. 2. C. quom. & quan. iud. nu. 11. peremptoriaq, dicitur, quia extinguit, & perimit, & cú non aliæ citationes post eam desiderentur, cap. de illicita, 24. quæst. 3. lex, & tertium. ff. de iudicijs.
10 Quilibetque iudex ordinarius, & de-

& delegatus potest peręptoriè citare, cap. cum Bertoldus, de re iudicata, cap. ex literis, & cap. consuluit, de offitio, & potestate
11 iudicis delegati. Prædictaq; peremptoria citatio consulto fieri debet, causaque necessaria suadente, iuxta textum in d.l. consentaneum, & in Authentic. qui semel, C. quomodo & quando iudex. Si hæc enim vrgeat vnica peręptoria citatio interponi poterit, iuxta text. in l. cōtumatia,
12 ff. de re iudic. causaque iusta erit distantia loci: & si res celeritatē desideret, aliæque similes, l. 2. ff. de in ius vocan. l. nonnunquam, ff. de iudic. hoc ergo iudex æstimare debet prò conditione causæ, vel personæ, vel temporis: & ita ordinem denuntiationū moderare, vt in d.l. nonnunquam, in fin. adnotatur, & probatur in l. continuus, ff. de verb. oblig.

Sed & quartam citationē, vi-
13 detur adijcere textus in l. & post edictum, ff. de iudicijs, vbi post edictum peremptorium alia citatione opus esse, Vlpianus respondit in hæc verba: *Et post edictum peremptorium impetratum, cum dies eius superuenerit, tunc absens citari debet*, Accursius tamen ibi,
14 verbum, debet, id est potest, interpretatur ita, vt necessitatem non inducat, sed in potestate actoris sit, si citare, & quarto vellit: & Accursium sequitur Barr. ibi in principio, & Michael Vrcurrus in repetitione d. §. Iulianus, num. 45. Baldus, & Angelus in d.l. & post edictum, Hippolytus in l. de vnoquoque, ff. de re iudicata, num. 196. Rebuffus ad leges regias, tomo. 3. tit. de citatione, art. 4. glos. 1. Abb. in cap. dilecti, num. 18. de dolo & contumatia, Antonius Gabriel, tit.
15 de citatio. conclus. 1. Læditur tamen hoc sensu litera illius legis, cum verbum debet, ad necessitatem spectet, cap. intelleximus, vbi latè Decius, & Alciatus, de
16 iudicijs. Verior itaque expositio illius legis erit, si animaduertamus verbum citare, apud Cæsares, & Pontifices, esse in ius vocare, l. sancimus, C. de iudicijs, cap. consuluit, de offitio delega. cap. cum dilecti, de dolo & con-
17 tumatia. Apud veteres tamē Iureconsultos significare publicā præconis acclamationem, quia veniente cognitionis, id est, pronuntiationis die, per præconem in ius vocatus nominabatur, vt constaret, an adesset, vel abesset, l. in testimonium, ff. de testib. l. inter accusatorem, ff. de publicis
18 iudicijs: quæ interpretatio manifeste suadetur ex Marcelli responso in l. Diuus, ff. de restitutione in integrum, in illa verba: *Itaq; si citatus non respondit, & ob hoc more pronūtiatum est, confestim autē pro tribunali te sedentē adijt, existimari potest, nō ex sua culpa, sed parū exaudita voce præconis defuisse, ideoq;*

restitui potest: Et quamuis hunc intellectum elegerint Rufardus, Costalius, & Cōtius in dict. l. & post edictū, Hotomanus, Brisonius, & Berrutius de verb. signi. verb. citare: errant tamen meo iudicio in sensu illius legis, aiūt enim formam ibi præscribi resoluendi peremptorium vocando in ius absentem ad respondendum, cuius opinionis quoq; est Iacobus Rebardus pro tribunalium, lib. 1. c. 3. itaque accipiunt verbum debet, de quo in d. l. & post edictum, vt non ad voluntatem, vt Accursio placuit, sed ad necessitatem pertineat, quæ inducebatur ex more citandi, id est, vt ipsi interpretantur ex publica præconis acclamatione: dixi tamen (si quid iudico) errare cum nihil hæc forma à citatione, & à in ius vocatione differat:

19 sensus enim Iurisconsulti ibi fuit, quartam citationē, & in ius vocationem requiri ad sententiam diffinitiuam, quæ omiti nullatenus potest: & constat hic sensus, ex Iurisconsulti verbis in d. l. Diuus, ibi: *Et ob hoc more pronuntiatum est:* ex quibus innuitur accipi debere prędictam legem, & d. l. & post edictum de citatione ad audiendam sententiam: hallucinatus itaque est Accursius, qui verbum debet, in voluntate posuit, cū prędicta citatio omiti non possit: & falsi quoq; sunt recētiores relati interpretes, qui negando hanc citationē, diuersitatem constituunt inter eam, & ius vocationem, cum idem sit veteri, & recentiori iure, neq; à in ius vocatione alienus est ille per præconem modus citandi, cū hic inter alios citationis modos enumeretur.

20 Ex qua interpretatione puto, lapsum quoque fuisse Duarenū disputationum anniuersariarū, lib. 1. c. 7. qui longe differre ait, citationem, à vocatione in ius, diuersitatemq; constituit in eo: inquit enim, vt supra ostendimus, citationem nihil aliud esse quam euocationē præconis reū absentem euocādo ipsa die pronuntiationis. Nihil enim distat à vocatione in ius, quæ & proclamate fieri quoque solet.

21 Rursus tamen ego existimo, distinguendū esse inter citationem, & in ius vocationem, ita vt citatio absentiū esset voce præconis, in ius tamen vocatio pręsentium: de quorum scilicet fuga, & absentia non cōstabat: quæ distinctio vera erit, si eam referamus ad ius vetus Romanū, quo vocatio in ius, siue in locum, in ius reddebatur sine vllo appatitore, ac iudicis pręcepto fieri solebat, sed actor reum vocabat, qui nisi confestim iret, & vocantem sequeretur inuitus ab eo ducebatur, cuius rei argumentum est lex prima & 4. ff. ne quis eum qui in ius vocatus, vbi à præ-

à prætore proponitur actio *aduerſus eos, qui in ius vocatos vi eripiunt*, id eſt, è manibus vocantis, & ducentis ad iudicium auferunt: & in hunc ſenſum quoque accipitur illud prætoris edictū, *ne quis eum qui in ius vocatur, vi eximat*, cuius Vlpianus meminit in l. 3. ff. ne quis eum, qui in ius vocabitur: ad quod alludit illud Terentij in Æunuchum, act. 4. ſcœna 6. *Si vim faciet in ius ducito hominem*: idem in Phormione, act. 5. ſcœna 8. *In ius ambula*,
22 & pauló poſt, *In ius eamus*: ſicque intelligitur lex vetus duodecim tabularum, quæ in ius vocatū, ſi morbo impeditus ire nequiret vehi præcipiebat: hincque ortum habuit, vt ab hac regula
23 exciperétur mulieres in ius vocatæ, quarum corpus non attingebatur, neque inuitæ ab aduerſario ducebantur: & filius quoquè patrem in ius vocare prohibebatur abſque iuſſu prætoris, l. 4. de in ius vocando, cum in-
24 decorum eſſet, parentem à filio inuitum ad tribunal duci, exci-
25 piebatur etiam ille qui ſatiſdabat: hic enim in ius vocatus, inuitus non rapiebatur à petitore:
26 in quem ſenſum accipitur elegans textus in l. qui neque, aliàs l. ſolutum, ff. de verbor. ſignific. vbi Caius ait ſatiſdantem *iudicio ſiſti*, eſſe ex numero eorum, qui neque *ſequūtur*, neque *ducuntur*, & alias limitationes ſcribit Duarenus vbi ſupra, c. 1. qui omninò inſpiciendus eſt.

27 Quibus ſic adnotatis, diſtinctio noſtra facile intelligetur, cū abſens in ius vocari non poſſet, quia duci nequibat. Hic itaque modus vocandi ad præſentē ſolum referebatur: citatioque, ad abſentē, tunc enim voce præconis opus erat, cū abſens reus eſſet: poſtea verò quam, ille antiquus mos aboletus eſt in ius vocare, & citare in idem cōueniunt, nō ſolum apud Cæſares, & Pontifices, ſed & etiam apud Iuriſconſultos, probatiſsimoſq; linguæ Latinæ authores, vt conſtat ex Cicerone pro Flacco, ibi: *Citat præco voce maxima legatos Aemonenſes*, & ex Liuio lib. 1. ibi: *Patris incuriam per præconem ad Tarquinum citari iuſsit*, Valerio Maximo lib. 2. cap. 4. ibi: *Præco lecto nomine Salinatoris citandum eſſet, necne hæſitauit*, Marciali Epigramat. lib. 4. ibi: *Præconium facere, nec pauidos triſti voce citare reos.*

Rurſus & citare libello, legitur apud Plautum in Curculio, act. 1. ſcœna tertia, & Cicero. pro Quintio, & 3. in Verr. *Citari teſtes dixit*, & reus etiam lege citari dicitur apud eundem Ciceronē pro Cluento, & edicto quoque citatus quis dicitur, in l. Senatus cenſuit, §. Diuus, ff. de iure fiſci, & in l. 3. §. ſcientes, C. de adſertione tollenda: & confirmatur ex Plutharco, qui in Grachi vita

28 verbo, citare: & in ius vocare promiscuè vtitur, & probat textus in l.3.§.ideoque, & §.testes, de testibus, vbi testes vocantur. Rursusque in testimonium citantur, quasi idem sit, & adnotauit Brisonius de verborum significatione, verbo, citare: quæ omnia non abs re congesta sunt pro intellectu d.l.& post edictũ, ff.de iudicijs, à nemineque animaduersa.

29 Hodie tamen in nostro Regno, nec peremptoria citatio desideratur, sed vnica & simplex tantum, qua satis est admissionem in possessionem ex expressa l.1.tit.11. lib.4.Compilation.

IN TEXTV, IBI: *Mas si el pleyto es començado por demanda, y por respuesta.*

Scholium II.

30 Ostendimus in præcedenti lege, scholio 4. tribus vti remedis, actorem posse aduersus reũ contumacem, missionisque in possessionem, anterior lex meminit: hæc verò de procedendo in causa vsque ad diffinitiuam tractat, sicuti habetur in l. consentaneum, C. quomodo & quando iudex, vbi Bald.in principio, & idem sancit text. in cap.quoniam frequẽter, §. in alijs, vt lite

31 non contestata. Hoc tamen remedium tunc locũ habet, quando reus fuit contumax post litis contestationem, iuxta verũ intellectum textus in d.l. consentaneum: qui quãuis à nonnullis iuris interpretibus accipiatur ante litis cõtestationem: verior tamen interpretatio est post litis contestationem, & hæc placuit Accursio ibi, scholio vltimo, & Bart.& Bald.in principio

32 dictæ legis. Et ratio communiter recepta hæc est, quia ante litem contestatam nõ posset diffinitiua sentẽtia proferri, vt probatur in cap.tuæ, & toto titulo, vt lite non contestata, & latè tractat Auendaños in tractatu primi, & secundi decreti, numer.2. Quod quidem remedium reciprocum est: nam si actor iudiciũ deserat, cõtumaxque sit, & reus quoque petere poterit, vt diffinitiuè procedatur, & absoluatur ab actione, & lite ab actore mota, iuxta textum in cap.causam, de dolo & contumatia, & Auth. qui semel, C. quomodo & quãdo iudex. Prædicta ergo lex cõsentaneum, agit de contumatia rei, & d.Authentica, qui semel,

33 de contumatia actoris. Diuersitas tamen in hoc remedio constituitur, illud enim competit actori post litem contestatam, vt supra adnotauimus; reo verò ante & post litis contestationẽ, vt tradit Baldus in d.Authent. qui semel, ante numerũ primũ, docens

docens hoc caſu, etiam lite non conteſtata, ſententiam diffinitiuam ferri poſſe, ſicut & ſunt alij caſus in iure, in quibus ſine litis conteſtatione ad diffinitiuã deuenitur: ex quibus infertur
34 intellectus ad textum in dict. §. Iulianus, & in Authentic. ſi omnes, C. ſi minor ab hæreditate ſe abſtin. & in cap. 1. de eo qui mit. in poſſeſsione cauſa rei ſeruandæ, lib. 6. vbi ſententia diffinitiua fertur lite non conteſtata, cũ natura rei, non pateretur interpoſitionem decreti, ſicut & in cauſa ſtatus, & libertatis, litis cõteſtatio non deſideratur à Iureconſulto in l. qui ſe, ff. de iudicijs, & in cauſis beneficialibus, idem ſtatuit text. in cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ, libr. 6. & innumeros caſus congeſsit Auendañus in tractatu primi & ſecũdi decreti, nu. 3. qui omnes quid ſpecialitatis continent. Regulariter tamen, cum ad diffinitiuã non deueniatur, niſi poſt litis cõteſtationem, iuridicè lex noſtra diſpoſuit, poſt eam actorẽ poſſe eligere hoc remediũ diffinitiuæ ſententiæ contra reum contumacem, ſecundum prædictam opinionem Bart. & Bald. in d. l. conſentaneum, quam noſtra lex amplectitur, in quo eſt notabilis textus noſter, & à nemine ad
35 hoc allegatus. At iure regio recentiori, hoc remedio procedẽdi in cauſa, vſque ad diffinitiuã, contra reum contumacẽ, abſq; litis conteſtatione actor vti poterit, vt prouiſum extat in l. 1. tit. 9. lib. 3. Ordinamenti, & in l. 1. tit. 11. libr. 4. Compilation. & quidem meritò, alioqui enim durius ageretur cũ actore, quàm cum reo: cum ex ſuperiori doctrina contra actorem contumacem ſine litis conteſtatione diffinitiuè procedi poſsit, iuxta deciſionem textus in d. Authent. qui ſemel, quod & Auendañus adnotauit d. num. 3. & quanquã huic obiectioni reſponderi poſſet, Authenticam, qui ſemel, nõ loqui de ſentẽtia diffinitiua, ſed ſolum de interloqutoria, abſolutoria ſcilicet, ab obſeruatione iudicij, quæ habet tñ vim diffinitiuę, quoad perpetuũ ſilentium, vel ſaltim quoad perpetuã exceptionem, iuxta l. Titia, ff. de accuſationibus, & l. diffamari,
36 C. de ingenuis, & manumiſ. Nihilominus tamen, & ſi fateamur ad diffinitiuam deueniri poſſe, aduerſus actorem cõtumacem, ſine litis conteſtatione, longe alia ratione procedit, ea nempè, quia nequit alio modo conſuli reo: non enim poteſt reus mitti in poſſeſsionem bonorum petitoris, cum nihil ei debeatur: itaque cum nullo alio remedio vti poſsit, iuris ratio permittit, vt etiam lite non conteſtata ad diffinitiuam deueniri hoc caſu

queat, sicut (vbicunq, aliud remedium cessat) & actori contra reum idem cōcessum fuit: vt ex Authentica, si omnes, C. si minor ab hæreditate se abstinuerit, supra monstrauimus: docet Baldus in Authent. qui semel, C. quomodo & quando iudex,
37 num. 14. Sunt etiam & aliæ rationes, ex quibus plus reo, quā actori hoc casu consulitur, videlicet, quia maior est cōtumatia actoris, quàm rei, cum in eius potestate sit a principio agere, & sic si agat, & litē deserat, lex reo subuenit, vt ad diffinitiuā procedatur, l. pure, ff. de dotis except.
38 Rursus, quia magis præsumitur contra actorem contumacē, qui iudicio non superest, cum reum prouocauisset, quam contra reum, qui fuit prouocatus, & lacessitus, ad veniendumq, coactus: & ne actor recedat, quando reus forte defensiones, & exceptiones in prōptu habet: lex prouidit, vt diffinitiue procedatur aduersus actorem, etiam sine litis contestatione, ne ius rei læsum maneat, iuxta textum in c. quoniam frequenter, in princi. vt lite non cotestata, & in cap. significauit, de testibus. Deinde,
39 quia reus discedendo à iudicio cautè agit, actor tamen incautè cum excusare litem posset, qua propter parcitur reo, actori verò minimè, cap. 1. 4. quæstione. 1. Vlterius his accedit iuris regula, quę mitius cum reo agit, cap.
40 ex literis, de probatio. Postremò, quia si non procederetur cō
41 tra absentem, lite non contestata, quandocunq, reum grauare posset, & ne detur occasio reum ad placitum vexandi, iura voluerunt vt actor compellatur verè, vel causatiuè litem, quam ipse sponte suscepit finire, iuxta textum in d. Authentic. qui semel, C. quomodo & quando iudex: iustè itaque ad diffinitiuam contra actorem procedi poterat, etiam lite non contestata: legem itaque Regni, quę in hoc actorem reo comparauit æquitati, magis quàm mero iuris rigori innixam puto, ex doctrina Abbatis in cap. causam, de dolo & contumacia, nu. 15.

Textus vicesimusnonus.

OTro si es a saber, que desque las partes vienen ante el Alcalde, deuen cada dia seguir, e parecer a su pleyto ante el Alcalde. E maguer el Alcalde no libre, ni se asiiente a juzgar algun dia, las partes son tenidas despues de parecer ante el cada dia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Etſi iudex aliquo die pro tribunali ſedeat, ſine eius licentia diſcedere quis non poteſt.

2 Paria ſunt non accedere, & ſine iuſſu recedere.

3 Iudex in ſequentem diem litigatorem expectare debet.

Lex XIX.

IN TEXTV, IBI· Maguer el Alcalde no libre, ni ſe aſsiente a juzgar aquel dia.

Scholium vnicum.

1 CVM In duabus legibus anterioribus dictum ſit de cõtumacia actoris, & rei, & quib⁹ modis cõtrahatur, & de remedijs quibus actori aduerſus reum, & reo aduerſus actorem conſultum ſit. Rurſuſque inter contumatias, illam eſſe nimiam docuerimus, quam quis in contemptum iudicis committit, ſine eius permiſsione iudicium deſerens: & dubitari poſsit, ſi iudex ex aliqua cauſa aliquo die pro tribunali non ſedeat, nec iudicio aſſiſtat, an pars tunc diſcedens ſine eius licentia, pœnis in contumaces irrogatis obnoxius eſſet, decidit noſtra l. pœnam committi:
2 cum paria ſint non accedere, & ſine licentia diſcedere, iuxta textum in cap. 1. de iudicijs, & in c. certum, 11. quæſt. 3. & probat l. contumacia, de re iudicata, cap. ſi quis autem, 18. diſtinctione, c. ex literis, de exceſsibus prælat. cap. de illicita, 24. quæſt. 3. cap. conſtitutus, de procurat. Speculum iuris tit. de contumatia, in
3 princip. Nec excuſari poteſt allegans illa die iudicē ius nõ dixiſſe: nã meritò litigator expectare tenebitur, cum & iudex in ſequentem diem expectet, iuxta textum in cap. conſuluit, de officio, & poteſtate iud. delegat. c. cum dilecti, de dolo & contumatia, cap. licet plerunque, 45. diſt. Ex quibus iuribus lex noſtra deſumpta eſt.

Textus triceſimus.

SI algun Alcalde de caſa del Rey da carta del Rey, de emplazamiento contra alguno que ſea oficial, que parezca perſonalmente ante el Rey: y eſte aplazado embia ſu perſonero al plazo: e ſi el fecho ſobre que fue aplazado perſonalmente que pareceſſe, es a tal, que por perſonero ſe puede ſeguir, maguer perſonalmente fue emplazado, ſi embió ſu perſonero, no cae en la pena del emplazamiento, e deue ſer recebido el perſonero. Ca la carta del emplazamiento en aquello q̃ embió a man-

mandar el Rey que pareciesse personalmente, es desaforado, pues tal era el fecho sobre que fue emplazado, que por personero se puede seguir. E si el Rey manda dar carta desaforada, el deue pechar las costas a aquellos cōtra quien la carta fue dada. Y esso mismo el Alcalde, si la dio, o el escriuano de camara q̄ la dio, sino mostrare que la dio por mandado del Rey. E porque el Rey ha de pechar las costas. Y en esta razon fue juzgado en la casa del Rey don Alfonso contra el, porque fueron emplazados contra fuero cien e ochenta hombres e mas de la tierra de Ouiedo, que vinieron a su casa emplazados a venir dezir en pesquisa sobre pleyto que era forero, de se librar alla en su tierra. E por esto fue juzgado contra el Rey don Alfonso, que pechasse costas de setenta y tres marauedis. Y el Rey tuuolo por bien, e fallolo assi por derecho, e mandolos pagar.

SVMMARIVM.

1 *Reus citatus, personaliter procuratorem mittere potest, & nu. sequenti.*

3 *Citatus, & si in citatione contineatur, vt ipsemet iudicio adsit, procuratorem solum mittere compellitur, & num. sequentibus.*

10 *Illustris persona per se litigare nō non debet.*

11 *Ecclesia, Collegium, & vniuersitas necessariò procuratorē constituunt, & num. sequenti.*

13 *Praeceptū testatoris sine causa non valet.*

14 *Receptum est in iure argumentū de iudicio ad vltimas voluntates.*

15 *Bartoli cautela de citatione improbatur à Iasone.*

16 *Forma statuti sufficit seruari per equipollens, & num. sequenti.*

18 *Vehemēs causa suadere debet, vt citatus per se, & non per procuratorem compareat.*

19 *An praedicta causa inserta esse debeat, controuersia fuit, & num. sequentibus.*

24 *Generale mandatum non extenditur ad iuramentum de calumnia, & quid in iuramēto de veritate, & differentia eorum, & num. sequentibus.*

29 *Si de crimine agitur ciuiliter benè potest reus constituere procuratorem, & num. sequentibus.*

32 *multi actus sunt, qui per procuratorem non ministrantur, & nu. sequentibus.*

39 *Duae fictiones non possunt interuenire.*

40 *Compaternitas per procuratorem contrahi potest.*

41 *In his quae nō sunt per alium commodè explicabilia procurator intercedere non potest, & numeris sequentibus.*

44 *Ciuitas debet recipere iuramentū personale Decurioni, alioqui enim officiū Decurionatus amittitur, & numeris sequentibus.*

47 *Ficta possessio non adquiritur per procuratorem.*

48 Qua

48 *Quæ ad patrimonium attinẽt, per procuratorem explicari poſſunt.*
49 *Iuramentum fidelitatis non præſtatur per procuratorem, & numero ſequenti.*
51 *Qui tenetur aſſociare dominum, procuratorem mittere non poteſt, & numeris ſequentibus.*
54 *Quãdo perſona eſt de forma actus nunquam receditur à perſona, & num. ſequenti.*
56 *Legitimatio filij nõ poteſt peti per procuratorem.*
57 *Iudex intra triginta dies ſyndicatus procuratorem conſtituere nequit, & numeris ſequentibus.*
60 *Multæ cauſæ ſunt, quæ licet expediri poſſint per procuratorẽ, deſiderant tamen ſpeciale mandatum.*
61 *Rex iuſtitiam exercens, facit opus ſuum.*
62 *Princeps leges ſeruare debet eum diuerſitate tamen inter eum, & ſubditos, & num. ſequenti.*

Lex XXX.

IN TEXTV, IBI: *E ſi el fecho ſobre que fue aplazado perſonalmente, es tal, que por perſonero ſe puede ſeguir.*

Scholium I.

1 PRobat hęc lex, reum citatum, vt per ſe in iudicio ſuperſit, procuratorem mittere poſſe, ſi cauſa non ſit de his in quibus perſona euocari poſſit: quæ lex ſumpta eſt ex textu in l. finali, C. de procuratoribus, vbi eadem ſententia probatur, & in cap. 1. de iudicijs, lib. 6. vbi delegatus non poteſt citare in perſonam, niſi cauſa ſit criminis, vel ad iurandum de callumnia, vel de veritate, vel alia iuris neceſſitas id expoſcat: quod & in dicta lege vltima adnotatur, in illis verbis: *Niſi forte quoſdam illuſtriores nonnunquam ob cauſas vehementiores maxime iudicis vocabit authoritas*: & quanuis verba textus in d. cap. 1. de iudicijs, loquantur tantùm in delegato, argumentum à contrario ibi non accipitur: quinimò ratio dubitandi in eo fuit, in ordinario enim abſque controuerſia eſt, neminem poſſe apud ſe vocare, niſi iuſtiſsima cauſa ſuadente, vt ibi gloſſa interpretatur (& quãuis nonnulli intelligant dictam legem finalẽ, quando citatio ſimplex eſt, neq; fuit adiectũ, vt vocatus, vel procurator eius ſupereſſent, quo caſu poteſt quis accedere, vel procuratorem mittere: ſecus tamen quando iubet iudex perſonaliter adeſſe, tunc enim iudici parendum eſt, nec diſtinguẽdum, an cauſa ſit ciuilis, vel criminalis) Bartolus tamen in principio ipſius legis finalis, & Alexander ibi in eius additione, prædictam
2 legem in omni caſu accipiunt, nempè, vt quanuis perſona ſpeciali-

cialiter vocata sit: si tamen causa specialis non intercedat, per procuratorem respondere possit, quam opinionem elegit lex nostra, vt ex eius serie apparet,
3 dum decidit, omnem in ius vocatum habere potestatē per se, vel per procuratorē respondendi, licet in citatione dicatur, vt ipsemet iudicio adsit, nisi iusta causa moueat ad adstringēdam personā, & idem exponit Bald. in d.l.fin. ante numer.1.in illius legis declaratione, & nostra lex summè necessaria fuit: nam cum in legibus anterioribus dictum fuisset de reo citato, & conuento, opus fuit exponere, an per se, vel per procuratorem adesse cogeretur.

4 Rursus & ad tollendam omnem ambiguitatē, nullam enim aliam video legem regiam: qua sententia nostrę legis decidatur,
5 ex qua elicitur omnem euocationem, vel monitionem habere inclusam potestatem mittēdi procuratorē, iuxta l.sed si vnius, §.procurator, ff. de iniurijs, & in l.si minor, ff. de bon.author.iud. poss. vbi adnotatur: quod procerit quāuis à iudice exprimatur, vt persona supersit: expressio enim nihil operatur, ex quo tacitè aliud includitur, iuxta text.
6 sic intellectum in l.non rectè, C.
7 de fideiuss. Ex natura enim citationis inest, vt conuētus per se, vel per procuratorē iudicio interesse possit, quod adeò vniforme est, vt ex eo inferat Bald. in l.1. §.procurator, ff. de procurator.
8 numer.6. contumacem verū esse eum qui iudicem neglexit, citationi respōdens se nolle adesse: Nam quamuis argumētari posset ex nostra lege, contumacem ex tali responsione dici euocatū non posse, cum procuratorem mittere queat: contrarium receptius est ex ipsa citationis, & responsionis natura, & ex vi comprehensiua, cum ille qui iudicis aditum negat per se, & per procuratorē abnegare videatur, iuxta l. Diuus, ff. de in integrum restitut. & in cap. venerabilis, §. secus de sentent. excommunic.
9 libr.6. Iudex ergo, nisi ex causa non potest quē compellere præcisè, vt personaliter supersit, sicut & præcisè neminem cogere
10 potest ad mittendum procuratorē, nisi illustris persona esset, quæ per se litigare nō debet, sed vt procuratorem nominet à ius dicente compelli potest, iuxta text. in l. quicunq., & in Auth. hoc ius, C. de procur.

11 Vlteriusq, Ecclesia, collegiū, & vniuersitas, necessariò procuratorem constituunt, cap. in pertractandis, de iuramento calumniæ, c. mulieres, de iudic. libr.6. gloss. in cap.1. verb. iudicem delegatum, eod. tit. lib.6.

12 His ergo casib' exceptis in omni citatione alternatiua nostræ legis

gis

gis ſuccedit, vt quis per ſe, vel per procuratorem in iudicio interſit, l. 3. §. vſus, de procurato. cap. fin. de dilatio. cap. dilecti, de iuramen. calum. Itaque licet quis
13 expreſsè euocetur, vt adſit, & nõ alius, pro eo alterũ tamẽ mittere poteſt, niſi iuſta cauſa inſerta ſit, qua perſona euocetur, argumẽto tex. in l. filiusfamilas, §. Diui, in 2. de legat. 1. vbi præceptum teſtatoris ſine cauſa non valet, receptumque in iure eſt argumentum de iudicio ad vltimas
14 voluntates, & ècõuerſo, iuxta textũ in l. non eſt mirum, ff. de pignor. actio. docet Iaſ. in dict. l. fin. C. de procurato. numer. 3. ex quo ibi improbat Bartolum, in l. cum eo, ff. ad l. Iuliam peculatus, docẽtem quando quis habet debitorem, qui nunquã exit de domo (vbi pro debito priuato capi non poteſt, l. nemo de domo, ff. de regu. iur. l. plerique,
15 ff. de in ius vocand.) Cautela ſit, vt faciat eũ euocari in perſonã, ſub certa pœna fiſco applicãda: nam ſi mandatum contemnat, pœnæ reus erit, & pro illo debito cum fiſci ſit, capi poterit in domo, l. nemo carcerem, C. de exactio. tributo. lib. 10. vnde cũ ſit detentus in carcere propter illud fiſci debitum, poterit creditor in eo commendare pro eius debito priuato, vel ibi cita-
16 te. Nam cum procuratorẽ conſtituere poſsit, cautela prædicta corruit, quanuis ipſam defendãt Paul. & Alexan. in d. l. plerique, Petr. de Anchar. & Imola in c. 2. de pignor. Ang. in §. fin. ad fin. Inſtit. de actio. ex qua ſuperiori recepta ſentẽtia inferunt Bald.
17 & Alexan. in d. l. fin. nume. 1. ad interpretationem ſtatuti citare perſonam iubentis, tacitè enim ineſt per ſe, vel per aliũ, quãuis iudex aliud iuſsiſſet, cum formã ſtatuti ſufficiat ſeruari per ęquipollens. Itaque & rurſus, ſi ſtatutũ deſideret alicuius citationem, verificari poſſe in illo, qui fuit in iudicio præſens, licet nõ citetur, docuit Alexand. ibi in eadem l. fin. nu. 3. ea nempè ratione, quia præſentia ęquipollet citationi, l. etiã ſi patre, §. ſi hæreditate, ff. de minori. licet non ignorem quandoque non ſufficere ſtatutum ſeruari per ęquipollens, vt per Bald. & alios in l. 1. ff. de liber. & poſthum. abs re tamen eſſet hic differere, quoad noſtram enim legem indubita-
18 ta concluſio eſt per ſe, vel per alium citatum in iudicio ſupereſſe poſſe, niſi vehemens cauſa
19 aliud ſuadeat: vtrùm tamen hæc inſerta eſſe debeat, non ſine controuerſia fuit, exprimi tamẽ debere cõmunis docuit, vt eſt videre per Bald. in l. 1. §. vſus, ff. de procuratoribus, in fin. & Alex. innumeros huius opinionis referentem in dict. l. fin. C. de procurator. nu. 4. docuit Innocen. in cap.

in cap. preterea, de dilationibus, vbi ait, & quando quis euocatur die feriata, in casibus specialibus specialitatem exprimi debere in citatione: & Accursius docuit in l. 2. ff. de in ius vocando, Roma-
20 nus consil. 218. per totum. Alioqui enim legis beneficium à iudice auferri non potest, argum. text. in l. 1. §. 1. ff. de ferijs. Nam quamuis præcepto magistratus sit obediendum, iuxta textum in l. non videtur dolo carere, ff.
21 de re iudicata. Distinguendum tamen est, an iusta ratione motus præcipiat, vt quis personaliter supersit: quo casu parendum ei est, aut præceptum, iustam nō continet causam, & tunc iuri nō derogat: & hic est verus nostræ legis intellectus, & prædictæ l.
22 fin. C. de procuratoribus, vt placuit Baldo in d. l. 1. §. vsus autē,
23 num. 2. ff. eodem. Multæ tamen iustæ causæ sunt, in quibus iudex conuētum compellere potest, vt ipse, & non eius procurator iudicio supersit, quas congerit glossa in d. l. fin. C. de procuratoribus, & Scribentes notant in l. si actor, ff. eodem tit. & in c. finali, de maiori. & obedientia, & in cap. 1. de iudicijs in sexto, vbi tres præcipue enumerantur, vt puta si causa criminis sit, vel vocetur quis ad iurandum de calumnia, vel de veritate dicenda. In iuramento tamen de calumnia supra dictā decretalem Baldus intelligit in d. l. fin. num. 3.
24 Quando procurator non haberet mandatum speciale ad prædictum iuramentū prestandum: quo casu nō admittitur, sed ipse conuentus compellendus est, cū generale mandatum ad prædictum iuramētum non extendatur, & expresse probatur in c. fi. de iuramen. calumniæ, lib. 6. vbi procurator habēs speciale mandatum, iurat de calumnia: & ra-
25 tio est secundum Bald. ibi: nam si ad hoc habeat procurator speciale mandatum, plene videtur instructus de domini consciētia, mandans itaque nō cogitur venire, alioqui dominus cogendus est, cum non appareat procuratorem instructū esse, & melius patefit veritas domino presente, l. de minore, §. tormenta,
26 ff. de quæstio. Et cum hoc mandatum sit speciale ad iurandum de calumnia, sufficit mādari ad vniuersitatem causarum, nec requiritur causa specialiter exprimi, in qua iurari debeat, vt docuit glos. in d. c. fin. de iuramen. calumn. in 6. verb. iuramentum, & ibi eius additio.
27 Iuramentum tamen de veritate olim solum præstabatur in spiritualibus, hodie tamē secus, iuxta text. in d. c. fin. de iuram.
28 calumniæ, libr. 6. Differuntque iuramentum de calumnia, & de veritate: per illud enim respondetur, de eo quod quis credit, & æstimat,

æſtimat, iuxta text. in l.2. C. de iureiur. propter calumniam: in hoc tamen perſpicua, & diſtincta reſpõſio eſſe debet, iuxta tex. in c dudum, in 2.§. licet de electione: & hãc diuerſitatis rationem reddit gloſ. in dict. cap. 1. de

29 iudic. verbo, *dicenda*. Rurſus & prædicta decretalis, dum de cauſa criminali tractat accipi debet in ea, quæ criminaliter agitata eſt: ſecus verò, ſi de crimine ciuiliter agatur, tunc enim perſona cõpellenda nõ eſt: ſatis enim erit ſi procuratorẽ mittat, vt interpretatur gloſ. recepta in d. cap. 1. verb. *criminalis*.

30 Vlterius, & crimen accipi debet, in quo pœna corporalis imponitur: alioqui enim & per procuratorẽ defendi reus poteſt, iuxta text. in l.1. ff. an per aliũ cauſ. appell. reddi poſsint, & ibi Ac-

31 curſius verbo, *ignominia*: pœnaq; corporalis dicitur citra relegationẽ, cũ relegatio inter pœnas corporis afflictiuas connumeretur, vt Vlpiano placuit in d. l. 1. verſ. ſed ſi ea cauſa, & ita interpretatur Bar. in d.l.fi. C. de proc. in 2. lectura, in princ. Accurſ. autẽ aliter Vlpianũ intelligit in d. l.1. verb. *relegationem*: ait enim excluſiue hãc pœnã accipiendam, nempe, vt in cauſis in quibus relegationis tantũ pœna irrogatur procurator interuenire poſsit.

32 Sunt etiã & aliæ cauſæ præter enumeratas à d. decretali, in quibus quis procuratorem mittere non poteſt, quas recẽſet Accurſ. in l.1. §. vlus, verb. *Vel nollunt*, ff. de procur. idem in d.l.1. verbo, *Ignominiam*, ff. an per aliũ cauſæ appel. & vltra congeſta a prædictis gloſsis, regula noſtræ legis ſubuertitur in l.3. C. de manu-

33 miſ. vindict. vbi per procuratorẽ quis non manumittit: item in l.

34 minorum, C. de prædijs minor. vbi ad petendũ interponi decretum ſuper alienatione rei minoris nõ poteſt conſtitui procurator, ſecundum Baldi intellectũ, ibi, quãuis aliter intelligat, ibidẽ

35 Salicet. & in l.2. C. de his qui veniã ætat. impetr. vbi adultis ve-

36 niã impetrate per procuratorẽ denegatur, fœminiſq; ſolis cõce-

37 ditur propter earũ pudorẽ: & in l. excuſare, ff. de excu. tut. vbi tutor per procuratorẽ excuſari nõ poteſt, ſecundum vnũ intellectũ

38 Accurſij, ibidem verbo, *libellos*: & in l. poſt mortẽ, §. fin. ff. de adop. vbi per aliũ quis adoptare prohibetur: & ratio eſt; nam adoptio eſt quædam fictio: item & facere per alium, eſt alia fictio, l.1. §. de-

39 ieciſſe, de vi & vi arm. & duæ fictiones nõ poſſunt interuenire,

40 vt docet Bald. in l. vnica, § ne autem, C. de caduc. num. 16. & in l.

41 Paulus reſpõdit, ff. de acq. hered. & deniq; adnotatur in l. vnica, §

42 ne autem, C. de caduc. tol. vbi in his que nõ ſunt per aliũ cõmodè explicabilia procurator non in-

43 tercedit:itaq, per procuratorem
nõ poteſt quis iuramẽtũ præſta-
re, cũ de ſui natura perſonaleſit.
44 Cultus enim religionis à perſo-
na nõſeparatur,cap. veritatis,de
iureran.vbi Innoc.in prin. & de
facto vidi in quoddã offitio De-
curionatus: literæ enim ordina-
riæ regiæ cõtinent,vt ciuitas re-
cipiat iuramẽtum perſonale ipſi
decurioni,quo pręſtito intra 60.
dies, illũ & non aliter admittãt
ad prędicti offitij exercitiũ:& ta-
mẽ quis in vltima die miſit pro-
curatorem cum ſpeciali manda-
to, qui admiſſus non fuit, & of-
fitium fuit amiſſum, cum iura-
mẽtum ſuſcipere quid reale ſit,
iuxta text.in c.1. §.1.ſi de inue-
ſtitura fuerit controuerſia,lib.1.
45 feud.cum non ſolum requiratur
in regijs literis, vt ipſa perſona
Decurionis iuret, ſed vt iuramẽ
tum fiat ipſi ciuitati,non itaque
poterit per aliũ miniſtrari,iuxta
46 text. in c. ego, de iureiurand.&
docet Innoc.in d. c. veritatis, ad
fin. & iuramentũ præſtitũ à ci-
uibus perſonale eſſe docuit Bal.
in §.ne autẽ, nu.20.argu.text.in
47 l.1.§.ſi cõueniat,ff. depoſiti,l. cũ
quid,ſi cert.pet.cũ nec ficta poſ-
ſeſſio acquiratur per procura-
torem,l. ab emptione,ff.de pact.
& ea quæ quis corpore proprio
48 debet facere,per alium exercerẽ
nequit, ea tamen quæ per patri-
monium fiũt, explicari poſſunt
49 per procuratorẽ,iuxta text.in d.

l.1.§.ne autẽ,C. de caduc. & iu-
ramentũ fidelitatis,quod minus
eſt,præſtari nõ poſſe per nuntiũ,
& procuratorẽ,docuit Bal.in l.1.
ff.de ret. diuiſ.nu.45. ea nempe,
50 ratione, quia habet connexã re-
uerentiæ exhibitionem, quæ in
præſentia perſonarũ fieri debet,
ſicut qui debet comitari domi-
num procuratorem non poterit
51 mittere,vt ibi Bal.ſentit,& quã-
uis hunc actum per procuratorẽ
miniſtrari poſſe, ſuadeat text.ex
preſſus in c.1.§. perſonam, verſ.
Vtrum, per quos fiat inueſtitura,
in illis verbis:*Sed vtrum ipſe, vel
alius per te inueſtiturã faciat, vel ſu-
ſcipiat nihil intereſſe putamus: poteſt
enim hoc negotium, & per procurato-
rem ab vtraq; parte expediri.* Nihil
tamẽ refragatur anteriori ſen-
tentiæ, cum in d.§. ſed vtrũ; ſo-
lum tractetur de ipſa inueſtitu-
52 ra: ſecus vbi iuramentũ adeò per
ſonæ adhæret, vt reale dici poſ-
ſit; vt ſupra adnotauimus: & ſic
ſi in feudo iuramentũ deberet
fieri Eccleſiæ, nõ poſſet per pro-
curatorem præſtari, vt pulchrè
animaduertit Innoc. in d.c.ve-
53 ritatis.de iur.iur. Et vltra omnes
adduco pro prædicta opinione
expreſſum text.in libro.de pace
conſt.§:in cauſis,verſ.Conſules;
vbi Conſules nõ poſſunt ingre-
di Conſulatũ, niſi perſonaliter
iurauerint antequã Conſulatũ
recipiant,& ibi docet gloſ.verb.
54 (*iuſſu*): quãdo enim perſona eſt de
forma

forma actus, nunquam receditur à perſona, quod enim mēte propria explicandū eſt, alia fieri
55 non poteſt, vt Accurſius docuit in l. Paulus, de acquir. hæredit. legitimationem quoque filij nō poſſe peti per procuratorem, ad-
56 notauit Bald. in l. nec mulierē, C. de ind. viduit. tollen. num. 1. Et hinc fluxit praxis, quæ obſeruatur in ſupremo Senatu: in le-
57 gitimatione enim, venia ætatis, & alijs in quibus Rex conſulitur, & aliter nō expediuntur. In conſultatione narratur, Titium petere veniā ætatis, adijciturq; perſonaliter comparuiſſe, cum ſimilia, per procuratorem exerceri nequeant. Iudicem quoque intra triginta dies ſyndicatus, procuratorem conſtituere non poſſe, probatur in l. 12. tit. 5. p. 3. ad fin. quæ lex perpetuò menti tenenda eſt: nam & ſi iudex ſit
58 præſens in oppido vbi ſyndicatur, non poterit ſecundū eam ſe defendere per procuratorē, neque ciuiliter, neque criminaliter: & ibi animaduertit Gregorius Lopez ſcholio. 13. Vſus ta-
59 men nō recepit, cū iudex cū præſens ſit, procuratorē conſtituat, & ita communiter ſeruatur.
60 Deinde ſunt & aliæ cauſæ, quæ quamuis per procuratorem expediri poſsint: deſiderāt tamen ſpeciale mandatum, has recenſuit gloſſa in l. 2. C. de procuratoribus, & ibi Bartolus, Baldus, Alexander, Albericus, & docet Speculum iuris, in titulo de procuratoribus. Poſtremo, & innumeræ exceptiones contra citationem opponi poſſunt, quas connumerat Speculum in titulo de citatione, §. 1.

IN TEXTV, IBI: *Fue juzgado en la caſa del Rey don Alfonſo contra el.*

Scholium II.

61 PEx enim exercēs iuſtitiam, opus ſuum exercet, vt in prohemio partitarum adnotatur, in princip. vt ſic nō immeritò vetuſtas prodiderit iuſtitiam Ioui aſsidere, ſi Ludouico credimus lectionū antiquarum, lib. 8. cap. 1. litera B. Iuſtitia itaque virgo credita, vt Proculus ſcribit, quoniam ex integro, puroque genere eſt, cuius ſit virginitas ſimbolum, vt idē Cœlius tradit lib. 23. cap. 16. litera C. idemque libr. 8. cap. 1. ait, Chilonis magnopere attendendum oraculum, quo pronūtiatur ſumma omnia, & immortalia Principi legitimo eſſe concipienda, & cum iuſtitia miniſtranda: quippe cum iuſtitia, legis ſit finis: lex verò, & eius obſeruatio Principis opus: ſicut & in noſtra lege adnotatur, ita vt apud Indos inter vota preceſ-

què folâ iustitiam petere in vsu fuisset, vt animaduertit Alexander ab Alexandro, genialium dierum, lib. 4. cap. 17. Cum iustitia ergo, vt diximus, legis finis sit, Princeps seruare debet, in quo eius versatur honor, l. digna vox, cum vulgatis, C. de legibus, l. 16. tit. 1. part. 1. Bias itaque eum verè Principem opinatur, qui patrijs legibus, institutisq, subiecerit se primus, vt eius authoritate testatur Ludoui. Cœlius Rodigenes lib. 8. c. 1. Cum diuersitate tamen inter Regem, & subditos, hi enim adstringuntur sub necessitate, Rex sola voluntate, & sic nō dicitur propriè Princeps sub lege, sed in lege positus, vt docet Bald. in cap. 1. de alienat. feud. prope finem: & in hunc sensum intelligitur l. Princeps, de legib. quæ alioqui videbatur contraria d. l. digna vox, & ita interpretatur Albericus in d. l. Princeps, nu. 3. 4. & 5. docens
63 iure diuino naturali, & ex Philosophorum sententijs maiori ratione, quàm subditum esse Regem legibus obnoxium.

Textus tricesimusprimus.

SI algun oficial del Rey, o de la Reyna, seyendo con qualquier dellos en su seruicio, le fazen alguna fuerça, o algun tuerto, y en qualquier otro lugar, en alguna cosa de lo suyo puede hazer emplazar por carta del Rey al que esto le fiziere que el venga a cumplir de derecho por carta del Rey. Pero por denuestos que le diga en otra parte, no emplazaran a aquel que los dixere para casa del Rey: mas demandengelo por su fuero. E otro si es a saber, que si el oficial del Rey, o de la Reyna, que es de los oficiales que son menester de estar con el Rey, o con la Reyna en el oficio, fazen algunos algun pleyto, o postura de pagar alguno deudo: y esta postura es fecha en casa del Rey, pueden los fazer emplazar para casa del Rey, maguer no los falle y en casa del Rey: mas por otra deuda no les pueden fazer emplazar para casa del Rey, mas demandenlo por su fuero.

SVMMARIVM.

1 *NEMO Ad regium tribunal trahi potest quoad primam causæ cognitionem.*

2 *In casibus Curia cogitur quis apud Curiæ iudices respondere, & qui casus sint connumerantur, & numero sequenti.*

4 *Regis familiaris ad Curiam Regis reum trahere potest.*

5 *Prin-*

5 *Principis familiaris multis gaudet priuilegijs.*
6 *Curiales dum ſua exercent offitia, priuilegijs ſuis gaudent, & non aliaqui.*
7 *Non poteſt quis ratione contractus conueniri in loco contractus, niſi ibidem inueniatur.*

Lex XXXI.

IN TEXTV, IBI: *Que le venga a cumplir derecho por carta del Rey.*

Scholium I.

1 AD regium tribunal neminē trahi poſſe, quoad primam cauſæ cognitionem notiſſimum eſt l. nemo, C. de iuriſdictione omniū iudicum: hæc tamē determinatio, vt plerunq, euenit, ſuas patitur exceptiones, l. omnis diffini io, ff. de regulis iuris. Multi enim caſus ſunt, in quibus extra domicilium cogitur, quis apud
2 Curiæ iudices reſpondere: qui Curiæ caſus vulgo dicuntur, in pupillo enim vidua paupere, aut denique miſerabili perſona hoc ſtatutum eſt l. vnica, C. quando Imperator inter pupillum, & viduam, l. 5. titul. 3. part. 3. vbi itineris, & induciarum ruptio, prouocatio, & mors ſecura, rapt mulieris, & cauſa publici latronis, bannitique, & falſificantis, regium ſigillum, falſamq, monetam cudentis, proditionisque in Regem, vel Regnum crimi-
3 na. Inter caſus Curiæ connumerātur, & caſum ſeditionis, & Curiæ quoque eſſe adijcitur à l. 23.
4 tit. 9. part. 2. caſus tamen noſtræ l. nempè, vt Regis familiaris ad Curiam Regis reū trahere poſſit à iure partitarum nō fuit cognitus: noſtra tamen lex, & hūc caſum adiecit, conuenitque ei l. 1. tit. 2. lib. 3. Ordinamenti, & in noua Compil. l. 9. tit. 3. lib. 4. vbi Didacus Perez, & Azeuedo, &
5 Grego. in d. l. 5. tit. 3. p. 3. & Curiæ mentio fit in §. aliquādo, de nuptijs, & in authen. quibus modis naturales efficiātur ſui. §. ſi quis igitur, collat. 6. & regius miniſter, Principiſq, familiaris, de quo in hac lege, qui à iure Curiæ oblatus dicitur, & alijs quoq, potitur priuilegijs: quia ſi filius naturalis ſit, efficitur legitimus, & patris poteſtati ſubijcitur, eademq, prærogatiua conceſſa eſt filiæ prædicto Curiali nubenti: nam & hæc legitimitatem conſequitur, ſub patriaq, poteſtate conſtituitur, l. 3. C. de naturalibus liberis, & Accurſius docuit in dict. §. aliquando, verbo, Curiæ, & Ioānes Faber ibidem, numer. 2. Rurſuſque, & Curiæ datus inter ſuos cōnumeratur, quāuis ex legitimis nuptijs natus nō ſit, cum & hoc priuilegium

ei Indulgeatur, secundum ea, quæ Principum constitutionibus cauentur, quarum meminit Iustinianus in §.quibus, instituta de hæreditat. quæ abintestato deferũtur, & ibi Theophil. & de Curiæ tradito, & obligato mentio fit in l.3.C.de naturalib. liberis.

IN TEXTV, IBI:
Pero por denuestos que le digan en otra parte.

Scholium II.

6 Confirmatur & in hoc text. noster à prędicta l. 1.tit.2.lib.3.Ordinamenti, & d. l.9.tit.3.libro.4. Compilatio. Vbi prædicto priuilegio vocãdi ad Curiam prædicti Curiales potiuntur, dum sua exercent officia, & non alioqui, vt in ñostra l. exprimitur.

IN TEXTV, IBI:
Maguer no los falle en casa del Rey.
Scholium III.

7 Iuris sanè extat vtriusq; regula, qua cauetur nõ posse quem ratione cõtractus coueniri apud iudicẽ illius loci, vbi contraxerit, nisi ibidem inueniatur, cap. Romana, §.contrahentes, de foro competenti, lib.6.cap. vltim. eodem tit. & placuit Accursio, in l. hæres absens, §. 1. de iuditijs, videndus Couar. practicarũ cap.10. ex num.3. vsque ad septimum: vbi latè tractat de intellectu dict cap. Romana: specialiter ergo lex nostra statuit, vt si cum Regis familiari alius contrahat in Curia regia, in ea conueniri posśit, ratione cõtractus, licet ibi non inueniatur.

Textus tricesimussecundus.

Otro si a los oficiales que andan en casa del Rey, cuyos oficiales son, o con la Reyna fazen algun tuerto, o alguna fuerça estando con el Rey, o con la Reyna en su seruicio, aquellos que esto fizieren pueden ser emplazados ante el Rey, o ante sus Alcaldes, que les vengan a fazer derecho, segun dicho. Mas si a los sus hombres, o a los que anduuiessen con estos oficiales aca en la casa del Rey fiziessen fuerça, o tuerto. Maguer aca estando con los oficiales, les huuiessen fecho tuerto, no los emplazarian para casa del Rey, mas demandaran les para delante sus Alcaldes.

SVMMARIVM.

1 *Regis minister priuilegium habet euocandi reos ad regium prætorium.*

2 Præ-

2 *Prædicto priuilegio vocandi reos ad regium prætorium non gaudet famulus familiaris, regiſque miniſtri.*

3 *Intelligitur textus in l. 2. C. de Epiſcopis & clericis, & in l. nemine, C. de ſacroſanctis Eccleſijs, & in l. aſſumptio, §. fin. ad municipalem, & in authent. habita, C. ne filius pro patre, vſque ad numerum. 3.*

9 *Familiaritas multiplex eſt, & numeris ſequentibus.*

19 *Clerici famulus non poteſt trahere reum ad clerici tribunal.*

20 *Clericorum famuli quoad ſordida munera prædicto priuilegio gaudent.*

21 *Vxor, & filij clerici, in Eccleſia orietali, poſt eius mortē, nullo priuilegio gaudent, cum priuilegium perſonale, & perſona perempta non fiat extenſio.*

22 *Vxor nobilis, licet plebeia, gaudet priuilegijs nobilitatis marito mortuo, & qua ratione.*

23 *Intellectus textus in authent. habita eſt, vt ſtudentium famuli gaudeant priuilegio dominorum, dum ſeruiunt, & non alioqui.*

24 *Domini domicilio, & libertus gaudet, & num. ſequentibus.*

27 *Familiaris accipitur, ſiue detur, ſiue nō detur ei ſtipendium, dum familiæ aſsiſtat, & numeris ſequentibus.*

31 *Colonus adſcriptitius, familiaris dicitur.*

32 *Mercenarius, familiaris dicitur.*

33 *Vxor, familiaris dicitur.*

34 *Propinqui, domeſtici, & familiares appellantur.*

35 *Infertur intellectus ad legem primam, & ſecundam, C. de Epiſcopis, & clericis.*

36 *Priuilegium famuli clerici accipitur, dum in domo degit.*

Lex XXXII.

IN TEXTV, IBI: *Mas ſi a los ſus hombres.*

Scholium vnicum.

1 PROBAT Hæc l. Regis miniſtros, familiares, ſiue Curiæ oblatos, prædicto priuilegio euocādi reos ad regium prætorium in ſuis cauſis pertractandis potiri: non tamen hoc priuilegium extendendū ad eorum familiares, hi enim forum rei ſequuntur.

2 At huic noſtræ l. ſententiæ refragatur l. 2. C. de Epiſcopis & clericis, in illa verba: *Verumetiam hominibus eorundem, qui operam in mercimonijs habent diui Principis, id eſt, mei genitoris ſtatuta, multimoda obſeruatione caruerunt, vt ijdem clerici priuilegijs pluribus redundarent. Hactenus Imperator.* Ex quibus ſaneverbis manifeſte deducitur clericorum priuilegio,

3 eorum familiares frui: nec præ-
dictæ legi secundæ refragabitur
text. in l. neminem, C. de sacro-
sanctis Eccles. vbi clerici famuli
à muneribus nõ excusantur: pręe
dicta enim lex specialis est in
Principis aduentu, tũc enim ne-
mo immunis est: dicta verò lex
secunda de alijs excusationibus
loquitur, in quibus cũ clericus
excusetur, & eorum famuli ex-
cusantur, dominique beneficio,
& priuilegio potiũtur, & in cle-
rici mancipijs, vt domini prær o
4 gatiua eis prosit, statuit l. 1. C. de
Episcop. & cleri. & probat text.
in cap. Ecclesiarũ seruos, 12. q. 1.
& in cap. iudicatum, 88. dist. &
5 domini priuilegium familiam
eius habere decidit text. in cap.
ad liberãdam, de iudicijs, & do-
cet glos. in cap. clericum, 11. q. 1.
& quod de mãcipijs dicitur idẽ
6 obseruari in alijs famulis, mini-
stris, & familiarib', placuit Bal-
do in dict. l. 1. C. de Episcopis &
clericis, in principio, argumẽto
text. in d. l. 2. eiusdem tituli.

7 Vlterius sententiæ nostræ le-
gis obstat Pauli responsum in l.
assumptio, §. fin. ff. ad muncipa-
lem, vbi libertus, forum, & do-
micilliũ patroni sequitur, eiusq,
beneficio fruitur, & in l. si quis a
pluribus, eiusdem tit. vbi & si li-
bertus à pluribus manumissus
sit, omnium patronorũ domi-
8 cilium sortitur: vrget quoque
d. l. assumptio, versic. libertini,
vbi non solum hi, sed & qui ex
his nascuntur, patroni immuni-
tate patrocinãtur: quibus adsti-
pulatur textus in authent. habi-
9 ta, C. ne filius pro patre: vbi stu-
dentium, & maximè professorũ
familiaribus, beneficium domi-
norum indulgetur. Ad quorum
iurium interpretationem, & no
stri textus intellectum præmit-
to, familiaritatem multiplicem
10 esse. Quædam enim est familia-
ritas potestatiua, seu subiectiua,
scilicet patris in filium, & ab ista
potestate incepit prima iurisdi-
ctio in orbe, secundum Innoc.
in cap. super, de voto, num. 2. &
hæc fuit ratio iuris occidendi,
quod parẽtibus in filios permis-
sum fuit, cuius meminit lex in
suis, de liberis & posthu. cũ hæc
patria potestas à iure naturæ in-
ducta sit, vt eidem Innocentio
11 ibidem placuit. Alia est domini
in seruum, non tamen iuræ na-
turę, qua omnes liberi erant, sed
gentium, & ciuili, iuxta titul.
instituta de iure personarum, &
dominis quoque in seruos ius
vitæ, necisq, potestas data erat,
12 quæ hodie restricta est, iuxta te-
xtum in l. 2. §. sed dominorum,
ff. de his qui sunt sui vel alieni
13 iuris. Altera est viri in vxorem,
l. 1. de emendatione propinquo-
14 rum. Alia est domini in famu-
lum, de qua familiaritate loqui-
tur text. in l. 2. ff. de in ius vocan.
15 Alia dicitur familiaritas socia-
lis,

lis, de qua in l. apud Labeonem, §. ſi quis virgine, ff. de iniurijs:
16 & qui dicātur familiares, habetur in cap. ſicut, de verbo. ſignif. in 6. & de familiari recedente, & redeunte, ibi Ioannes Andreas docet, & eſt omninò intuendus Baldus in l. iuxta ſanctionem, C. de Epiſcopis & clericis, num. 4. Et de familiaritatis intimę apud diuerſos indit ijs non pauca congeſsic Alexand. ab Alexand. genialium dierum. libr. 1. cap. 26. inſpiciendiq; ſunt Cæſar. libr. 3. belli Gallici, & Luca. lib. 4. & Plutarchus in vita Antonij, & Strabo lib. 3. & Diodorus libr. 4. c. 1.
17 Quibus præmiſsis, ſentētiæ noſtrę legis non obſtat textus in d. l. 1. & 2. C. de Epiſcopis & clericis, quia loquuntur leges hæ ſpecialiter in mancipijs, & alijs clericorum familiaribus, qui cū clerici non grauentur, grauari non debent propter incommodum, quod ipſi clerico eueniret, vt Baldo, & Alberico placuit in d. l. 1. & 2. & prædictis iuribus conuenit l. 51. titul. 6. par. 1. & ibi Gregorius ſcholio. 6. docēs hoc clerici priuilegium ad alios nō extendi, cum regulariter familiares dominorū priuilegijs nō gaudeant, quod ante eum adnotauit Bald. in d. l. 1. in principio, Albericus in d. l. 2. in fine: tum, quia hoc priuilegium accipitur quoad munera ſordida, & vilia, vt in d. l. 1. & 2. C. de Epiſcopis, & clericis, & in prædicta l. partitæ adnotatur, & in l. placet, C. de ſacroſanctis Eccleſijs, cap. nouatum, 16. q. 1. cap. Eccleſiarum ſer
18 uos, 12. quęſt. 2. noſtra tamen lex loquitur in diuerſo caſu, nempè in fori mutatione: tunc enim familiares domini priuilegio nō potitur, ſicut nec clerici famulus non poſset trahere reum ad
19 clerici tribunal, ſed in eius foro, & domicilio aduerſarium debe-
20 ret conuenire: hique clericorū famuli prædicto priuilegio quo ad prędicta ſordida munera, dūtaxat, potiuntur, ſi domino ſeruiant, cum priuilegium non habeant propter ſe, ſed domini fauore, ceſſante itaq; fauoris cauſa, fauor ceſſat, vt docuit Bald. in d. l. 2. C. de Epiſcopis & clericis,
21 num. 5. ſicut vxor & filij clericorum in Eccleſia orientali, poſt eius mortem, nullo priuilegio gaudent, cū ſit priuilegium perſonale, perſona itaque perempta non fit extenſio, vt idem Baldus docet in d. l. 2. C. de Epiſcop. & clericis, nu. 7. quod eſt notabile.
22 in nobili enim alia militat ratio cum ſanguinis priuilegium ſit, quod extenſionem habet.
23 Neque vlterius refragatur textus in d. authent. habita, C. ne filius pro patre, cum eadem ratione, quod in clerici famulis diximus, in ſtudentium familiaribus procedat, qui priuilegio fruuntur, dum ſeruiūt, & non alioqui,

qui, vt tradit Baldus in dict.l.2. num.5.

24 Neque rursus obstat dict.l.assumptio, §.fin. & §. libertini, & dict.l.si quis à pluribus,ff.ad municipalem:illa enim iura procedunt in domicilio domini, quo & libertus gaudet, vt ibi conue-
25 niatur: casus tamen nostræ legis diuersus est, cum loquatur de extrahendo reo de eius domicilio: hoc enim priuilegium nec etiã patrono competit,vt ex ipsis iuribus deducitur, & expresse docuit Accursius in d.l.assumptio, §.filius ciuitatem, vers. *Non domicilium sequitur*, ad municipalẽ:
26 vera itaq, manet, defendendaq, nostri textus sentẽtia,vt domini beneficium familiaribus nõ indulgeatur,nisi in his, & cum distinctione, quam superius animaduertimus, in qua materia fa-
27 miliarem accipere debemus, siue stipendiũ sibi detur, siue non dum familiæ assistat, vt docuit gloss. in cap. in literis,de testib. & Angelus in tractat.maleficiorum,in parte,nec non ad querelam,colum. 7. Familiaresque &
31 domestici,ijdẽ sunt,familiarisq, dicitur colonus adscriptitius, iu
32 xta l.fin.§.sane, ff. de his qui ad Eccles.confug. item & mercena
33 rius, iuxta l.respiciendum, §. furta,ff.de pœnis: & vxor quoq, familiaris & domestica dicitur, iuxta textum in l. 1. ff.ad Silani. l.quicunque, C. de re militari, & habetur in capite, necesse, 49. distinctio. & propinqui quoq,
34 largo modo domestici appellantur in l.1.C.de emendatione seruorũ,& adnotauit gloss.in summa,verb.quod vero,3.quæst.5.& gloss. in c. 1. qualiter iurare debeat vasallus domino fidelitatẽ in consuetud. feudor. alia glossa in d.l.quicunque, & glos.in cap. in literis,de testibus. Licet olim familiares soli serui dicerentur, tradit Macrob.lib.1. Satur.c.11. ex his enim tantum & dominis familia constabat, qui patresfamilias nuncupabantur,serui autem familiares, vt Seneca ad Lucill.animaduertit: & hinc disputatio fuit inter Consultos, quot serui familiam facerent, l. detestatio.40.§.vnicus,de verb.sign. & adnotauit Cicero in oratione pro Cœcina:hodie vero familiæ appellatio variè accipitur,l.pronuntiatio,§.familiæ,ff.de verb. significatione.

35 Ex quibus infertur interpretatio ad dict. l.1.& 2.C. de Epis. & clericis,vbi clerici familiares, vt supra ostendimus, beneficio dominorum potiuntur: accipitur enim in colono adscriptitio, partiario,mercenario,& conductitio,cum hi omnes secundum anteriorem interpretationem sub familia comprehendantur:nam cum fauor prędictus sit prætextu clerici æquè militat in domesticis, sicut in mancipis, alijsque

aliiſque famulis: lex tamen partitæ 5 1.tit.6.part.1. hoc priuilegium tantum videtur indulgere clericis & familiaribus in eorum domibus degentibus, quod ex prædicta lege admittit Doctor Grego. Lopez ibidem glossa ſexta.

Textus triceſimustertius.

OTro ſi los eſcriuanos, o los abogados, o los otros oficiales, a quien deuē algunos dar algo por las coſas q̄ les librā en la Corte de ſus oficios, puedēlos fazer emplazar a que vengā a cumplirles de derecho a caſa del Rey. Mas ſi eſtos oficiales recibieron fiadores por aquello que les auian a dar, no ſerian los fiadores emplazados para caſa del Rey: ſaluo ſino fueſſe fiador por algun concejo. Ca por razon que es fiador por concejo, ſerà emplazado para caſa del Rey.

SVMMARIVM.

1 *ADuocatus, aliique Curia officiales, pro ſtipēdiis ſuis poſſunt apud Curiam reos conuenire, & nu. ſeq.*

3 *Reus debendi ad Curiam trahi poteſt, non verò eius fideiuſſor.*

4 *Intelligitur textus in l. centum Capuæ, de eo quod certo loco.*

5 *Ex mora rei non augetur obligatio fideiuſſoris, & num. ſeq.*

7 *Ad intereſſe nō tenetur fideiuſſor.*

8 *Fideiuſſor ratione vſurarum tenetur.*

9 *Mora rei nocet fideiuſſori quoad perpetuandam, non quoad augendam obligationem.*

Lex XXXIII.

IN TEXTV, IBI: *Otro ſi los eſcriuanos, o los abogados,*

Scholium I.

1 SEntētia huius l. eſt, tabelliones, aduocatū, alioſquè Curiæ miniſtros pro ſtipēdiis ſuis poſſe apud Curiam reos cōuenire, quæ ſententia norabilis eſt, & huius caſus Curię ante noſtram l. nulla meminit vſusq, ſtylus, & praxis eā recepit, frequēterq, literæ regiæ expediuntur in regiis Auditoriis ad petitionem aduocatorum, & Curię tabellionum, procuratorum, & aliorum Curialium pro ſtipendiis, vel ſportulis eorum, & poſt noſtram legem quoad prædictos tabelliones idem diſpoſitum extat in l. 1.tit.2.lib.3.Ordinam. & in l.9.
2 tit.3.libro.4. Compilationis. In aduocatis tamē ſolum in noſtra l. prouiſum video, quæ erit ſeruanda cum praxis admiſerit.

IN

IN TEXTV, IBI:
No ferian los fiadores emplazados para casa del Rey.

Scholium II.

DOcet hæc lex in
3 secũda parte, ad-
uocatũ, aliosquè
Curiales posse
reos debendi ad
Curiam trahere, non verò eorũ
fideiussores, in quo sentẽtia no-
stræ l. iuri cõsentanea est, & pro-
batur in l. centum Capuæ, vers.
nec oportebit secundum vnum
intellectum, ff. de eo quod certo
loco. Prædictus enim versiculus
4 septem habet lecturas: quinque
referuntur ab Accursio ibi, ver-
bo, oportebit: sexta, verbo, au-
geri: septima est Petri de Bella-
pertica, & refert eam Accursius,
verbo, reum, & Barto. & Baldus
notant in principio ipsius legis:
& ordinarij repetũt, quos trans-
cribere non est ciuile, & sane ra-
tio nostræ conclusionis, secun-
dũ prædictũ intellectũ est: nam
5 alias diceretur augeri obligatio
fideiussoris ex mora rei, quod
ipsa lex negat: & ideo si quis cer
6 to loco soluere promisit, & fide-
iussorem dedit, quamuis ibi con-
ueniri possit reus ratione desti-
natæ solutionis: non tamen con
uenitur fideiussor, cuius forum
actor sequi debebit, vt scribit
Albericus in dict. l. centum Ca-
7 puæ, num. 4. Quinimo, & si reus
erat obligatus ad centũ, & quia
in loco destinato nõ soluit, con-
demnatus est in decem (pro eo
quod interest) ad hoc non ad-
stringitur fideiussor, vt ibidem
Albericus adnotauit, & ante eũ
Bartol. in dicta l. cẽtum Capuæ,
ante numerum primum, & Bal-
8 dus num. 1. Neque huic prædi-
ctæ legis, centum Capuæ, intel-
lectui obstat textus in l. quæro,
ff. locati, vbi fideiussor ratione
vsurarum, non verò eius quod
interest, noxius est: distat enim,
quia vsuræ (per stipulationem
promissæ) intelligũtur à reo sta-
tim debitæ: & per consequens
à fideiussore, & ideo tenetur ad
eas, sed illud quod interest ex na
tura obligationis non debetur,
& ideo non obligat fideiussorẽ,
Baldus, & Albericus in dicta l.
9 centum Capuæ, num. 4. Neque
refragatur prædictis textus in l.
mora, de verbor. oblig. vbi mora
rei nocet fideiussoribus: loqui-
tur enim illa l. quoad perpetuã-
dam, non verò quoad augẽdam
obligationem, vt docet Accur-
sius in dict. l. mora, vers. quoque,
& prædicta l. centum Capuæ,
variè accipitur ab scriptoribus:
quoad nostram tamen l. spectat
verissima, & receptissima con-
clusio est, fideiussorẽ in eius foro
conueniendum, quãuis reus de-
bendi ad Curiam trahi possit, &
placuit Gregorio in l. 13. tit. 11.
part. 5. schol. 4.

Lex

Textus tricesimusquartus.

SI algun hombre tiene carta del Rey, de merced de donadio, o de otra coſa, e ha en la carta del Rey pena pueſta de dineros, o de otra coſa que el peche, e alguno paſſa contra lo que es otorgado en la carta del Rey, puede ſer emplazado para caſa del Rey a querella de aquel a quien fue otorgada la merced por la carta del Rey. E ſi el emplazado fuere deſto vencido ante los Alcaldes, pechará la pena al Rey, que es pueſta en la ſu carta, ca ſuya es del Rey eſta tal pena, e no del ſu alguazil.

SVMMARIVM.

1 *EX Regia donatione donatarius poterit ad Curiam Regiã trahere grauamen ei ſuper ipſa donatione inferentem, & num. ſequenti.*

3 *Donatio interpretatur ſecundum qualitatem donatoris.*

4 *Si Rex, vel alius dominus aliquid donet Eccleſiæ, vel clerico, & lis ſit ſuper re donata, actio intenditur ante ipſum Regem, vel dominum donantem.*

5 *Si quæſtio feudalis ſit, cognoſcit de ea dominus feudi, etiam ſi ſit ſecularis, & conuentus clericus ſit, & num. ſeq.*

7 *Clericus vaſallus poteſt eſſe, nedũ Eccleſiæ, ſed etiam laici ratione feudi.*

8 *Dominus feudi Eccleſiaſticus habet iuriſdictionẽ ordinariam in laicum, quanuis laicus reus, & conuentus ſit, & numeris ſequentibus.*

Lex XXXIIII.

IN TEXTV, IBI: *Puede ſer emplazado para caſa del Rey.*

Scholium vnicum.

1 PROBAT Hæc l. donatariũ ex regia donatione, ſi ſuper re donata grauamẽ ab aliquo recipiat, poſſe apud Curiam regiam grauamẽ inferentem trahere: alius itaq, & notabilis Curiæ caſus à noſtra l. recẽſetur, cuius nulla l. ira expreſſè meminit: & quidem meritò donatarius à Rege, & eius Cu-
2 ria defenditur. Nam quãdo quis poſsidet rem donatam à Rege, ipſe Princeps poſsidere dicitur, vt ex multis refert Grego. Lop.
3 in l. 53. tit. 5. part. 5. gloſ. 4. Semper enim donatio interpretatur ſecundum cõditionem, & qualitatem perſonæ donantis, vt eidem Gregorio placuit in l. 27. tit. 1.

tit.1.par.1.glossa.3.& nostræ legi conuenit textus in l.57.tit.6. par.1.vbi si Rex,vel alius dominus aliquid donauerit Ecclesiæ, vel alicui clerico, & lis mouea-
4 tur super re donata, actio intenditur apud ipsum Regem, vel dominum donãtem, & ante eũ, & non ante alium iudicem Ecclesia, vel clericus respondere debet, quæ profectò lex notatu digna est, eique concinnit text. in cap.cæterum,de iudicijs,& in cap. ex transmissa, & in cap. ve-
5 rum, de foro competenti: vbi si quæstio feudalis sit, cognoscit de ea dominus feudi, etiam si sit tẽporalis:& conuentus reus Ecclesia, vel clericus: & ratio est, quia dominus feudi habet ordinariam iurisdictionem in vasallum, respectu causæ concernentis feudum, quoniam prædicta iurisdictio sibi à lege cõceditur, iuxta textum in l. Imperialem, de prohibita feud. alienatio. in libr. feudorum, & in cap.nouit, de iudicijs, vbi Abbas: & idem Abbas in dict. cap. cæterũ,nu.1. & adnotauit Innocẽtius in cap. cum ab Ecclesiarum, de offitio ordinarij,& in cap.quanto, eod. tit.& Bernardus in scholijs ad c. suspicionis, & ad cap.P. & G. de offitio, & potestate iudicis delegati, & Accursius per textũ ibi in l. & quia, ff. de iurisdictione omnium iudic. estque omninò inspiciendus Abbas in dict. cap.
6 cæterum, num. 6. quod inducit ad hoc,vt quando prætextu certæ causæ per legem ciuilem iurisdictio alicui tribuitur,sub ea comprehẽdantur clerici actiuè, & passiuè,etiam in præiudicium ordinariæ iurisdictionis Episcopi, si in prædictis viget illa qualitas super qua fundatur iurisdictio, idem Abbas in cap.verum,
7 de foro competenti, nume.2.Ex quo vnum profectò notabile deduxit, nempe, vt clericus possit esse vasallus,nedum Ecclesiæ,sed etiam laici ratione feudi, iuxta textum in cap.solitæ,de maiori-
8 tate & obediẽtia: quod quidem reciprocum erit:nam etiam dominus feudi,si Ecclesiasticus sit, habebit iurisdictionem ordinariam in secularem,si de feudo lis sit, vt eidem Abbati placuit in
9 dict. cap. verum, num.5. In Hispania tamen nonnulli hæsitãt de hac opinione, ex textu in l.5. titul.1.lib.4.Compilationis, vbi clericus,vel Ecclesia super re donata à Rege, si laicũ conueniãt, ante iudicem secularem, & non ante Ecclesiasticum conuenire debẽt.(His enim nominibus doctrinæ gratia vtor,licet sciã neq, vnum, neque alterum apud Latinos recipi, nisi in diuerso significatu) apud Priscos enim seculare dictum fuit, quod centesimo quoq, anno instaurabatur, vt videre est ex Plinio lib.7.c.48. Sed profectò si bene perpendantur

tur verba d.l. Compilationis, nõ ſolum refragantur, imò ſuffragantur prædictę veriſsimæ con-
10 cluſioni: ratio enim prędictæ legis Regni à ſuperius adnotatis petenda eſt: ideo enim prædicta compilata lex ad iudicem ſecularem prædictam cognitionem pertinere ait: nam ſupponit rem à Rege proceſsiſſe, & ideo cum Rex ſit dominus ad eum, & eius magiſtratus ſpectat cognitio, vt in feudo, ex d.c. tranſmiſſa diximus, & ex prædicta lege Compilationis confirmatur lex noſtra, cum donationis regię cognitio ad prædictũ Regem pertineat.
11 Nullam itaque vtroq. iure difficultatem prædicta ſentẽtia habet, nempe, vt lis feudalis ad dominum feudi ſpectet actiuè, & paſsiuè, ſiue dominus, ſiue vaſalli, ſeculares, vel Eccleſiaſtici ſint.

Neque ignoro Ioan. Andre. opinionem in dict. cap. cæterũ, docentis, erraſſe eos qui defendunt dños feudi ſeculares poſſe Eccleſiam, & clericos iudicare, cum laici clericos non iudicent, cap. 2. de iudicijs, aitque, legem ciuilem contra hunc canonem ſtatuere nihil poſſe, neq. etiam legem Canonicam cũ nequeat tollere priuilegium indultum Ecclesæ, & eius miniſtris à iure diuino: rectè enim ſatisfacit Felinus in dict. cap. cæterum, nu. 3. & 4. & eſt omninò intuendus Gregor. in dict. l. 2. ſchol. 2. Ego tamen ingenue fateor Ioan. opinionem æquitate, & religione plenam eſſe, cũ magna ſit ratio, quæ pro ea facit l. ſunt perſonæ, ff. de religioſis.

Textus triceſimusquintus.

SI algun hombre fuere fallado en caſa del Rey, quier ſea oficial, o no, ſino vino al plazo por lo que del ſe querella, maguer ſea tal la demanda porque deua reſponder, no es tenido de reſponder faſta que le embien a ſu caſa, e lo emplazen deſpues, ſaluo ſino lo demãdaſſen por contrato que huuieſſe fecho en la Corte, o ſi ſe ouieße el venido a caſa del Rey, ſin mandado, o que huuieße venido por alguna de las otras coſas que pone el derecho, porque ha derecho que lo embien a ſu caſa, ca eſtonce tenido ſerà de reſponder, maguer no vino emplazado ſobre ello: mas ſi el ouieſſe ya venido por el emplazamiento, o por mandado del Rey, o por razon de alguna de las coſas que pone el derecho, porque ha derecho de tornar a ſu caſa, y eſtonce no ſerà tenido de reſponder faſta que le embien a emplazar a ſu caſa. Mas en otra manera, ſi lo fallan en caſa del Rey, tenido es de reſponder, y, maguer no vega emplazado ſobre ello. Si tal es el pleyto porque ſe aya de librar en caſa del Rey, pues el por ſi ſe vino a caſa del Rey, y lo fallan ay.

SVMMARIVM.

1 INuentus in Curia regia, ibi nō conuenitur, si competat ei ius reuocandi domum.

2 Regula est, vt in suo foro quilibet coueniatur, nisi reperiatur in Regis Curia, excipitur tamen ab hac regula legatus, & aliæ personæ, quæ ad domum suam iudicium reuocare possunt.

3 Legatus non solum gaudet priuilegio reuocandi domum, & domicilium, sed vt in eo, durante legatione, non conueniatur, quæ regula locum habet in omnibus, qui ex causa necessaria, vel quasi sunt absentes à domo sua: nam dum absentia durat, non conueniuntur, & num. seq.

5 Absens ex causa necessaria nō est compellendus constituere procuratorem, & num. seq.

7 Si contra prædictos absentes sententia feratur, vel aliter procedatur, ita vt eorum ius læsum sit, restitui possunt, & num. seq.

9 Si impedimentum absentis ex causa necessaria, vel quasi esset longo tempore duraturum priuilegium reuocandi domum habet, nō tamen differendi litem donec in domum reuertatur, & num. sequenti.

11 Quod dicatur impedimētum longum, & quod perpetuum iudicis arbitrio relinquitur, & numer. sequenti.

13 Longum impedimentum dicitur, quod subest vltra spatiū quinque annorum.

14 In casu dubio semper impedimentum interpretatur perpetuum, cōpellitur itaque qui impeditus est procuratorem mittere.

15 Priuilegium adfert iudicij dilationem, si temporale sit: si tamen sit perpetuū non excusat, & nu. sequenti.

17 Diuersitas est inter impedimentum proueniens ex priuilegio, aut ex accidenti.

18 Quando causa celeritatem desiderat, statim quis experiundus est, neque impedimentum in hoc casu litem differt.

19 Quando quis impeditus est eius suffragio, stipendioque constituto non gaudet priuilegio reuocandi domum.

20 Legatus, durante legatione, non conuenitur, quamuis eius suffragatio, & stipendio constito, dignitatem perceperit.

21 Ex affectu alicuius præsumitur animus male se gerendi.

22 Interpretatur text. in l. vniuersi, de legatio.

23 In rebus mobilibus, & semouentibus, priuilegium reuocandi domum non datur.

24 Verbum, aliud, denotat similitudinem.

25 Intelligitur text. in l. si legationis, ff. de iudicijs.

26 Origo contractus desideratur.

27 Priuilegium ne quis conueniatur dum

dum legationis cauſa adeſt in Curia, accipi debet in his, quæ ante legationē originem habuerunt, & num. ſequentibus.

30 *Intelligitur text. in l. ſi legatus, ff. ad Senatumconſult Trebel.*

31 *In reconuentione nō datur priuilegium reuocandi domum.*

32 *In cauſa appellationis non habet locum reconuentio, & nonnulla de hoc num. ſequentibus.*

38 *Procurator ciuitatis, qui venit ad Curiam, ibi conueniri poteſt, nec gaudet priuilegio reuocandi domum, & quomodo hoc accipiatur, & nu. ſeq. declaratus.*

40 *Priuilegia reuocandi domū, renuntiari potuit.*

41 *Diuerſitas eſt inter immunitatem, quæ competit ex priuilegio, vel eam quæ ipſo iure.*

42 *Non aliter prædictum reuocādi domū beneficiū datur, niſi præſtita cautione iudicio ſiſti: hæc tamē nuda ſufficit, neq̄ ſatisdatio hoc caſu deſiderabitur, & n. ſeq.*

44 *Offitio functus non habet priuilegium reuocandi domū, & quomodo hoc accipiatur, & nu. ſequenti.*

46 *Priuilegium offitij durat in ſyndicatu.*

47 *Intelligitur text. in l. 2. §. item ſi extra prouintiam, ff. de iudicijs, & nu. ſequenti.*

49 *Priuilegium reuocādi domū, nō competit, ſi ante offitium aſſumptum in Curia quis cōtraxiſſet.*

50 *Legatus quāuis ante legationem in Curia cōtraxiſſet, nō compellitur ibi ſe defendere, ſed domū reuocare poteſt.*

51 *Interpretatur text. in Authent. qua in prouintia, C. vbi de crimin. agi oporteat.*

52 *Diuerſitas eſt inter priuilegium clauſum, & nō clauſum in corpore iuris, & nu. ſeq.*

54 *Interpretatur text. in l. cum quaeritur, ff. de legationibus.*

55 *Exponitur text. in l. eū qui Epheſum, §. 1. ff. de conſtit. pecunia.*

56 *Deſtinatio ſolutionis non debet plus operari, quàm locus cōtractus, & num. ſeq.*

58 *Interpretatur text. in l. cum furioſus, §. quod legationis, ff. de iudicijs, & num. ſequentibus.*

63 *Contentum pro continente, & è conuerſo vſurpatur, & nu. ſeq.*

65 *Nunquam diſceditur à verborum proprietate, quàm ſi cōſtet legem ſenſiſſe.*

66 *Nullus aptior intellectus eſt, quā qui verbis quadrat.*

67 *Animi placitū litera exprimūt.*

Lex XXXV.

IN TEXTV, IBI: *Haſta que le embien a ſu caſa.*

Scholium I.

PRobat hæc lex, inuentū in Curia regia, ibi non poſſe cōueniri, ſi ius reuocandi domū ei cōpetat: ad cuius ſententiæ declarationē animaduertendū eſt, reū nunquam

nisi in eius domicilio conueniẽdũ, iuxta iura vulgaria, nisi inuẽtus esset in Regis Curia: nam cum cõmune domiciliũ sit, ibi quis cõueniri potest, iuxta text. in l.2.§. legatis, ff. de iudic. cui conuenit l.4.tit.3.p.3. à qua re-
2 regula excipitur Legatus, vel ij qui testimonij perhibendi, vel ius dicendi causa, vel ad litẽ ciuitatis suę prosequendã, vel ob aliã similem in curiam sit euocatus: hic enim apud Curię iudicem respõdere nõ adstringetur, sed ad domũ suã iudicium reuocare poterit, vt in d.§. legatis, adnotatur in illa verba: *Legatis in eo, quod ante legationẽ contraxerũt: item his qui testimonij causa vocati sunt, vel si qui iudicandi causa accersiti sunt, vel in prouintiã destinati reuocãdi domũ ius dicatur:* cui cõcinnit prę d.l. Partit.4.tit.3.p. vbi & alię causæ recẽsentur vltra expressas a d.§. legatis.

3 Rursus d.§. non solũ accipiẽdus est in prædicto reuocandi domiciliũ priuilegio, sed vt in eo dũ causa necessaria, vel quasi absentiæ durat, non conueniatur, alioqui enim absens obligaretur se defendere, & legationem, litẽvè reipublicæ deserere, aut procuratorẽ mittere, ad neutrumque cogendus est, iuxta text. in l.2. & melius in l. eundem plures, ff. de legatio. in illis verbis: *Suscepta verò legatione nõ nisi iniuncto munere fungatur:* ex quibus verbis satis constat,
4 munus, causamvè absentię fundtam esse debere, ad hoc vt quis in ius accersiri possit, lisvè debeat pertractari, etiam in eius domicilio, quod omninò deducitur ex text. in l. fi. ff. eum qui appel. in prouin. in hæc verba: *Hoc enim illis præstatur, ne necesse habeant se defendere, qui reipublicæ*
5 *causa absunt:* neq, etiam, vt diximus, saltim si causa grauis sit, compelli conuẽtus, debet procuratorẽ cõstituere, iuxta text. in c. querelam, de procurato. & docet Bonifac. Rogerius cons. 2.1.p.nu.44. ait enim per reuocandi domũ priuilegium non posse legatũ, & eum qui reipublicæ causa abest, vel ad Curiã, ex alia simili causa vocatus est, ibi conueniri, ne scilicet distrahatur, & mens eius, & animus vexẽt, vt verbis authoris vtar, & multò magis nõ cogitur de-
6 fendi in domo sua à qua abest, & cuius cõtrouersiæ occasione magis animus, & mens legati
7 subuerteretur: & ideo si contra prędictos absentes in Curia, vel in eorũ domicilio sentẽtia feratur, vel aliter procedatur, ita vt ius absentis læsum sit restitui posse, Accurs. animaduertit in d.l. eundẽ plures, ff. de legatio. verb. *fungatur*, & in prędictũ sensum accipienda est lex nostra: nam dum supponit apud Curiam neminem cõueniri, & respon-

spondere nō teneri vsq, in domum suam reuertatur, intelligere debemus in prędictis casibus, vel alijs similibus, quorum causa quis in Curia adest, apertèq, prædicta sententia probatur in prædicta nostra lege, dū ait, absentem à domo, neq, in Curia cōueniendum, neq, etiā in eius domicilio, donec in id
9 reuertatur, & à nemine ad hoc pōderatur, & animaduertitur, estque notatu digna ad intellectum l.10. tit.7. lib.6. Compila. ibi: *Fasta que sean tornados a sus tierras*. In Curiæ enim procuratoribus lex illa loquuta est, qui in Curia nō conueniuntur, nec in domo, donec ad eam reuertantur, & hoc iure vtimur, licet variè hęc lex intelligatur, cuius declaratio, vt sumptibus procuratores non vexētur hac tēpestate petita fuit, & additum, vt morę quoq, lites ante assūmptū offitium, suspenderētur, vt nō nisi iniūcto munere fungerentur procuratores, nondū tamē à Rege respōsum est. Sed prædicta receptissima & verissima determinatio in aliquibus subuertitur, excipitur, & limitatur.

Primaq, exceptio erit, quādo impedimentū esset longo tempore duraturū, quo casu absens ex causa necessaria, vel probabili, licet habeat priuilegiū domū reuocandi: non tamē differēdi litē, donec in domū reuertatur
10 priuilegio potietur, sed mittere procuratorē debebit, iuxta doctrinā text. in l. si longius, ff. de iud. & ex adnotatis ab Scribentib⁹ in l.2. §. si quis in iudicio, ff. si quis cautio. & in c.2. de procur. & probat de iure regio text. in l.11. tit.7. p.3. vbi Greg.
11 Lop. schol. 8. & schol. 9. interpretatur, quid sit impedimētū longū, & quid perpetuū, & quādo quis nō habet defiitum tempus, intelligi perpetuū in l. Iurisperitos, ff. de excusatio. adno
12 tatur, & in hac materia verior doctrina est, vt relinquatur iudicis arbitrio an impedimentū sit longo tempore duraturum,
13 necne: & ad hoc vt longū dicatur debere subesse per spatium quinq, annorū, docuit Alexan.
14 in d.l.2. §. si quis in iudicio, n.5. subditq, nu.6. in casu dubio, an impedimentū futurū esset longum, perpetuū, aut breue, semper interpretandū perpetuū, argum. text. in l. sufficit, de cond. indeb. & notat glos. in clemen. 1. de rescrip. & in c. si. d rescrip.
15 in 6. & DD. animaduertūt in c. querelam, de procur. hancque indubitatā cōclusionē elliciūt, vt si quis ex priuilegio perpetuo non adstringatur iudicio superesse, compellatur procuratorem constituere, iuxta textum in l. quicunque, & in Authentica hoc ius, ff. de procuratoribus, si verò priuilegium

ad tempus sit, tunc neque iudicio superesse debeat, neq, procuratorē mittere, l. 3. ff. de inius vocan. d. l. 2. §. legatis, ff. de iud.
15 Priuilegiū enim adfert iudicij dilationem, vt Bald. & Alberic. animaduerterūt in d. l. 2. §. in iudicio, ff. si quis cautionib. nu. 5. quod vt plenè liqueat, accipiendum est, cū ipsius Baldi, & Alberici distinctione, qui d. nu. 5.
16 diuersitatē constituūt inter impedimentū proueniens ex priuilegio, aut ex accidenti, illud enim si ad tēp' sit exceptione dilationis iudicij iuuatur, siue in Curia, siue in domicilio, donec impedimentū cesset, l. 3. ff. de in ius vocan. si verò sit perpetuū, reus non excusabitur, cum hoc casu procuratorem mittere debeat, l. fi. C. de iniur. & ratio est secundum Bald. ibid. nam alioqui iudicium, neq, exordium, neque finē haberet, sed illusorium redderetur, quod esset absurdum: si impedimentū tamē
17 ex accidenti sit, tunc refert, an casus contigerit culpa rei, necne: & si culpa pręcesserit, procuratorem mittere reus tenebitur, l. Papinianus exuli, ff. de minor. aut impedimētum sine culpa rei contigit, & tunc reus procuratorē constituere nō adstringetur, donec accidentale impedimentum cesset.
18 Secunda exceptio erit, quādo causa celeritatē desiderat, tunc enim quanuis quis gaudeat priuilegio trahendi iudicium ad domicilium suū, ibi tamen statim experiendus erit, & procuratorem mittere debebit, neq, impedimentū hoc casu litē differet, iuxta text. in c. oblatæ, in fin. de appel. & Abbatis doctrinam, in c. cum dilecti, nu. 13. de dolo & contum. vbi inquit, impeditū debere constituere procuratorē, vbicūq, causa exigat celeritatē, argu. text. in l. 1, ff. de dam. infect. & eorū quæ notat Bart. in l. 4. §. prætor ait, eodem tit. nu. 3. quod æquissimum est, ne propter impedimētū vnius, alterius causa pereat, argu. tex. in c. iniusta, 23. q. 4. & in cap. saeris, de sepultu. & in c. causam, de præbē. & in c. deniq, 14. q. 5.
19 Tertia exceptio erit, quando quis suffragio dignitatē, & munus percepit, stipendioq, constituto, quo casu nec reuocādi domū priuilegio vtitur, & multò minus, vt in ea non cōuenia tur impedimēto durante, iuxta singularem profectò text. in l.
20 vniuersi, C. de legation. lib. 10. qui text. solū ab hac regula excipit eos, qui in legationibus publicis versati sunt: hi enim quāuis suffragio & stipēdio cōstituto dignitatem perceperint præd. priuilegio reuocandi domū fruūtur: & ratio diuersitatis est, quia hęc dignitas quomodo cūq, cōsequat, ex mera liberali

tate

tate procedit, ſecundũ Bart. in d.l. vniuerſi, nu.1. in alijs verò muneribus, quæ minoris cõſiderationis ſunt, præſumitur affectus: argu.text. in l. ſpadonẽ, §. fi.ff.de excuſ.tut.& eorũ quæ adnotauit Bart. in l.2.in fin.C. de murilegul. docẽs ex affectu
21 alicuius præſumi animũ malè ſe gerẽdi: de hac tñ exceptione ſemper dubitaui: & ſi rectè cõſiderẽtur verba text.in d.l.vniuerſi, ad noſtrũ propoſitũ nihil
22 ſpectant, quæ tãtum decidunt dignitates affectu, & ſuffragio perceptas, non præbere excuſationẽ à muneribus: an verò hi qui promoti ad eas ſunt, habeant priuilegiũ reuocãdi domum necne? lex nõ decidit, remanetq, in diſpoſitione iuris, ſecundũ anteriorẽ interpretationẽ: & quãuis ille text. habeat diuerſos intellectus hic magis placuit Bart. & Plateæ in dict.l. vniuerſi.
23 Quarta exceptio erit in rebus mobilibus, & ſemouentibus: in his enim, priuilegiũ reuocãdi domum non datur, vel ſaltim ſi hoc cõpetat in eius domicilio cõueniri reus poterit legatione, vel impedimento durante, quãuis impedimentũ ad tẽpus ſit, ex pulchra deciſione text. in l.ſi legationis tẽpore, ff.de iudi. in his verbis: *Si legationis tempore quis ſeruum, vel aliam rem emerit, aut ex alia cauſa poſsidere cœperit, non iniquè cogetur eius nomine iudiciũ accipere: aliter enim poteſtas dabitur Legatis, ſub hac ſpecie res alienas domum afferendi:* & ratio eſt, ſecũdum Bald. ibidem, in principio, ne Legatus recedat cum rebus alienis, aut pretio nõ ſoluto, quã rationem, & ipſa lex reddit in verſic. aliter enim, neq; refragãtur illa verba: *Aut ex alia cauſa poſsidere cœperit:* de-
24 bet enim accipi de cauſa ſimili præcedenti: verbũ enim, *aliud*, denotat ſimilitudinem, glo. in l.ſi fugitiui, C. de ſeruis fugiti. gloſ. verb. *alij*, in Clement. 1. de reſcrip. vt ſit ſenſus, prædictam l. loqui in re mobili, vel ſemouenti, ex contractu emptionis, ex aliovè permutationis, vel ſimili, hoc enim indicat verbũ,
25 *aliud*, ibi appoſitum: ego tamen huius interpretationis ſemper anceps fui, putaremq, d.l.ſi legationis, in re mobili ſemouẽti, & immobili quoque procedere. non enim inuenio diuerſitatis rationẽ, cũ res mobilis poſſit in iudiciũ deduci, quę maioris qualitatis & quãtitatis eſſet, quã res immobilis, longè itaq, alia ratione exiſtimo, Iureconſultũ ibi ſtatuiſſe, cogendũ eſſe legatũ liti moræ durante legatione reſpondere: ea nempe, quia rem emit, & poſſeſſionem adeptus eſt tempore legationis, vt probant illa verba *ſi legationis tempore*, & ſic conſidera-

26 siderat origo contractus, l. si-
stulas, §. fundum, ff. de contrah.
empt. Priuilegiũ enim, ne quis
conueniatur, dum legationis,
litisvè reipublicæ causa, in Cu-
ria adest, accipi debet in his quę
ante legationẽ, vel absentiam,
originem habuerũt, vt Vlpia-
nus respõdit in d. l. 2. §. legatis,
28 ff. de iudicijs. Ex dicta itaque l.
si legationis, vera elicitur sen-
tentia, vt si quis tempore lega-
tionis contrahat, siue super re
mobili, siue super immobili ad
domũ iudicium reuocare non
possit: si tamẽ ante legationem
possidere cœperit, ea durante,
non solum prędicto priuilegio
reuocãdi domũ potietur, iux-
ta d. §. legatis, verumetiam in
domicilio suo non poterit con
ueniri, nisi legatione finita, iu-
xta l. pen. ff. de legatio. & hic, si
quid iudico, est verus prædictę
29 legis, si legationis sensus, qui
intellectus cõfirmatur ex textu
in l. non aliàs, §. sed si postule-
tur, ff. de iudicijs, vbi lis fuit su-
per re semouenti: & tamen ibi
Paulus respondit, legatum nõ
posse conueniri, etiam actione
in rem, ratione præsentis pos-
sessionis, quam ante legationẽ
apprehendit: secus autẽ, si tem-
pore legationis cœpit possidere,
& ita illum textum exponit
Bart. in princ. & Accursius do-
cet ibi, verb. *actio*. Rursus præ-
dicta sententia probatur in l. si
30 legatus, ff. ad Senatusc. Trebel.
vbi delatam hæreditatem resti
tutioni obnoxiam tempore le-
gationis cogitur quis adire: &
quãuis difficultatẽ habeat, dum
lex decidit, non esse cogẽdum
restituere eam, donec domum
reuersus sit, Accursius tamen,
verb. *restituat*, ex legis ratione,
ideò à Martiano ibi statui exi-
stimat, quia Legatus dixit, se
vele deliberare, alioqui enim
statim restituere cõpelleretur,
& docet Bart. ibidẽ in princ. Et
ratio decidendi est: nam cũ de-
liberat, datur ei dilatio, donec
reuertatur domũ, cum ibi me-
liùs de viribus hæreditatis, &
cõmodo Trebelianicæ instrui
queat.
31 Quinta exceptio erit, quãdo
reuocãdi domũ priuilegiũ ha-
bẽtes alios in Curia ad iudiciũ
euocauerint, tunc enim recon-
ueniri possũt, nec prædicto pri-
uilegio reuertẽdi ad domũ hoc
casu potientur, vt Iurecõsultus
adnotauit in d. l. 2. §. sed si agãt,
ff. de iudic. & docuit ibi Accur-
sius verb. *compelluntur*, & Couar.
pract. quæst. c. 5. nu. 4. & proba-
tur in dict. l. 4. tit. 3. p. 3. alioqui
enim beneficiũ reconuẽtionis
auferretur, vt ibi animaduertit
Gregorius schol. 4. quæ senten
tia, secundum eum accipi de-
bet, quando noua lis mota sit à
priuilegium habẽte, super qua
reconueniatur: (quod licet) sed
si quis

si quis in Curia esset causa appellationis (hic enim casus ex exceptis est, vt in dict. §. legatis,& in eadem l.partitæ ostenditur) reconueniri nō posset, cū in causa appellationis non habeat locum reconuentio, iuxta text.in l.ad cognitionem,ff. ex quib.caus.in possess. eat.& glos. in cap.1.de causa possess.in Clementinis, & Innocentiū in c.1. de mutuis petitionibus, Cinū in l.per hanc,C.de temp.appel. quæst.7.Speculum in tit. de reconuentione,§.nunc dicamus, numer.6. vbi refert duas huius rei opiniones,& veriorē putat, vt in causa appellationis reconuentioni non sit locus: Angel. tamen in d.§.legatis,numer.5. Distinctionem facit nempe, an
33 appellans ex necessitate iudicē ad quē extra domiciliū adeat, tunc enim reconueniri nō poterit: secus si in proprio domicilio iudicem appellationis haberet, aliumque iudicem adit, quo casu cum absentia non sit necessaria,sed voluntaria,recōuentio datur:& hāc distinctionem ipse grauissimus author menti commendat: puto tamē hallucinatū esse,absentia enim, vel præsentia iudicis ad quem
34 non cōsideratur in causa appellationis,ad hoc vt recōuentioni sit locus, necne: sed an causa appellationis sit eadem cum principali, an verò distincta, & qui aliam, & distinctam esse dicunt, recōuentioni locum esse
35 asserunt,qui verò eandē,negant
36 & quia verius est, litem appellationis eandem esse cū principali reconueniri appellantem non posse, ex prædicta ratione, docuit Speculum d.tit. de reconuentione,dict.nu.6. & Angelum improbat Paulus in d. §. legatis, nu.4.alia verò ratio-
37 ne videlicet,quia licet Iudex appellationis in domicilio demoraretur, non poterat dici suus iudex, nisi per appellationem: indistinctè itaque dicendū est, appellantem reconueniri nullatenus posse, quod admittit Gregor.in d.l.4.schol.4.

38 Sexta exceptio erit,hodie iure regio in procuratore ciuitatis, qui iussu Regis venit ad Curiā ibi enim cōueniri potest,vt probatur in l.4.tit.11.lib.2. Ordin. quæ lex omnino contraria est, d.§.legatis,& prædictæ l.partitæ 4.tit.3.par.3.Gregor.tamen ibidem schol.3. quamuis hanc difficultatem cogitādam relinquat, existimat,per prædictā.l. Ordin.non corrigi d.§.legatis, quæ quidē l.accipi debet quādo reus de iure cōueniri posset, essetque casus in quo ei beneficium reuocandi domum non
39 competeret, vel (quia licet illa lex permitat) non ex hoc exceptionē tolit,quā Gregorij opinionem elegit lex. 11.titul. 7. lib.6.

lib.6. Compilationis: quæ transcribit prædictam l. Ordinam. ei tamen in fine addit, intelligi debere secundum iuris regulas non vt eis deroget. Nec accipienda hæc lex est in publico legato, regioq; procuratore ad Curias celebrandas: hic enim omni iure tuetur, & reuocandi domū priuilegio potitur, l. 10. tit.7. lib.6. Compil.

40 Septima exceptio erit, quando prædicto priuilegio reuocandi domum esset renuntiatū (quod licet) l. si quis in conscribendo, C. de pactis, & placuit Gregor. in d. l. 4. glos. 3.

41 Octaua exceptio erit, si exceptio priuilegij reuocandi domum non sit opposita: alioqui enim nō redditur lis nulla docuit Paul. in d. l. 2. §. omnes, ff. de iudicijs, numero. 2. vbi ait, omnes priuilegium habentes, quorum meminit text. in d. §. legatis, merò iure posse conueniri in loco legationis, ratione fori, quę ibi sortiuntur, & quia ibi reperiuntur, sed de æquitate, cum ex causa necessaria ibi adsint beneficiū reuocandi domum eis dari: ex quo sequitur prædictū beneficium allegari debere, argumento textus in l. si quis ex aliena, de iudicijs. Si tamen ipso iure eximeretur à iurisdictione iudicis, quamuis cōuetus nō opponeret, lis nulla esset. Hæc enim est diuersitas immunitatis, quæ competit ex priuilegio, vel ipso iure, Paulus in dict. §. sed si dubitetur, d. l. 2. de iudicijs, num. 3.

42 Nona exceptio erit, cautione scilicet non præstita, *iudicio sisti*: nō enim aliter & alio modo prædictū reuocādi domum beneficium datur, iuxta text. in d. l. 2. §. sed si dubitetur, ff. de iudicijs, cui conuenit l. partitæ. 4. tit. 3. part. 3. Sufficit autem nuda cautio, nec satisdatio hoc casu desideratur cū sola promissione *iudicio sisti*, contenta sit d. l. 2. § sed vtrum, de iudicijs, propter *Vlpiani*, & *Melæ* iurecōsultorum rationem in dict. §. sed vtrum, eam nempe: nam si satisdatione opus esset, magis in hoc grauaretur reus, quàm in iudicio ibi suscipiendo, & ita debet accipi d. l. partitæ 4. tit. 3. part. 3. quæ hoc verbo, *promissione*, non cautione vsa est: quam

43 promissionem duobus casibus glossa negat in dict. §. sed vtrū, verbo, *accipere*, quando scilicet iudex à quo quis declinat forū, omninò incompetens esset vlterius, & quando iudex ad quē remittitur reus, esset remotus: secus verò si in propinquo esset, quod voluit Paulus in d. l. 2. §. sed si dubitetur, num. 5. 1. lectura, & in 2. n. 2. & ab ea etiam excusabitur Curię procurator, iuxta dict. legem 10. tit. 7. lib. 6. nouæ Compil.

44 Deci-

44 Decima exceptio erit, vt mu nere functo, poſsint conueniri prædict. ex priuilegio perſonæ, ſi ibi ſubſiſtant, iuxta text. in d. l. 2. §. plane, de iudicijs, quod ſic accipiendum eſt, non vt ſtatim cõueniantur: aliquod enim tẽporis ſpatiũ aſſumitur, iuxta textum in l. ratũ, ff. de ſolutionibus, & in l. quod dicimus, eodem titul. & in l. diuortio, ff. de negotijs geſtis, & in l. legato, ff. de legatis, & in l. ab hoſtibus, §. fin. ff. ex quibus cauſis maiores, & docet Accurſius in d. §. planè, verbo, *ſi perfecta:* & hoc tempus, cum non inueniatur à iure
45 expreſſum debet eſſe arbitrarium, l. 1. in fin. de iure deliberandi, & Alberico placuit in d. l. 2. §. omnes autem, in fin. ff. de iudicijs, & Paulo in d. l. 2. § pla-
46 nè, nu. 2. Ex quo infert ad iudicem, vt priuilegio, quo gaudet durante officio, potiatur in ſyndicatu.
47 Vndecima exceptio erit, ſi quis conueniretur pro contractu celebrato extra domiciliũ, & eius prouinciã, quo caſu reuocandi domum, priuilegium non datur, vt putà ſi Hiſpanus reperiatur Romæ Legatus, & conueniatur pro contractu celebrato in Italia, tunc enim fruſtra petit reuocari in domicilium Hiſpaniæ, cum ibi neque in illa prouintia non contraxerit: prædictũ enim beneficium accipi debet in cõtractib[us] Hiſpaniæ: quæ ſententia deducitur ex textu in d. l. 2. §. item ſi extra prouintiam, ff. de iudic. ſecundum vnum intellectum, vbi adnotauit Paulus num. 1.

48 Quæro tamen quid ſtatuamus in alio priuilegio, quod Legatus habet, nempè, vt durante legatione non conueniatur? Diximus enim in principio huius ſcholij, Legatũ duobus vti beneficijs, videlicet, reuocandi domũ: rurſusq., vt nec cõueniatur legationis tẽpore, iuxta legẽ penultimam, ff. de legationibus, propter rationes ibi adductas, quas huic caſui cõuenire exiſtimo, nẽpe, vt quanuis Legatus Hiſpanus pro contractu Italiæ, vel in alia parte extra prouintiam celebrato, nõ poſsit reuocare domum, ſaltim alio potiatur priuilegio, vt durante legatione non conueniatur, ne compellatur eam deſerere, quod iuri conſentaneum, & animaduerſione dignũ puto.

Duodecima limitatio eſt, quę ſtatim ſequitur in litera text.

IN TEXTV, IBI: *Saluo ſino lo demandaſſen por contrato q̃ ouieſſe hecho en la Corte.*

Scholium II.

49 PRobat hæc l. in ſecunda parte, prędictum priuilegium reuocandi domum

dictis exceptis personis non dari, si ante munus assumptum in Curia contraxissent: ex contractu enim antea facto ibi cõueniri possunt, quæ sententia sumpta est à d.l.2. §. omnes, ff. de iudicijs, ibi: *Omnes autem isti domum reuocant, si no ibi contraxerint, vbi conueniuntur: cæterum si contraxerint ibi, reuocandi ius non habent.* Quę verissima determinatio, cum nihil sine exceptione subsistat, l. omnis diffinitio,
50 de regul. iur. vnicam patitur limitationem, in legato scilicet, qui quamuis ante legationem in Curia cõtraxisset, non compellitur ibi se defendere, sed domum reuocare potest, iuxta textum singularem in dict. l. 2. §. cæterum, ff. de iudicijs, ibi: *Exceptis legatis, qui licet ibi contraxerint, non compelluntur se Romæ defendere, quandiu legationis causa hic demorantur.* Neq, obstabit tam legatos, quàm omnes alios ex contractu, & delicto posse conueniri in loco contractus, & delicti omni priuilegio cessante, iuxta textum in Authent. qua in prouintia, C. vbi de crimini-
51 bus agi oporteat: nam accipitur in priuilegio per principẽ indulgendo, vel indulto alicui singulariter, non verò generaliter, & per legem, quod seruari debet; hoc enim est priuilegiũ, quod ab scribentibus appellatur, *clausum in corpore iuris*: vt sit
52 sensus, vt quando statutum, vel rescriptum contineat illa verba: *Non obstante quocunq; priuilegio, &c.* debeant accipi de priuilegio non clauso in corpore iuris, huic enim nõ derogatur, iuxta ea quæ adnotauit Paulus in d.l.2. §. omnes, de iudicijs,
53 numer. 4. & hoc quidem legati priuilegiũ in corpore iuris est, vt constat ex dict. §. cæterum, vers. *exceptis*: habeturque in authentica, de santissimis Episcopis, §. si verò Episcopi: & sic huic difficultati satisfacit Accursius in d. §. cæterum, versic. *Non compelluntur*: neque vrget quoque textus in l. cum quęri-
54 tur, ff. de legationibus, vbi Legatus Romæ conuenitur ex cõtractu ante legationem inito: ibi enim obligatio fuit in tempus legationis: & ideo perinde iudicatur contractus, ac si in legatione initus esset, vt Accursius interpretatur in d. §. cæterum, vers. *compelluntur*, ad finem scholij: argumento textus in l. contraxisse, ff. de actionibus, & obligationibus, in illis verbis: *Contraxisse vnusquisque in eo loco intelligitur, in quo, vt solueret, se obligauit*: ratione itaque pacti appositi conuenitur Legatus, vt ex ipsa l. cum quęritur, patet, cum & huic priuilegio renuntiari possit, vt supra ostendimus.
55 Neq, refragatur textus, qui alioqui difficilis videtur in leg. cum

eum qui Epheſum, §. 1. verſic. *ſed &ſi*, ff. de cōſtituta pecunia: vbi textus duas decidit concluſiones. Prima eſt in Legato Romæ conſtituente, quod in prouintia acceperat: quo caſu prædictus Legatus rectè poteſt Romæ conueniri. Secūda concluſio eſt in Legato, qui non cum Romæ eſſet, ſed in prouintia, & ante legationē conſtituit ſe Romę ſoluturū, tūc enim actio de conſtituta in eum ibi denegatur: difficultasque huius textus in eo conſiſtit, nam iuxta dictam l. cum quæritur, de legationibus, virtute pacti appoſiti in tempus legationis, Romæ Legatus conueniri poteſt, quod in d.l. eum qui Epheſum, §. 1. denegatur, reſpondetur enim in d.l. cum quæritur, obligationem fuiſſe factam in tempus legationis: & ideo perinde habetur, ac ſi in ipſa legatione contraxiſſet Legatus, iuxta textum in d.l. eum qui, §. 1. in 1. concluſ. dict. tamen §. 1. in ſecunda ſentētia procedit, quando Legatus ante legationem, & extra Romam contraxit, deſtinauitq. ſolutionem Romæ: quo caſu reſpōdit Vlpianus ibi non conueniendum: nam ſicut non poteſt conueniri ex contractu Romæ inito ante legationem, iuxta textū in dict. §. cæterum, verſ *exceptis*: eadem, & maiori ratione, ſi contractus Romæ non ſit celebratus, ſed ſolum deſtinata ſolutio multò minus cōuenietur: & ratio eſt:
56 nam deſtinatio ſolutionis non debet plus operari, quàm locus contractus, ex textu in dicta l. contraxiſſe, de actionib. & obligationibus, l. Titium, §. tutores, ff. de adminiſtratione tuto. gloſſa recepta in cap. Romana, §. nec etiam, de foro compet. lib. 6. & ſcribentes notant in l. ſi conuenerit, de iuriſdictione omnium iudicum, & in cap. 1. de iudicijs, & in l. hæres abſens, eodem titulo, & ſic forſam melius intelligitur: hic textus quā intellexit gloſſa in dicta l. 2. §. cęterum, verbo, *compelluntur*, ff. de iudicijs, quod menti commendandum eſt.
57 Si tamen Legatus contractum faciat tempore legationis, ibi vbi Legatus eſt, vel in illa prouintia cōueniri ſane poteſt, iuxta textū in dict. l. 2. §. legatis, de iudicijs: ſi tamen extra oppidum legationis, & illā prouintiam contrahat, non poterit conueniri in oppido legationis, ſed reuocandi domū beneficium ei dabitur, iuxta text. in dicta l. 2. §. item ſi extra prouintiam, ff. de iudicijs, quē ſic intellexit Aldericus ibi ab Accurſio 1. ſcholio relatus, quem ſequitur Couarrub. practicarum, cap. 5. nu. 2. quæ interpretatio ſuadetur ex Papiniani reſpōſo in l. cum furio-

furiosus, §. quod legationis, ff. de iudicijs, in illis verbis: *Cum priuilegio suo, cum sit in Italia con-*
59 *tractum vti non potest*: quę manifestè indicant ex contractu Romæ, vel in eius prouintia celebrato, non posse legatum priuilegio suo domum reuocādi, secus verò si extra prouintiam
60 contraxisset. Azo tamen, quem Accursius quoque refert in d. scholio, aliter interpretatur d. §. item si extra prouintiam, docet enim legatum posse conueniri ex contractu Romæ celebrato tempore legationis: si in Italia verò, & sic Romę prouintia contrahat, Romę nequaquā conueniendum, cū priuilegium reuocandi domum ei hoc casu patrocinetur, sicut si in aliena prouintia contraxisset: & Azonem sequitur Accursius in d. gloss. 1. & Albericus in dict. l. 2.
61 §. omnes, de iudicijs, num. 1. & amplectendo hūc intellectum textus in d. §. item, extra prouintiam exponi debet, de alijs personis priuilegium habentibus domum reuocandi, de quibus fit mētio in dict. §. legatis, non verò de legatis, vt sit sensus, vt dum ibi statuit Vlpianus priuilegium habentes ex contractibus Romæ, & in Italia initis, posse Romæ conueniri, accipiatur, & intelligatur (legatis scilicet exceptis), cum hi, si in Italia contrahant legatione durante, reuocare domū possint, & ita interpretandam literā m illius text. in dict. §. item extra prouintiam: Accursius, & Albericus, vbi supra, docuerunt: Accursius tamen nō satisfacit prædictæ. l. cum furiosus, §. fin. quæ expresse loquitur in legato, & tamen ei negat beneficiū reuocandi domum, si in Italia contraxerit: Albericus verò in d. l. 2. §. omnes, num. 2. sic difficultatem d. l. cum furiosus soluit, vt nō intelligamus eam de priuilegio reuocandi domum, sed de licentia, quam Legatus petit redeundi domū ad se instruendum de meritis causæ, pro qua conuenitur, quæ facultas sibi concedi debet, cum hoc non sit propriè ius domum reuocandi, sed ius differendi litē, donec de causa se Legatus in-
62 struat: eritque sensus Alberici meo iudicio, se enim non explicat, vt hæc licentia denegetur Legato in d. l. cū furiosus, §. fin. quando contraxit in Italia: nam cum ipse domum haberet extra Italiam, frustra petit se instrui in domo de contractu Italiæ: sed ego ingenuè agnosco me non satis intelligere Albericum, nec eius expositionem, cum quocunque modo accipiamus omnino diuinet ad literam text. in d. §. fin. nec ad rem facit Accursij interpretatio, ibidem, qui verbum ibi in Italia

Italia exponit, id eſt, Romæ, quę eſt caput Italię: caput enim pro municipijs poni ciuile eſ-
63 ſet, municipia verò pro capite in ciuile: nam quamuis non ignorem contentum pro conti-
64 nente, & èconuerſo continens pro contento interdum vſurpari figurato loquendi genere,
65 tamen à verborum proprietate non aliter diſcedendũ eſt: quã ſi cõſtet legem ſenſiſſe, argum. text. in l. no aliter, ff. de legat. 3.
66 nullus enim aptior intellectus eſt, quam qui verbis quadrat l. item veniunt, §. aptanda, ff. de petitione hæreditaris. Cum ex his itaque interpretationibus, durus admodum videatur intellectus ad d. §. item extra prouintiam, d. l. 2. & ad d. §. fin. d. l. cum furioſus, à verbiſque nimis recedat: primam Alderici opinionẽ priſci ſcriptoris, cuius ſupra meminimus, veriorẽ exiſtimarem, & ei aſſentior, & mihi ſum perſuaſus, hanc fuiſſe mentem Vlpiani in d. §. item extra prouintiam, ſecundũ quã intelligi debet noſtra lex.

Textus triceſimusſextus.

ES vſado aſsi en la Corte del Rey, que quando embia a emplazar el Rey por ſu carta a alguno de allende la ſierra, o allende del puerto, ha de poner en la carta plazo de quinze dias a que parezca, e no mas. E para allende del puerto no ha de menguar de los quinze dias, e puede, e deue crecer el Alcalde, ſegun fuere el lugar. E ſi para aquende de la ſierra, han de poner en la carta plazo de nueue dias, y no mas. Empero ſi carta cierta fuere en lugar do es el Rey, puede el Alcalde poner plazo menor, a ſu viſta del Alcalde. E ſi el Rey fuere en eſte Reyno, mas ſi fuere en otro Reyno de qualquier de los ſuyos, no le menguarà ninguna coſa deſtos plazos ſobredichos.

SVMMARIVM.

1 *IVdex reũ remittens ad alium iudicem, poteſt illi præfingere terminum intra quem compareat.*

2 *Iudex à quo poteſt ſtatuere tempus appellanti intra quod iudicem appellationis adeat, quo elapſo appellatio habetur pro deſerta, & num. ſeq.*

4 *Iudex à quo non poteſt ſtatuere terminũ ad proſequendam appellationem.*

5 *Terminus, & dilatio iudici eſt arbitraria, debet tamen aſsignari cum congruo ſpatio, vſque ad num. 7.*

Lex

Lex XXXVI.

IN TEXTU, IBI: *A su vista del Alcalde.*

Scholium unicum.

1 HIs verbis conueniunt verba text: in l.2. §. sed si dubitetur, ff. de iudicijs, ibi: *Statuēte pratore, &c.* Ex quibus Doctores eliciunt, iudicem remittētem reum ad alium magistratū competentem, posse illi præfigere diem intra quem iudicio
2 superſit: & ſimiliter iudex à quo pōtest ſtatuere tempus appellanti, intra quod iudicē appellationis adeat, quo elapſo
3 appellatio habetur pro deſerta, iuxta textum in cap. perſonas, & in cap. ex ratione, de appell. non autē poſſet ſtatuere diem ad proſequendam appellationem: ſpectat enim ad iuriſdictionem iudicis ad quem, ſicut dicimus in diſpoſitione de re,
4 quæ confertur pro tēpore, quo res nō erat in bonis diſponentis, nam nō valet, iuxta textum in l. Stichus ſeruus meus, de ma
5 numiſsis teſtamēto, docet Bartolus in l. præſes, C. de appella. nume.5. & quando iudex ſecularis remittit ad Curiam Eccleſiaſticam, propter aliquem articulum ſpiritualem, vt in cap. tuam, extra de ordine cognitionum: ſimiliter poſſe præſtituere diem nō intra quē ille iudex Eccleſiaſticus definiat cauſam, quia hoc ad ipſum iudicē tēporalem nō ſpectat, ſed intra quem pars iudicem adeat, ibi
6 dem voluit Bart. nu. 4. Omnis ergo dies & dilatio iudici arbitraria eſt, & hoc probatur in noſtra lege, & docet Bald. in dicto cap. præſes, num. 2. vbi ait, dilationem cū congruo ſpatio debe
7 re ſtatui à iudice: alioqui enim appellatio non intelligeretur eſſe deſerta, & de huius legis materia latè ſcripſi in lege. 22. ſupra.

Textus triceſimuſſeptimus.

SI alguno querella de algun concejo de alguna villa, o lugar, o otro que ſea por ſi, de qualquier coſa, darle han carta del Rey del emplazamiento para el concejo, que embie ſus perſoneros, o perſonero a cumplir de derecho ante el Rey, o ante ſus Alcaldes. Mas ſi es concejo de aldea de alguna villa, no emplazaran ſino para ante los Alcaldes de aquella villa donde es.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Nemo poteſt aduerſarium conuenire apud Curiam Regis, niſi per appellationem.*

2 *Si quis actionem intendere vellit cõtra aliquod municipiũ, apud Curiam conuenire id poterit, & num. ſequenti.*

4 *In hiſce Hiſpaniarum Regnis tota iuriſdictio penes ipſum Regẽ conſiſtit.*

5 *Vt ſubditorũ commodis, & ſumptibus Reges conſulerent, magiſtratus creauerunt.*

6 *Olim Hiſpaniæ Reges per ſe audiebant, & diffiniebant lites, & num. ſequenti.*

8 *Iudex ſuperior non cognoſcit in cauſa, & lite, quæ non egreditur ſummam decem millium quadrantum.*

9 *Ad hoc vt municipium poſſit in Curia conueniri in prima inſtãtia, debet eſſe caput iuriſdictionis.*

Lex XXXVII.

IN TEXTV, IBI: *De alguna villa.*

Scholium I.

1 Licet enim verum ſit, nullum poſſe aduerſarium cõuenire apud Curiã Regis, niſi per appellationẽ, l. nemo, C. de iuriſdictione omnium iudicum, l. 8. & 9. tit. 3. lib. 4. Cõ-
2 pilationis. Sunt tamẽ nonnulli caſus, quibus permittitur actori reum ad Curiam trahere, &
3 ille à noſtra l. recenſetur, quãdo quis ſcilicet, actionẽ ſuam intendere vellit contra aliquod municipium: & quãuis alij caſus Curiæ connumerentur à l. 5. tit. 3. part. 3. & in l. 8. 9. & 11. tit. 3. lib. 4. Compilationis: at caſum noſtræ l. alibi deciſum non video, eſtq; receptiſsimus, & frequẽtiſsimus in regijs prærorijs, noſtraque l. ad hoc perpetuo menti tenenda, quam allegat Couarr. in practicis quæſtionibus, c. 7. nu. 5. & Grego. in dict. l. 5. ſchol. 2.

IN TEXTV, IBI: *Ante el Rey.*

Scholium II.

4 Nam in hiſce Hiſpaniarũ Regnis tota iuriſdictio, penes ipſum ſolum Regem conſiſtit, vt per totum titulum 1. part. 2. vbi Gregorius Lopez, ſed vt ſubditorum com-
5 modis, & ſumptibus Reges cõſulerent, & maiori commoditate reſpublica gubernaretur, nec premerentur litigatores, ſemper Regẽ ſequi creati fue-
6 runt magiſtratus, & ideo ſubdit lex, *o ſus Alcaldes*: olim enim Reges Hiſpaniæ per ſe audiebant, & diffiniebant lites, & nunquam

nunquã causas committebant, nisi aliquo graui negotio impediti essent, vt colligitur ex serie text. in l.19.tit.9.p.2. & Greg. ibi schol.1. refert idem fecisse Iustinianum, & cernere est per Authent. de deposit. & denuntiatio. in princip. collat. 7. & in Authent. neq; vir, quod ex dote, collat. 8. in princ. habeturq; Prouerb. cap. 20. *Rex qui sedet in*
7 *solio iudicij, dissipat omne malum in tuitu suo: Dissipat impios Rex sapiens, &c.*

IN TEXTV, IBI: *O sus Alcaldes.*

Scholium III.

8 Dum tamen hæc lis excedat summã decem millium numismatum, siue quadrantũ, aliàs enim iudices superiores nõ cognoscẽt, iuxta textum in l.11. tit.3. libro.4. Compilationis.

IN TEXTV, IBI: *Aldea.*

Scholium IIII.

9 Ad hoc, vt municipiũ possit conueniri in Curia Regis in prima instantia, debet esse caput iurisdictionis, & sic praxim recepisse author est Gregor. in d.l.5. glos.2. in quo lex nostra summè notabilis est.

Textus tricesimusoctauus.

Si el Rey perdona a alguno la su justicia, por cosa que aya fecho, de que merezca muerte, saluo traciõ, o aleue: ela otra parte quiere prouar el aleue, deue ser emplazado este acusado a sus plazos, segun que el fuero manda a que parezca ante el Rey, que le perdonò, y son los plazos a tres meses, sino lo fallan, assi como se contiene en estos plazos de los emplazamientos en el fuero de las leyes.

SVMMARIVM.

1 *Propriũ debet esse Principi misereri, & parcere.*
2 *De misericordia, indulgentia, & gratia, & de earum distinctione tractatur.*
3 *Misericordia ita seruire debet rationi, vt conseruetur iustitia.*
4 *Limitata est regia potestas, vt cum ratione, & causa disponat omnia.*
5 *Quando interesse solius fisci vertitur, Rex sine causa remittere potest.*
6 *Quotiescunque praeiuditium tertij vertitur parte non indulgente, nec Princeps indulgere debet, & num. sequenti.*
8 *Indulgentia semper debet fieri per Principẽ præmissa satisfactione partis*

partis læſæ.

9 *Iuſtitia adeò aſſidere Regi debet, vt non ab eo dicamus habere ortum, quinimo ipſum à iuſtitia, pro qua adminiſtrãda, præcipuè Principes creati ſunt, & num. ſeq.*

11 *Sine regimine recta nõ poteſt cõſiſtere adminiſtratio.*

12 *Iuſtitia verè eſt opus Regis.*

13 *Iuſtitia regina virtutum eſt.*

14 *In remiſsione Principis ſemper adijciuntur illa verba excepta proditione, & aleuoſia, & nu ſeq.*

16 *Proditor alicuius debet eſſe à facie Principis.*

17 *Proditor non gaudet immunitate Eccleſiæ, & num. ſeq.*

19 *Priuantur etiam proditores beneficijs nobilium, inter diffamatoſq́ connumerantur.*

20 *Proditor fœda morte plectitur.*

21 *Proditor viliori & maiori pœna ignobilium coercetur.*

22 *Proditor non admittitur appellãs.*

23 *Græca lege cautum fuit, ne ob proditionẽ reus ſepulchro humaretur.*

24 *Proditio ſolum ſumitur pro crimine læſæ Maieſtatis.*

25 *Largo modo loquendi, multifariam dicitur proditor.*

26 *Contra Regem, vel Rempublicam, proditio dicitur cõtra priuatum aleuoſia, & num. ſeq.*

28 *Inter crimina proditionis multa alia connumerantur, & nu. ſeq.*

30 *Quomodo procedatur contra reũ abſentem contumacem.*

31 *Reus abſens citatur tribus edictis per interualla 30. dierum.*

32 *Ante edicta prius debet conſtare de contumacia.*

33 *Prius cognoſcendum eſt de fuga, & abſentia mox ad proclama procedendum, & num. ſeq.*

35 *Menſis ex triginta diebus intelligitur, & nu. ſeq.*

37 *Tractatur de menſe intercalari.*

38 *Inter edictum & edictum triceſimus dies computatur, & de intellectu text. in l. cũ anterioribus, §. 1. C. de temp. appel. & nu. ſeq.*

40 *Iudex nequit vnum terminum pro omnibus tribus diffinire.*

41 *Lege noſtra ſtyli ſufficit vna dilatio trium menſium pro tribus, & quomodo hoc accipiatur, & num. ſeqq.*

47 *Iure veteri, nec partis accuſatione, nec iudicis officio ad condemnationem, nec teſtium receptionẽ procedi poterat contra abſentem in cauſis criminalibus, & nu. ſeq.*

49 *In tribus caſibus poteſt condemnari abſens, etiam reus mortis.*

50 *Licet in delictis capitalibus non poſſet procedi, contra abſentes tamen bona eius annotari poterant.*

51 *Indiſtinctè hodie in omnibus cauſis poteſt procedi contra abſentem, & prætextu, etiam edicti, & proclamationis noua forma apponitur, & num. ſequentibus.*

58 *Si ex falſis probationibus reus cõuincatur, etiã poſt annũ bona recuperat, idemq́ erit ſi elapſo anno reus abſens doceat de iuſta cauſa abſentiæ, & à iudice ignotæ, aliaq́ limitationes adnotãtur in nu. ſeq.*

Lex XXXVIII.
IN TEXTV, IBI:
Si el Rey perdona.
Scholium I.

PRopriũ debet esse Principi idulgere,& parcere, vt habetur in summa tituli 32.p.7. & ante eã Iureconsultus docuit in l.1.§.vlt. ff. de constit. Princ.ibi: *Quæ Princeps alicui ob merita indulsit*,& in.l.1.§. deinde, ff.de postul.ibi: *Restitutio,quam Princeps, vel Senatus indulsit*, & in l. 2. ff. de cadauerib. puni.ibi: *Multis petentibus Seuerus,& Antoninus hoc ipsum indul-*
2 *serunt*: nec nouũ est in iure gratiam delictorũ à Rege fieri, eorumq, veniã concedi,vt videre licet ex text.in l.1. de indul.cri. in.C.Theodosiano,in illis verbis: *Propter Crispi, atque Helenæ partum criminibus indulgemus*: & de Principis indulgentia,benignaq, clemẽtia, per quam pœnæ liberatio cõtingit, mentionem facit text.in l.1.& 10.& per totũ tit.de indulg. crimi.in.C. Theodosiano: ita enim deportati in metallum damnati, aut aliàs serui pœnæ effecti restitui dicuntur in l.2.& 3.C. sentent. pasßis,& nũcupatim tradit Cõsultus in l.seruus 30.ff.de actio. & oblig.ibi: *Indulgentia principali libertatem consequutus, qui seruus effectus erat*,& in l.generaliter,& si seruus,ff. de fideicom.libert. ibi: *Indulgẽtia Principis pœna metalli liberatus*, & in l.is cui, ff. de aliment.& cib.legat.ibi: *Restitutus qui in metallum damnatus erat*, & in l. si deportationis,C.sent. pasßis, ibi: *Si deportationis sentẽtia veniam, indulgentia nostra consequuta*,& in l.2.ff. eod. ibi: *Indulgentia Principis dignitatem recuperauit deportatus*,& scripsit Paulus lib.4.sentent.tit.8.ibi: *Qui in insulam deportantur, vel serui pœna effecti sunt, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur*, & in l.2.C.de general.abol. illa verba recensentur: *Indulgẽtia no-*
3 *stra crimina extinxit*:& de pietate indulgẽtia,& gratia, & de earũ distinctione tractat tex. in l.fin. d.tit.37.p.7.sanciens pietatẽ ita
4 seruire debere rationi,vt cõseruetur iustitia:limitata est enim
5 regia potestas, vt cũ ratione, & causa disponat omnia, vt aliàs docuit Andr.de Isern.deCapitaneo,qui cur. vend. ad finẽ: &
7 quando solũ fisci interest posse remittere Regẽ sine causa, docet Ant.in c.nisi speciali,de of. delega.vt ex his determinationem quasi generalẽ vnico verbo, amplectamur, vt quotiescunque præiuditium tertij interueniat eo non indulgente, nec Princeps indulgeat,vbi tamen nõ viget alienũ damnum, indulgẽtiaque procedit ex imperiali clementia, & pietate laudabilis sit, vt multis adnotauit

tauit & exornauit Andreas de Iſer. in c.vnico, quæ ſint regal. ſuper patte, & bona cõmitten-
8 tis crimen læſæ Maieſtatis, per totã column.1. & 2. Indulgentia enim ſemper debet fieri per Principẽ pręmiſſa ſatisfactione partis læſæ, tradit Lucas de Pẽna in l.ſi apparitor, colum.8.C. cohart.libr.12. ſcias tamen criminib' indulgeri poſſe à Rege, licet pars læſa nõ remſſerit, manet tamẽ ſaluũ ius ſuum, ita vt quanuis nõ contineretur in literis remiſsionis, intelligantur tertij effectũ parte offenſa ignoſcente, & non alioqui, vt docuit Grego in l.12.tit.18.par.3. ſchol.2.

IN TEXTV, IBI:
La ſu juſticia.

Scholium II.

9 Quia adeò aſsidere Regi debet, vt non ab eo dicamus habere ortũm, quinimò ipſum à iuſtitia pro qua adminiſtrãda, præ-
10 cipuè Principes creati fuerunt, l.ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iur.
11 ſine regimine enim recta non poteſt cõſiſtere adminiſtratio,
12 c.ad hoc, 89.diſt.& ideo iuſtitia verè eſt opus Regis, vt in proœ
13 mio Partit.adnotatur, & ipſam ſolam Reginã dixit text.in Authentic. vt omnes obediant iudici, in principio.

IN TEXTV, IBI:
Saluo traycion, o aleue.
Scholium III.

14 PRæcedere ergo, cũ debeat ſatisfactio partis læſæ, vt ſupra adnotauimus, ſemper
15 in remiſsione Principis ſuper morte alicuius vltra partis læſæ remiſsionẽ illa verba adſcribuntur, excepta proditione, & aleuoſia, vt probat text. in l.12. tit.18.p.3. & l.4.tit.24.ead.p.l.1. & 2.tit.11.libr.1. Ordina.regal. in noua Compil.l.1. & 2.tit.25. lib.8.& nõ immeritò: proditor
16 enim alienus debet eſſe à Principis pietate, regijsque beneficijs carere, & ita non poteſt in eius Curia adeſſe, de qua re eſt vidẽdus Bald.in c.vnico, an ille qui interfecerit fratres domi ſuæ, neq, etiã gaudet beneficijs & immunitatibus Eccleſiæ, iuxta text.in c.1.de homicidio, & ibi gloſ. Anani. & Felin. quibus cæteri nouiores aſſentiũtur ex Couar.lib.2.var.c.20.num.7.& Gom. tom.3.var.c.10.nu.2. improbata opinione Panor. in d. c.1.de homi. quib' adſtipulatur
17 text.in l.fi.tit.11.p.1. Priuantur etiam beneficijs nobiliũ proditores, inter diffamatoſq, cõnu-
18 merãtur: & rurſus fœda morte plectuntur, vt tradit Grego. in
19 l.6.tit.13.p.2.ſchol.3. Quinimò viliori, & maiori ignobilium, vt affirmat Baldus in cap.1.§. ſi quis, verſic. *auſu*, de pace iurani.

N 2 firman.

firmand. vbi Matthæus de Afflictis, quos refert & sequitur Tiraquel. de nobilitate, cap. 20. num. 124.
21 Neque etiam appellantes admittuntur, l. 16. tit. 23. part. 3. vbi appellatio proditori non indulgetur: rursusq, Græcis lege cautum erat, ne quis ob proditionẽ reus sepulchro humaretur, tanquam ob crimen famosus foret, teste Alexand. ab Alexand. libr. 6. cap. 14. proditorique nihil vnquam fidum esse debere: à Titoliuio traditur, exemplisque à Ludouico Cœlio relatis explorations fuit, libr. 8. lectionum antiquarum, cap. 3. hucque spectat Brahcteatum Antigoni dictum, qui proditores tantisper dum produnt amare, vbi prodidissent, odisse dictitabat: Cæsar in Thracem, quendam proditionẽ sibi placere, inquit, proditorem minimè, & Plutharcus scribit Rhimotalcem Regem, qui ab Antonio ad Augustum transierat illi inter pocula societatem petulantius exprobrare, id cum ægreferret Augustus propinãs ex accumbentibus cuidam: *Ego* inquit, *proditionem quidem amo, sed proditorẽ non laudo:* quæ & alia non spernenda congerit idem Ludouicus Cælius vbi supra. Consultoq, omitto differentiã inter proditorẽ, & aleuosum, cum huc non spectet.
23 Et rursus quando dicatur, proditionem cõmitti, cum latè discutiat doctissimus Gomec. de delictis, tom. 3. cap. 2. numer. 5, Didacus Perez in l. 4. tit. 7. lib. 8. Ordina. & in l. 2. & 3. & 16. tit. fin. eodẽ lib. & in l. 2. tit. 13. eodem lib. 8. & Iacobus nouellus in praxi criminum, titul. *forma inquisitionis*
24 *propensato.* Propriè verò proditio solum sumitur pro crimine læsæ Maiestatis, iuxta procemium tituli 2. part. 7. Largo tamen modo loquendi, multifariam dicitur quis proditor, vt est de mẽte glossæ in cap. nolite, 11. quæst. 3. & Bald. in c. 1. in princip. quibus modis feudum amittatur: tunc ergo in-
25 cidit quis in crimen proditionis, quando contra Regem, vel Rempublicam cõmittit eam, l. omne delictum, §. exploratores. & l. proditores, ff. de re militari, l. si aliquid, §. 1. ff. de pœ-
26 nis: & ideo lex. 12. Tabularum, inter crimina proditionis enumerat: *Delicta eorũ, qui hostes cociтauerint, auxiliũvè eis præstiterint, arcem vè, vel castra concesserint.* Cuius Marcianus meminit in l. lex 12. Tabul. ff. ad l. Iul. maie. quo pertinet Iurisconsulti sententia, in l. cuiusq, eodem tit. vbi verè proditor quis dicitur, *Quãdo eius facto hostes populi Romani cõmeatu armis, telis, equis, pecunia, aliauè qua re, adiuti sunt, cuiusuè dolo malo factum est, quo Rex exteræ nationis populo Romano minus obtem-*

obtemperet: illudque scitu dignum est, Isangeliū dici accusationem, iudiciumque, quod in proditores læsæ Maiestatis reos intendebatur, *eo dictum, quia pœnam criminis sanciebat Isangelthica lex*: & Isangeliæ meminit Demosthenes, & Plutharcus de Alcibiade reo, vt idem Ludouicus Cælius refert dict. lib. 8. c. 3. ad finem. Sed si prædictum crimen cōmittatur in priuatū pro prio nomine appellatur aleuotia, vt ita loquar, doctrinæ ratione, improprie verò proditio, l. Athletas, §. 1. ff. de his qui notant. infam. l. 1. in fin. tit. 2. part. 7. & ibi Grego. l. 2. & 24. tit. 21. libro. 4. Fori legum, vbi Montaluus.

IN TEXTV, IBI: *E son los plazos a tres meses.*

Scholium IIII.

30 Ergo manifestè loquitur in reo absente cōtumace, iuxta l. 4. tit. 3. lib. 2. For. vbi in citatione in personā aliter proceditur, & dilatione breuiori, vt cōstat ex prima illius legis parte, idemque dies statuitur per l. 7. tit. 8. part. 3.

IN TEXTV, IBI: *Dando tres plazos de treynta dias.*

Scholium V.

31 Quæ dilatio fortè habuit ortū à l. 2. C. de exhibendis reis, ibi: *Non minus triginta tribuatur*: vel melius in Authentic. iubemus, C. de iudicijs, ibi: *Intra triginta dies, postquam altera pars allegationibus renuntiauerit quidquid velit, sine aliqua intermissione proponere, quod si non fecerit, tunc ad eius malitiam superandam, alius mensis indulgeatur à iudice: si verò adhuc distulerit, alterius mensis dilatio ei præbeatur, ita vt si vsq; ad prædictos tres menses suas non proposuerit allegationes causæ cognitor nō amplius expectans sententiam, omnibus modis, legibus, & moribus consonantem proferat*: & ex Authentica, qui semel, C. quomodo & quādo iudex, ibi: *Tribus edictis citetur per interualla triginta dierum*: debetquè prius constare de contumacia, nempè si citatus nō accesserit, vel aufugerit, aut non inueniatur, vt docuit Greg. in d. l. 7. verb. *Rebelde*, & innuit prædict. l. Fori, & ibi Montal. scholio, *En el lugar*, vbi subdit prius cognoscēdum esse de fuga & absentia, mox ad proclama procedēdū: cognitio tamē causæ hoc modo accipietur, personali scilicet citatione, vt potè, si reus esset in Ecclesia, aut assertione ministri iudicis, non inuenientis delinquētem, sicut stylus tribunaliū accepit:

non enim alias testium receptiones puto capiēdas absentiæ,
35 & hoc iure vtimur: hique tres menses numerantur, id est, nonaginta dies, secundum nostrā legem, & dictam legem Parti-
36 tæ: & quia quilibet mensis ex triginta diebus intelligitur cōstare, iuxta legem, scimus, §. sin autem dubius, C. de iure deliberandi: neq, hoc casu admittemus mensem intercalarem, qui constat ex viginti nouem diebus, vt probat textus in lege cum bissextus, ff. de verborum significatione, ibi: *Mensis autē intercalaris constat ex diebus viginti nouem*: & est omninò viden-
37 dus Accurs in omnibus scholijs illius legis: mensis autem intercalaris ratio petēda est à Græco more, qui Græci tertio quoque anno, vt fieret aptior temporum responsus, mensem interijciebant, & hic intercalaris dicebatur, teste Ludouico Cælio, lection. antiquarum, lib. 18. cap. 37. litera G. quamuis mensis intercalaris varia fuerit appellatio, vt idem Author testatur lib. 12. cap. 19. litera D. Vnū tamen animaduerto mensibus singulis suum præfici numen, secundum veterū superstitiosam traditionem, siquidem Ianuarij mensem habet Iuno, Februarij Neptunus, Martij Minerua, Aprilis Venus, Maij Apollo, Iunij Mercurius, Iulij Iupiter, Augusti Ceres, Septēbris Vulcanus, Octobris Mars, Nouembris Diana, Decembris Vesta. Intercalari tamen mensi nullum Deum Antiquitas dedit, nisi Apolini sacrum fetamus, cui singulorum mensium initia vniuersim sacrabantur: de qua re inspiciendus est idem Ludouicus lib. 25. cap. 30. paulò post initium, Alexan. ab Alex. lib. 3. cap. 24. & ibi Tiraquel. in omnibus scholijs, qui innumeros huius rei veteres Authores recenset, de diuersoq, apud diuersas nationes intercalādi more idem Alexander non pauca scribit lib. 3. cap. 24. & nostræ l. concinne est, quod Accursius docet in Authentic. qui semel, per textum ibi, C. quomodo & quando iudex, & in Authent. iudex, & in Authent. iubemus, C. de iudic. Inter edictum nempè, & edictū esse supputandum tricesimum diem integrū pro mense, scioq, in l. cum anterioribus, §. 1. C. de tempor. appel. connumerari in mense tricesi-
38 mum & vnū diem, ex illis verbis: *Alijs trium mensium spatijs, id est, nonaginta & tribus diebus*: loquitur tamē prędicta lex in suo proprio casu, qui nō debet ex-
39 tendi ad alios. Indosq, diligēti dimensione menses inquinos denos dies præter alios diffinisse tradit Quintus Curtius, libro octauo, Alexand. ab Alexandro,

xandro, lib.3.c.24. Et ſecundũ prædictam l. Fori, ſolemnis, & publica trina citatio deſiderabatur, quotlibet menſe, ex tribus, nam cum à lege apponitur forma, nihil poteſt mutari, l.ſi nihil, ff. de re iudicata. Ita vt iudex nequeat vnam dilationẽ
40 pro omnibus definire, vna citatione pro tribus habita: nam omiſsio formæ viciabat bannũ, l.qui Romę, §.Hermes Flauius, de verbor. obligationib. ſcribit Bald. lib. feudorum, tit. de milite vaſallo, qui contumax eſt,
41 cap.1. At ex noſtra l. ſtyli contrarium verius putarẽ, imò ſufficere vnam dilationem trium menſium, ex illis verbis, *A tres meſes*: nam cum hæ noſtræ leges ſtyli ſint declaratoriç legũ Fori nihil adderet, neq; declararet text. noſter, ſi hoc ſenſu eũ non
42 accipiamus, niſi vt legũ emendatio eſſet: intelligamus tantũ decidere caſum anteriorẽ, nempe facta indulgentia regia, iudicem à parte requiſitum debere cognoſcere ſuper proditione, cum hæc ſemper in literis remiſsionis excipiatur, vt ſupra monſtrauimus in dilatione tamen nihil ſtatuiſſe: qua opi-
43 nione admiſſa opus erit in quo libet menſe accuſari contumaciam, vt abſens dicatur contumax, iuxta doctrinam Bart. in l.is qui reus, ff. de publi. iud. nec valebit ſententia contra contumacem, niſi tribus impulſionibus de ea conſtet, iuxta doctrinam Bald. in l.f. l.ſus, C. de ſ.art.
44 Ruiſus iudex non poterit prædictum trium menſiũ ſpatium minuere, etiam ex cauſa ex vi formæ, vt ſupra docuimus, & docet Accurſ. in d. Authen. qui ſemel, C. quomo. & quan. i. iud. verb. *interualla*, & Gregor. Lop. in dict. l.7. tit. 8. part. 3. ſchol.4. ſcribens etiam in crimine proditionis non poſſe minui dictã dilationem, contra Bart. in Extrauag. ad reprimendũ, verbo,
45 *per edictum*. Quinimò nec augere poteſt iudex, (quod æquius eſſet, cum fauor rei verſetur, l. non debet, ff. de reg. iur.) & videre eſt per Bald. vbi ſupra.
47 Rurſus addo ad verã noſtræ l. interpretationem iure veteri, nec partis accuſatione, nec iudicis officio ad condemnationẽ, nec teſtiũ receptionẽ procedi poſſe cõtra abſentem in cauſis criminum, in quibus pœna maior relegatione imponenda eſſet, l. abſentẽ, quæ vulgaris eſt, ff. de pœn. In ratione tamẽ dif-
48 ficillima, & nulla quidem alia eſt, niſi indefenſio, cũ reus ſcilicet abſens nequeat ſe defendere: & ideo quando ex delicto reſultat pœna ſanguinis, ſanctius lex putauit impunitũ facinus relinqui, quàm innocentem damnari, latè tractat doctiſsimus Gomecius in leg.76.

Tauri, Simancas de institutio. Catholic. tit. 2. numer. 1. Iulius Clar. lib. 5. §. final. quæstio. 44. numer. 2. & de iure partitarum idem obseruatur, vt videre est

49 per l. 7. tit. 8. part. 3. Tresq; tantùm casus excipiebantur, quibus poterat cōdemnari absens, etiam reus mortis, de quibus mentio fit in Extrauag. ad reprimendum, sub tit. quomodo in læsæ Maiestatis crimine procedatur, verb. *super crimine*, & in l. nedum, C. de pœn. & in l. 4. ff. ad l. Corn. de sicarijs, quorum meminit peritus Gomezi. in d. l. 76. num. 7.

50 Sed quamuis in delictis capitalibus, ex prædicto iure non posset procedi cōtra absentem: tamen bona eius adnotabātur, & publicabantur: & si reus intra annum non adesset fisco applicabantur irreuocabiliter, etiam si post annum de innocentia rei constitisset, vt probat text. in l. 2. C. de requir. reis, cui concinnit prædicta l. 7. at prædictæ l. 4. tit. 3. lib. 2. Fori, & no-

51 stræ l. styli decisione, omnia prędicta sunt immutata: quia indistinctè in omnibus delictis potest procedi contra absentem: sicque praxis recipit, & iure recētiori cauetur in l. 9. tit. 2. lib. 3. Ordinamen. quæ ad literam transcribit verba d. l. 4. titul. 3. lib. 2. Fori.

52 Hodie tamen ex sanctio. 13. Regū Catholicorum, in ordinationibus *Compluti*, anno 503. & Regis Philippi II. *Madritij*, anno 566. in noua Compilatione, l. 3. tit. 10. lib. 4. perscribitur forma procedendi cōtra absentem, qua cauetur, vt reus delinquens absens ter citetur cum dilatione nouē dierū, in quolibet pręconio, siue fuerit in iurisdictione iudicis, qui de causa cognoscit, siue non, & quęlibet litatio debet intimari in domo absentis, si in loco iurisdictionis habitet, & in loco publico debet affigi edictū, in quo contineantur delictum, citationes, & proclamata, & accusationes contumaciæ, ita vt in quolibet præconio vnum edictum affigatur, accusatioque proponatur cum dilatione 3. dierum, & concludatur ad interlocutoriam, in qua admittantur litigatores ad probationem, quæ octoginta dies non egrediatur, in quibus iudex debet inquirere de innocentia rei absentis, & post lapsum probatoriæ dilationis fit publicatio cum spatio 3. dierum, & manet lis conclusa, & profertur sentētia, secundum merita causæ, quæ à die pronunciationis in annum executioni mandatur, quoad pœnam pecuniariā, & quoad corporalem quolibet tempore auditur reus, quæ praxis perscribitur ad l. 3. tit. 10. lib. 4. Comp.

quam

quam placuit adnotare, vt ex ea colligamus dilationem noſtræ l. ſtyli accipiendam, ſecundum d. l. Comp. cuius requiſita ſeruari
53 debent à iudice: alias enim condẽnatio nulla erit, nec pœna pecuniaria exequetur poſt annũ, cum ſententia nulla exequi nequeat, l. 4. §. condemna-
54 tum, ff. de re iudic. l. final. ff. de conſtit. pecu. ſpatiumq, triũm mẽſium noſtræ legis. Quando abſens erat extra iuriſdictionẽ, & duorum menſium prædictæ ordinationis Regum Catholicorum hodie reducitur ad dilationem nouem dierum tantummodò in quolibet banno,
55 & præconio, tum etiam annus quoad pœnã pecuniariam, qua cõdemnabatur reus abſens, incipiebat iure antiquiori à die vltimo poſt vltimũ præconiũ, iuxta dict. l. 2. C. de requir. reis, quæ eſt l. 7. tit. 8. part. 7. Sed per prædictam legem Compilationis, annus ſupputatur à die latæ ſententiæ. Rurſuſque ſi reus abſens intra annum morieba-
56 tur, & delictum erat illius qualitatis, quod morte non extingueretur, omnia bona fiſcus vẽdicabat, neq, hęredes defẽdere poterant, hodie verò per dict. l. Compila. audiuntur hæredes, in alijs tamen omnibus firma manet noſtra l. & l. Partit. & ex
57 pred. l. 4. tit. 3. lib. 2. Fori, quinq, dięs deſignantur abſentibus in Cancellarijs, & per iudices Curiæ, & Commiſſarios regios, docet Olanus in concordia antinomiarum, litera A. num. 4.
58 Quod dixi tamen quoad bona poſt annũ non eſſe audiendum reum abſentem, ex iure communi, fori, ſtyli, partitarum, & nouiſsimo, ex præd. l. 3. Compilationis, ita accipi debet, niſi ex falſis probationibus reus cõuinceretur: nam ſi manifeſtè poſtquam reus accuſatus fuit, conſtet falſo conuictum fuiſſe, etiam bona poſt annum recuperat, vt tradit Socinus libro. 1. conſ. 18. nu. 17. & hoc propter nullitatem ſententiæ, quæ reſultat ex falſis teſtibus, ex l. ſi prætor, §. Marcellus, ff de iudicijs: cui concinnit l. 1. & 2. tit. 26. part. 3. & probatur per tit. C. ſi ex falſo inſtrumento, per totum, & per l. 2. tit. 25. part. 3. & l. 13. tit. 22. eadem part. & in cap. cum venerabilis, de exceptionibus, & l. Diuus, ff. de re iudicata, & per legem 33. tit. 14. part. 5. & l. 115. tit. 18. part. 3. & in indiuiduo docuit, Greg. in d. l. 1. ſchol. 3. & ſchol. 2. additq, hoc procedere etiam ſi probationes, abſque dolo accuſantis,
59 falſæ ſint: rurſusque ſi abſens condemnatus, etiã anno elapſo doceat de iuſta cauſa abſentiæ, & à iudice ignotæ, audiendus erit quoad bona, vt eruditè plures referẽs, docuit Azeuedo in

 dict.

dict.l.3.nu.148. nam si ex causa & lite constaret de iusta absentia, ex alio capite bona recuperaret, nēpè, ex nullitate, docet glos. in c. cum Bertoldus, de re iudica. & alias quæstiones, quas ipse nūcupat, limitationes scribit prędictus author in d.l.3. de quarū veritate nō ego disputo, cum hùc non spectent.

Textus tricesimusnonus.

Otro si es a saber, que passò assi de hecho, que vn hombre acuso a otro por muerte de su pariente, que lo matò sobre tregua, emplazaronlo los Alcaldes del lugar sobre esta querella, y el no vino a los plazos: e despues estando el en casa de la Reyna doña Maria, ante quien se libran los pleytos, seyendo el Rey sobre Algezira, metiose el en la Iglesia, y emplazaron lo los Alcaldes del Rey, que eran con la Reyna, a querella del que acusaua. E porque no vino a los plazos dieronle por hechor: e despues este acusado mostrò carta del Rey de perdon, saluo aleue, o traicion, ante los Alcaldes de aquel lugar do fuera primeramente emplazado, y acusado: y el acusador dixo a los Alcaldes, que le acusauan de aleue, que matara aquel porque le perdonò el Rey sobre tregua, o seguranҫa. E sobre esto fallò don Iuan Ramirez de la Rocha, que assi lo vsauan en casa del Rey: que pues el Rey lo perdonaua, saluo aleue, o traycion, q̃ del Rey es de juzgar este aleue, e no de otro. E pues en la carta del Rey de perdon, defiende, que no le prendiessen, que los Alcaldes que no le deuian prender, ni enfiar: y la Reyna no le mandò dar carta del Rey para que lo prendiessen, ni lo enfiassen: mas los Alcaldes del lugar deuenles poner plazo ambas las partes, que parezcan antè el Rey, y recebir fiadores del acusado, que parezca ante el Rey a aquel plazo, y del acusador, que parezca a esse plazo, e que lleue la querella adelante: e sino que se pare a la merced del Rey.

SVMMARIVM.

1 *IN Literis regijs remissionum, semper inter alios casus excipitur mors secura.*

2 *Quid sit mors secura, & numeris sequentibus.*

6 *Iure regio ille dicitur proditor, qui alium occidit retro, licet amicitia, vel inimicitia præcessisset.*

7 *Legitimè citatus, qui iudicio non superest, factor delicti declaratur.*

8 *Sola fuga reus condemnatur.*

9 *Ex sola fuga quis proditor iudicatur, & alia de hoc numeris sequentibus.*

15 *Absens citatus ex sola contumacia non potest dici confessus.*

16 *Ius ciuile non potest decidere, vt sufficiat præsumptiua probatio, ex sola fuga, & contumacia.*

17 *Iure*

17 *Iure diuino plena probatio requiritur, & num. ſeq.*

19 *In cauſa criminum admittitur excuſator, & defenſor pro reo abſente.*

20 *Lex ciuilis poſitiua, benè poteſt ſtatuere, vt ex ſola fuga, ſine alio adminiculo, poſsit quis pro confeſſo haberi.*

21 *Iudex, qui aufugit, ex ſola fuga condemnatur, ſine alio adminiculo.*

22 *Eius eſt interpretari, cuius eſt condere.*

23 *Iudex, & conſuetudo interpretari poſſunt in cauſa de qua tractatur.*

24 *Quando interpretatio eſt neceſſaria propter ſpecialitatem caſus, & in ſcriptis redigenda ſolus Princeps interpretari poteſt.*

25 *Specialiter in priuilegium conceſſa, non ſunt extendenda.*

26 *Priuilegium non interpretatur ab inferiore, etiam ex paritate rationis.*

27 *Quæ pendent à Principis voluntate, impoſsibilia reputantur.*

28 *Vt remiſsio teneat, nihil debet ſupprimi, ex his quæ impellere poſſunt Regis animum ad conceſsionem, vel denegationem.*

29 *Quoties à lege nō præfigitur terminus, iudex ſtatuit.*

Lex XXXIX.
IN TEXTV, IBI·
Sobre tregua.

Scholium I.

1 IN Literis regijs remiſsionum, ſemper inter alios caſus excipitur mors ſecura, quę ſimilis proditioni eſt, vt ex noſtræ l. ſerie colligitur, & probatur l. Partitæ 12. num. 18. & l. 4. tit. 24. part. 3. & ibi Gregor. & l. 1. tit. 17. lib. 1. Ordinamen. & ibi Didacus Perez, & l. 1. tit. 25. libro. 8. Compilationis, vbi Azeuedo, & iure veteri in l. qui propter inſidias, C. qui accuſa. non poſſ. & l. fin. C de delatori. lib. 10. l. 4. ff. ad l. Iuliam Maieſtatis, cap. clericus, 46. diſtinct. cap. ſi cupis, 16. quæſt. 1. notat Gomez. de delictis, cap. 2. nu. 5.

2 Morſq, ſecura, & induciarum, ruptio erit, quando ſub ſigno fidelitatis, & amicitiæ, quis alium interfecit: nā ſecurè hæc mors ſequuta eſt, cum nullo modo interfectus potuiſſet pręcauere, & offenſor dicitur hoc

3 caſu gerere vnū in mēte, aliudq, in actibus ſignificare, ex quo infert doctiſsimus Gomezius, vbi ſupra, inter inimicos capi-

4 tales proditionem nō poſſe intereſſe, licet vnus alium ſecurè occidat

occidat, cum inimicus semper videatur habere animum occidendi, eo modo quo posſit, & huius opinionis Barto. & Bald. & Ancharranũ. & alios refert:
5 non immerito itaque dici posset, qualitatem proditionis solum sortiri effectum suum, in casu nostræ l. quando prætextu amicitiæ secura mors interuenit cũ offenso videatur sublata
6 naturalis defensio: & quamuis iure regio recentiori ille dicatur proditor, qui alium occidit non in prælio, & rixa, facieque ad faciem, sed retro: ita vt attendatur qualitas facti, & non amicitiæ, vel inimicitiæ, quæ præcessit, iuxta l. 4. tit. 7. lib. 8. Ordinamenti, & dict. l. 1. titul. 25. lib. 8. Compilationis. Si tamen offensor, & offensus inuicem erant amici: offensor videtur committere proditionem, siue facie, siue retro occidat, cum vtroq; casu in offenso cesset naturalis defensio, & sic propriè dici potest nullo alio casu proditionem vtroque iure, nouo, & prisco verificari, nisi in casu nostræ legis.

IN TEXTV, IBI: *Por lechor.*

Scholium II.

7 NAm quando quis legitimè citatus est, & iudicio non superest, declaratur factor, & perpetrator delicti, de quo accusatur, vt probat text. in l. 4. tit. 3. lib. 2. Fori, quæ vt supra adnotauimus, lex recentior fuit, qua licuit contra absentem in causa sanguinis inquirere: cum communi iure, quoad bona tantũ permissum esset: ex qua, & nostræ legis verbis aperte deducitur sola fuga, &
8 contumacia reum condemnari, quod quidem non est in iure nouum, cum fuga & absentia sit graue delictum, qua probata statim succedit punitio delinquentis, ex Iureconsulti respõso in l. non omnis, §. deserit, de re militari, vbi ex sola fuga, & desertione militię reus mortis transfuga efficitur, & in l. milites agrũ, §. desertores, eodem titulo, vbi patris oblatio pœna mortis, desertorem filium, non tamen alia extraordinaria liberat: & mitior pœna, quæ in eũ irrogatur, est deportatio, vt in fine illius legis adnotatur, qui-
9 bus iuribus accedit l. proditores, eodem titulo, vbi ex sola fuga quis proditor iudicatur, & ibi docet Accursius scholio. 1. & his suffragatur l. Lege Cor-
10 nelia, ff. ad Silanianum: vbi si dominus occisus sit, & mancipia aufugiant, ex sola fuga lege de sicarijs, in eos iuditium da-
11 tur: & qui debitorem subtrahit debitũ soluit, ex decisione tex.
12 in l. 3. C. de exactione tributor. lib. 10.

lib. 10. quibus adſtipulatur l. conſiliarios, verſ. *pro confeſſo*, C. de aſſeſſoribus, vbi ex ſola fuga
13 quis pro confeſſo habetur, & Caliſtratus reſpõdit ex ſola fuga à carcere fugientẽ pro confeſſo haberi, & puniẽdum, etiã
14 ſi innocẽs ex crimine inueniatur, & fugientem à domo ſua, vel iuriſdictione, antequam caperetur, poſſe torqueri, probat text. in l. Diuus Adrianus, ff. de
15 cuſtodia reorum: quibus corroborata manet noſtræ l. ſententia, contra Baldum in lege. 1. in princip. §. ſi procurator, ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit, affirmantem, abſentem citatum ex ſola contumacia nõ poſſe haberi pro cõfeſſo, quod ante eum docuit Accurſius in dict. §. ſi procurator, verb. *auditium*, & in l. ſi filius, de interro-
16 gat. action. quibus ſuffragatur, quod de iure ciuili dicitur, non enim poteſt diſponere, vt ſufficiat præſumptiua probatio ex ſola fuga & contumacia, etiam ſi alia inditia, & adminicula ei adiungerentur, cum ſit contra
17 ius diuinum: quo plena probatio requiritur, cap. licet vniuerſis, de teſtibus, & vulgare caput nos in quemquam, 2. quæſt. 1. quod confirmatur ex deciſione text. in cap. Eccleſiæ ſanctę Ma-
18 riæ, de conſtitu. in fin. prædicta itaque l. regia. 3. titul. 10. lib. 4. Compilat. prædictis conſiderationibus nitens, ſola contumacia nõ poſſe damnari reum, ſed ſufficienti probatione debere conuinci ſtatuit, vt ex eius ſerie conſtat, quod & iuri communi conſentaneum eſt, ex l. fin. C. de probationibus, l. qui ſententiam, C. de pœnis, l. abſentem, ff. eod. l. 12. tit. 14. par. 3. & ideo ex offitio debet iudex omni modo quærere defenſiones, & excuſationes abſentis, vt in d. l. 3. tit. 10 lib. 4. Compil. adnotatur, quod antea cautum fuit in l. 1. ff. de quæſtionib. & in l. ſi nõ defendatur, ff. de pœnis, ibi: *Et qui cognoſcit, debebit de innocentia reorũ quærere.* Ex quibus admit-
19 to Parladorij ſentẽtiam in lib. rerum quotidianarum, cap. 20. contra Auẽdanum reſpon. 15. defendẽtis in cauſa criminum poſſe & debere admitti excuſatorem, & defenſorem, qui reũ abſentem excuſet, & defendat, quod vnicuique de populo, licet ex Iuriſconſulti reſponſo, in l. ſeruũ, §. publice, ff. de procuratoribus, ex qua noua lege regia corrigitur, & emendatur deciſio noſtræ l. cum ex ea lege
20 Compilationis ſola fuga, & abſentia ſufficiens non ſit: aliàs enim noſtra lex de iure, & ratione ſuſtineri poſſet: nã quod diximus, accipi debet, niſi lege aliud cautum eſſet, quia lex ciuilis poſitiua, vel regia, diſponere potuit, vt ex ſola fuga, & contu-

contumacia, sine vllo alio adminiculo posset quis pro confesso haberi, ex textu singulari in lege.3.C. de assessoribus, qui
21 textus inducitur contra iudicem, qui aufugit, qui sola fuga & absentia condemnari potest, & in l.penul.ff.de custodia reorum, quæ in carcerem coniecto fugienti pœnā ordinariam delicti imposuit, licet alias conuictus non esset, l.Senatus, §. Diuus, ff. de iure fisci, docet Gomecius in l.76.Tauri, num.10. rationem reddens eam scilicet, quia in hoc lex regia non tollit Pontificium ius, neque statuit contra ipsum, sed tantum limitat, declarat, & modificat ex iusta causa, quod potest, vt Barto. Bald.& Panormi. placuit, quos allegat prædicto loco.

IN TEXTV, IBI: *Que del Rey es juzgar este aleue.*

Scholium III.

22 Eius enim est interpretari, cuius est condere, l.1.& fin. C. de legibus, l.14. titul. 1. part.1.l.1.Tauri, & ibi scriben-
23 tes: & quanuis iudex, & consuetudo interpretari possint in causa, de qua tractatur, siue dubitetur de verbis legis, siue de casu, qui non est comprehensus in ea, l.minimè, l.scire leges, &
24 l.non possunt, ff. de legibus, sed quando interpretatio est necessaria propter specialitatem ca-
25 sus, & in scriptis redigenda tūc soli Principi, licet vt apparet ex contextu dict.l.1.& fin.C.de legibus, & melius ex l.2.C. eodem: ex qua vulgaris deducitur sententia, vt specialiter in priuilegio concessa nō sint extendenda, cum remissio itaque, siue procedat ex indulgentia, & pietate, siue ex remuneratione, siue ex gratia, iuxta l.fin. tit.32. part.7. priuilegio nitatur, non debet extendi, neque interpretari ab inferiore, vltra casum in eo contentum, & in literis remissionū specialiter prouisum, iuxta text.in l.2.tit.11. libro.1. Ordinamen. quæ est in Com-
26 pilatione, l.2.tit.35. lib.8.etiam ex paritate rationis: nam fortè Princeps certioratus non con-
27 cederet, maximè cum ea, quæ pendent ex voluntate eius impossibilia existimētur, l. quidā relegati, de rebus dubijs, cap. cæterum de rescriptis: nam ad hoc vt remissio effectū habeat
28 nihil debet supprimi ex eis, quę impellere possint Regis animum ad concessionem, vel denegationem, argum.l. vltimæ, C.sententiam rescindi non posse. Iuridica itaq, redditur huius l. sententia

(?) IN

IN TEXTV, IBI: *Deuenle pnner plazo.* *Scholium IIII.*

NAm quoties à lege non eſt præfixus dies, poteſt à iudice præſtitui, c. quoad conſultationem, de re iudic. l. 1. vbi Barto. C. de dilationib. l. 6. titul. 15. part. 3. quinimò à Iudice ex cauſa poteſt limitari, & ampliari licet à lege diffinitus ſit, C. de cauſis, de officio, & poteſtate iudicis delegati.

Textus quadrageſimus.

OTro ſi es a ſaber, que maguer el acuſado, que dizen que matò ſobre tregua, y porque no vino a los plazos que le emplazaron, que le dieron por hechor los Alcaldes, y le tomarō ſus bienes, aſsi como es fuero. E ſi tomare el merino, y lo matare, luego muerto ſea. Mas quando el aleue no muere, por aleuoſo: e ſi ante que lo mataſſen vinieſſe, o lo tomaſſen preſo, oyrlo han ſobre el aleue: e ſino ſe lo prouaren la tregua, o la ſegurança, darlo han por quito del aleue.

SVMMARIVM.

2 *PRopter abſentis contumatiam, bona ſequeſtrantur, & num. ſequenti.*

3 *Contumacia æquiparatur dolo, & num. ſequenti.*

3 *Ethimologia contumaciæ ſcribitur.*

6 *Sequeſtratio prohibita eſt, & odioſa, & num. ſequenti.*

8 *Contumax non dicitur, niſi elapſa prima dilatione primæ citationis.*

9 *Sequeſtratio nō permittebatur iure veteri, niſi in illis criminibus in quibus licebat contra abſentem procedi, & quæ hæc crimina eſſent, numer. ſequenti tractatur.*

11 *In grauiſsimis criminibus iure antiquo procedebatur cōtra abſentem, quanuis regulariter in delictis leuibus tantum procedi poßet.*

12 *Grauiſsimi Doctores hallucinati ſunt, putantes ſequeſtrationē permitti, licet nō permitteretur abſentem damnare, & numer. ſequenti.*

14 *Indiſtincte in quouis delicto ſequeſtratio non impeditur, & num. ſequentibus.*

17 *Sequeſtratio tanquam odioſa nō extenditur ad bona, quæ delinquens habet extra iuriſdictionē iudicis, & num. ſequenti.*

19 *In publicatione bonorum nō comprehenduntur bona futura.*

20 *Iura conditionalia, in publicatione non veniunt, & quomodo hoc accipiatur, num. ſeqq.*

24 Non

24 *Non frequẽter ad sequestrationem deuenien dum est.*

25 *Forma enim in hoc quod de sequestratione diximus à iure apponitur, & in casibus in quibus permittatur, adnotatur.*

26 *In casibus in quibus iuridicè cõfiscatio procedit, alienari à reo bona possunt, & quomodo hoc accipiatur.*

27 *Adnotata bona describi debent, & apud fidelẽ custodem poni.*

28 *Quæ bona adnotari possint, disputatur, & num. seq.*

30 *An sit differentia inter adnotationem, & sequestrationem, & plura de hoc num. seqq.*

35 *Quando delictum est manifestũ, vel quasi ante citationem potest sequestratio fieri.*

36 *Regula iter sequestrationem debet præcedere bannum.*

Lex XL.

IN TEXTV, IBI:
Sobre tregua.

Scholium I.

1 Vide quæ dixi in l. anteriori, in principio.

IN TEXTV, IBI:
Por hechor.

Scholium II.

Vide quæ dixi in lege anteriori, glossa quarta.

IN TEXTV, IBI:
Y le tomaron sus bienes.

Scholium III.

VNus ergo casus sequestrationis his verbis demõstratur, nẽpè propter absentis contumaciam, quod iure communi non sine controuersia inter eius interpretes erat, quorum opiniones inuolutè retulit Abbas in cap. 2. de dolo, & contumacia,
2 numer. 9. Communior tamen opinio fuit propter rei contumaciam posse sequestrationem fieri, vt probat text. in dict. c. 2. de dolo & contumac. vbi monachi petierunt contra Canonicos possessionẽ, ex primo decreto, & Alexander Tertius, sequestrationem concessit propter eorũ contumaciam: idéque probatur in cap. 1. de sequestratione possessionum, & fructuũ, vbi propter Archiepiscopi cõtumaciã monachi missi in possessionẽ ex primo decreto fuerunt: à qua cum violenter eos eiecisset Archiepiscopus Celestinus sequestrari præcepit, & agnouit glossa magistra, verb. *sequestrari*, in fin. in cap. 2. de sequestratione possessionum, & fructuum, Abbas in dict. cap. 2. de dolo, & contumacia, nu. 11. Bald.

Bald. in l.consentaneum,1.notabili, C. quomodo & quando iudex,glossa verbo, *sequestrationis*, in l. vnica, C. de prohibita sequestra. Ias. in l. si fideiussor, §. si satisdatum, num.25.ff. qui satisd. cogan. Corras. miscelaneorum lib. 3.cap.2.num 10.ex quibus iuribus,& authorotatibus ellicitur sequestrationem enumerari inter remedia contra cōtumaces prodita, & qui-
3 dem meritò cum dolo æquiparetur, vt in Rubrica de dolo & contuma. & saltim dicitur do-
4 lus præsumptus,vt docet Bart. in l.1.ff.de minoribus, Hippol. in §.postquam,nu.61.In pœnā
5 itaq. non obtemperantis inducta sequestratio fuit. Ethymon enim contumaciȩ hoc indicat, & iniuriā videtur iudici inferrȩ reus contumax, secundum Cardinal. in Clementina 1. de dolo & contum. & ideo cū delictum oriatur, & non leue ex contumacia iuste æquiparata fuit dolo, sine quo nunquam grauiter delinqui potest,l.1.&
6 2.C.de sicar. Aliàs enim prohibita sequestratio est, & odiosa eius natura,l.vnica,C.de prob. l.1.de sequestra. poss. & fruct.l. defensionis facultas,C. de iure fisci, quibus conuenit l.1.tit.9. part.3.& ante nostram l.prouisum fuit in dict.l.4. tit.3. lib.2.
7 Fori,quȩ sequestrationem permisit in bonis rei iudicem contemnētis, dum tamen esset cōuictus contumacia sua, saltim per vnam citationem,vnū proclama, & vnum edictū, vt constat ex text. in d.l.4.tit.3.libr.2. Fori,quod quidem iuste dispo
8 situ fuit: nam nulla ratione cōtumax reus dici potest,nisi elapsa prima dilatione primæ citationis, vt adnotatur in l.1.C. de requirend. reis, vbi scribentes:quæ tamen sequestratio ac-
9 cipi debet in illis scilicet criminibus capitalibus, in quibus licebat contra absentē procedi:
10 quorum tria tantū in iure veteri inueniuntur, nempè, læsæ Maiestatis, vt probat textus in Extrauaganti ad reprimendū, sub tit. quomodo in læsæ Maiestatis crimine procedatur,ver sic. *super dicto crimine*, & ibi Accursius, delictumq, magistratus,qui in offitio deliquit,l. ne diu,C.de pœnis. Rursusque, & tertium crimen, quando quis alium castrat,l.4.vers. *& qui hoc crimine*,ff.ad legem Corneliam,
11 de sicarijs,vbi scribentes notāt: nam cum in his delictis, licet inferentibus pœnā sanguinis, posset iure antiquo procedi, quamuis in alijs denegaretur, nisi leuia essent,& nō imponeretur pœna vltra relegationem ex l.absentem, cum vulgarib', ff. de pœnis? & in bonis delinquētis absentis cōtumacis permissa sequestratio erat,ex d.l.1.

O de

de requirendis reis,& probat l.
12 partitæ 7.tit.8.part.3.extra hos igitur tres casus, sicuti procedi non poterat contra absentem, neque etiam bona sequestrari quibāt,vt eruditè docuit Montaluus in dict.l.4. verb. *Recaudē toda su buena*: & ita accipiemus, & intelligemus prędictam legē partitæ 7.titu.8.part. 3. quæ sequæstrationem, & annotationem permittit: nam cū & iure partitarum non posset inquiri contra absentem,nisi in prædictis tribus delictis, & in alijs, quæ non merentur maiorem pœnam relegatione solum sequestratio locū habebat in hismet casibus,de quibus iure cōmuni, quod animaduersione dignum est: nam in hoc hallu-
13 cinati sunt grauissimi scribentes putātes generaliter permitti sequestrationē,quāuis quoad pœnam delinquentis absentis procedi non posset, cuius opinionis, quam damnamus cum alijs quos refet,fuit Parladorius rerum quotidianar.cap.20.n.1.
14 Sed cum per legem Fori indistinctè cōtra reum contumacē procedi queat, & sine distinctione in quouis delicto seque-stratio non impeditur (cui Fo-
15 ri legi lex nostra assentitur cū declaratione tamen,ea scilicet) vt vna saltem citatio præcedat:
16 alioqui enim contumax dici, reus nequibit,adeò vt etiam in in sancto Inquisitionis officio, quamuis bona hæreticorū ipso iure publicata sint,cap.cum secundum leges, de hæret. lib.6. sequestratioquè,ea de causa necessaria sit, nō fit tamen nisi ex contumacia,vel propter veram & probabilē hæresim,cuius ordinē & praxim ab Inquisitoribus receptam eleganter scripsit Simancas in Catholicis institutionib. cap. 2.in principio, & cap.9.num.115.Rojas de hæreticis,2. part. à num.45. quod confirmauit, & declarauit lex nostra, hoc tamen adiecto, vt vna saltem citatio prius interueniat.

Animaduertendum tamen est,prędictam sequestrationem tanquam odiosam, & prohibitam non extendi ad bona,quæ delinquens habet extra iurisdictionem iudicis, argumento l. si quis ingenuam, §. in ciuilibus,ff.de captiuis.

18 Rursus si condemnetur prædictus reus,in amissione bonorum non comprehenduntur in cōdemnatione bona alibi sita: quod profectò si verum est notabile iudico,& perpetuò menti tenendum, vt docet ex Ancarrano Mōtaluus vbi supra,& est omninò videndus Ancarr. in Clementina Pastoralis,de re iudicata,& in cap.Pastoralis,de priuilegijs in principio.

19 Illud tamen sine dubitatione est

eſt in publicatione bonorũ nõ cõprehendi bona futura: ita vt ſi reus poſt confiſcationem aliqua bona acquireret propria, & hæredum eſſent, nec fiſcus caperet, l. ſi mandauero tibi, §. is
20 cuius bona, ff. mand. Quinimò nec iura cõditionalia in publicatione veniũt, vnde ſi reo cõdemnato in bonorũ amiſsione aliquid deberetur ſub cõditione, & poſt ſententiam impleta conditio ſit, nõ acquirit fiſcus, iuxta gloſ. vnicam, in l. nam ad ea, ff. de condit. & demonſtr. & latè exornat Gomez. l. 14. nu. 1.
21 & 2. ita intelligẽs gloſſam: nẽpe, quando iura conditionalia proueniant ex vltima voluntate, vt hæreditates, vel legata, quia licet poſt ſententiã, & condemnationem verificetur conditio, nõ comprehenduntur in publicatione, quia ſicut nõ trãſeunt ad verũ hæredem, ſic neq; ad fiſcũ, qui habetur loco hęredis, vt in l. 2. C. ad l. Iuliã, de vi.
22 Secus tamẽ ſi iura conditionalia proueniũt ex cõtractu, quia tunc in confiſcatione continentur, & ad fiſcũ aduenientе conditione ſpectant, cum iura conditionalia ex contractu ad hæredes tranſmittantur, itaque ad fiſcum: §. ex conditionali, de verbor. oblig. l. inter ſocerum,
23 §. fin. ff. de pactis dotalib. Dumtamen conditio eſſet caſualis, vel mixta, ſecus poteſtatiua, cũ hæc nõ tranſmittatur, l. ſi decẽ petiero, ff. de verb. oblig. & docet Laudenſis de fiſco, q. 10.
24 Rurſuſq; quanuis ex l. noſtra ſine vlla diſtinctione cõtra abſententẽ procedatur, & rurſus ſine diſtinctione bona annotari ſiue publicari poſsint, vt ſupra deciſum eſt, tamen nõ frequenter, & in quouis delicto ad ſequeſtrationẽ deueniendum eſt, formã enim cõſtituit l. 7. tit. 23. lib. 4. Compil. eã nempè, ſi delinquens in amiſsione bonorũ, vel partis eorũ fuiſſet condemnandus, quod iure veteri obſeruabatur per d. l. 1. & 2. C. de requirend. reis, & d. l. 7. tit. 8. p. 3. & ibi Grego. Lop. docet, & doctiſsimus Gomezius tomo. 3. c. 14. nu. 4. ad fin. adducens regu-
25 lam generalẽ ſequeſtrationis, dicens nullatenus habere locũ, niſi quando bona ipſo iure publicantur, vel tollitur, & impeditur eorum adminiſtratio, cui aſſentitur Iulius Clarus lib. 5. §. fin q. 44. nu. 3. & q. 78. & 79. & eſt omninò inſpiciẽdus Caſaneus in Conſuetudinib. Burgundiæ in 2. part. 1. Rubrica de *Confiſcatione*, §. 1. nu. 20. & ſeqq. vbi innumeros caſus recenſet, quibus bona publicãtur, quod docet quoq; Lucanus in tractatu de fiſco, 2. p. & Peregrinus de
26 iure fiſci, libr. 6. tit. 1. Addoque his caſibus, in quibus iuridicè confiſcatio procedit, alienari à

reo posse prædicta bona aliena-
tione, nempe necessaria, volun-
taria tamen minime, vt docuit
Bart. in l. post contractum, ff. de
donatio. & cõmuniter scribentes in l. omnes, §. Lucius, ff. quæ
in fraudem creditorum, & in l.
si quis posthac, de bonis pros-
27 cript. Sequitur & deinde in his
casibus permissis debere adno-
tata bona describi, & apud fide-
lem custodem deponi, vt est de
mente Montalui, Gregorij, Go
metij, & aliorũ vbi supra. Du-
28 bito tamen, quæ bona in inuen
tario describantur, & annoten-
tur, & quæstionẽ video mouis-
se Iulium Clarũ in lib. 5. q. 44.
num. 3. allegãtem Iacobum de
Velouiso in titulo de pace te-
nenda, in princ. ex Baldo, & Ca
picio, docentibus bona tantum
29 mobilia sequestrari debere: li-
cet in Regno Siciliæ, etiam im-
mobilia annotari, in Ducatuq;
Sabaudiæ idẽ obseruari Iulius
asserat. At si rectè perpẽdantur
verba Iacobi, Baldi, & Capicij,
vt Blanco placet in praxi crimi
nali, fol. 9. n. 8. debent accipi in
annotatione forma veteri, quæ
hodie non est in vsu. At in se-
questratione, in casibus à iure
permissis, omnia bona publi-
cantur, tam mobilia, quàm im-
mobilia ipsius delinquentis, &
ita testatur Iulius vbi supra, &
doctissimus Gometius delicto-
rum, cap. 9. nu. 2. plures huius
30 opinionis referens prædictam
tamen doctrinam licet vera sit,
dumtamen constituit diuersi-
tatem inter annotationẽ, & se-
questrationẽ nõ admitto: puto
enim apud veteres annotatio-
nem pro sequestratione poni,
quod sanè verbũ bonis autho-
ritbus incognitum erat, apud
quos tamen in vsu erat nomen
sequester, vel sequestris, vt à Ci
cerone colligit Asconius, verb.
sequester: ita etiam accipitur à
Iureconsultis in l. ei apud quẽ,
cum duabus sequentibus, & l.
licet, ff. depositi, l. si apud te, 18.
ff. de præscriptio. l. sequester, ff.
de verbor. signif. cum allegatis
ab Hotomano, Brisonio, & Be-
rrucio de verbor. signif. lib. 17.
verbo, sequester, & prædictum
sequestrẽ à sequestratione des-
cendere, nullum adnotasse vi-
deo, cõmune enim placitũ est,
vt à sequendo, vel à secãdo de-
riuetur, vt videre est apud Al-
ciatum in d. l. sequester, & ante
eum ex veteribus per Ioannem
Monachum, & Ioan. Andream
in regula locupletari, nu. 3. in 6.
quorum verba transcripsit Ar-
chidiaconus in c. quia res, nu. 3.
11. q. 2. & tradit Aulus Gelius
Noctium Athicarum, libro. 2.
cap. 10. Rebuff. in princ. in d. l.
sequester, & 3. tom. Regiarum
constitut. de sequestris, artic. 1.
gloss. 1. Conanus in Commen-
tarijs iuris ciuilis, libr. 7. cap. 4.
Curtius

Curtius lib.1. Coniecturalium, ad fratrē Ludouicum Carondam, lib.1. verosimilium, c.6. in princip. Couar. Miscelaneorū, lib.3. c.2. Carol. Sigone. de antiquo iure populi Romani, & de iud. libr.2. c.27. Didacus Perez in l.1. in principio. tit.10. lib.3. Ordinam. Sebastianus Medicis de diffinitionibus, lib.2. cap.56.
31 ad finem: a prædictoq; sequestro, sequestrationem à legibus recentioribus, & à iure Canonico fluxisse existimo: quoad effectum tamē idem erat apud veteres adnotatio, quod apud nos sequestratio: in ea enim omnia bona delinquētis comprehenduntur, vt ex prædictis apparet, & ex l. vltima, C. de conueniend. fisci debitorib. suadetur, vbi annotatio significat scripturam, qua quis sibi debitorē adscribit, & plura huius rei cō-
32 gessit Brisonius verb. *annotatio*: quo sensu accipiēda sunt verba nostræ l. verbo, *bienes*, vt tam de mobilibus, quàm de immobi-
33 libus loquātur, & formā descriptionis descripsit pulcher profectò text. in l. si quis intra prouintiam, C. de bonis proscript. vbi Imperatoribus placuit non solum debere describi omnia mobilia bona, & immobilia, sed etiā qualitates eorū, amœnitatem, sterilitatē, & ornatū, mancipia vrbana, vel rustica, & quarū attium artifices sint, vestes, & greges, aurum, & argentum, colonos, & cēsuarios, genus in genere, & speciē in specie, & pondus in pondere, vt ex
34 illius legis serie videre est. Iudex itaq; antequam ad sequestrationem veniat, cum odiosa sit, & prohibita, vt supra ostendimus: hæc duo debet seruare, & cōsiderare qualitatem, scilicet delicti, an sit tale, vt delinquētis absentis bona annotentur: & rursus, vt citatione prima conuincatur ex nostra l. &
35 prædicta l. Fori, & Partit. Salicetus tamē in d. l.1. C. de requirendis reis, scripsit, quando delictum est manifestū, vel quasi ante præconiū posse sequestrationem fieri, & adnotauit Ioānes de Platea in l. defensionis facultas, C. de iure fisci, libr.10. quam puto optimā theoricam ad nostram legem ad quam alludens lex regia 3. tit.10. lib.4. Nouæ Compilat. disposuit, sequestrationem posse, & debere fieri ante vllum proclama, & citationem: quod est animaduertendum ad illam legem, neque Azeuedo meminit ibi diuersitatis iuris antiqui, & l. Partitæ, Fori, & styli, cum dict. l. regia 3.
36 Compil. neque puto corrigi in hoc prædictas leges: nam quāuis in eis decidatur, vnam citationē debere præcedere sequestrationē regulariter intelligi debet, sicut & idem præcipitur

tra committentem eam.

26 *Fides debet seruari ab vno, licet ab alio violetur.*

27 *Si quis violet pacem iuratam, damnum faciendo in rebus, nō poterit vlcisci aduersarius iuramenti prætextu.*

28 *Iuramentum appositum in fœdere obseruandum est.*

29 *Fœdera contractus, & alia de iure inualida iuramēto firmantur.*

30 *Rumpenti pacem, rumpi potest, & quā ratione, & nu. seq.*

32 *Diuersitas inter pacem, & indutias, traditur, & num. seq.*

34 *Ex noua causa, & rixa non dicitur pax, nec treuga rumpi.*

35 *Noua causa semper præsumitur.*

36 *Quando damnum fit in bonis, non habet locum diffidatio inter nobiles.*

37 *Fœderis ruptio æquiparatur proditioni.*

38 *Si quis indutias rumpens alium percutiat, si nobilis sit, reptari potest, ignobilis mortis pœna plectitur.*

39 *Tribus modis indutiæ fiunt, & de pœna rumpētium tractatur num. seqq. ad finem.*

Lex XLI.

IN TEXTV, IBI: *Si algunos han treuga de consuno.*

Scholium I.

1 INter treugam & indutias nullā inuenio differentiam, sed bono, & casto vocabulo video indutias appellatum iri, non verò treugam, causa tamen clarioris intellectus ea vsus fuit Pontifex in tit. de treu-
2 gā, & pace. Accursius tamen in lege postliminium, verb. *Lacesserint*, ff. de captiuis aliter videtur sensisse: cum treugam, pacem, & fœdus per longum tempus appellet, indutias verò pro breui, iuxta text. in d.l. postliminium, §. indutiæ, ff. de captiuis, in illis verbis: *Indutiæ sunt cum breui, & præsenti tempore, con-*
3 *uenit ne inuicem se lacesserent.* Varroquè (vt tradit Aulus Gelius, lib. 1. cap. 25.) indutias diffinit, id est, *Pacem castrensem paucorū dierum.* Item & in alio loco, *Belli ferias vocat,* ipse tamē *Pactitiam belli cessationem* appellat, quod eo tempore non pugnetur, & manus cohibeantur: & Donatus sensit in Eunucho, Actu. 1. Scœna 1. ibi: *Indutiæ sunt pax in paucos dies, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium præbeāt:*
4 Ad tamen centum annorū indutias legimus apud Liuiū, lib.
5 1. & 7. & in annos 38. & lib. 3. in annos 40. lib. 2. & lib. 7. lib. 9. &
6 lib. 10. Indutiæ etiam pro qualibet dilatione vsurpātur, & ita

induciarū quadrimestrū men-
tio fit in l.3.C.de vsur.rei iudi-
catæ, & semestrum in l. sanci-
mus, §.sin autem, C. de fideiuss.
& vnius anni in l.1.C. in quib.
7 causis militātes: & induciarum
quinquennalium meminit te-
xtus in l. final.C. qui bonis ce-
8 dere posśint: induciæ quoquè
pro interuallis, seu intermissio-
ne furoris appellatæ sunt in l.
furiosum, C. qui testamenta fa-
cere possunt, ibi: *Furiosum in suis*
induciis vltimum cōcedere elogium
posse, licet ab antiquis, dubitabatur
tamen, & retro Principibus, & no-
bis placuit. Et Virgilius libr. 11.
9 *Pacem sequestram*, inducias ap-
pellauit, cum media sit inter
bellum præteritum, & futurū:
nulla itaquè, vel pauca diuersi-
tas videtur constitui inter præ-
dicta vocabula, vtcunquè enim
accipiamus treuga, & induciæ
10 temporales sunt: securitasquè
etiam nominari solet, quanquā
(vt videtur colligi ex verbis te-
xtus in lege 1. titul. 12. part. 7.)
induciæ, vel treuga propriè in-
ter nobiles est, inter plebeios se-
curitas, promiscuè tamen vtun-
tur vocabulo Iura, & Scriben-
tes, siue inter generosos, siue in-
ter ignobiles, & probatur in le-
ge 1. titul. 8. lib. 4. Ordinamen-
ti, & in lege 1. titulo. 9. libro. 8.
Compilationis, & consuetudo
generaliter vtitur isto nomine
treugæ inter omnes recentio-
res, & nos quādoquè approba-
bimus non indignū rati vsum:
vocabulis significationem au-
ferre, vel saltem mutare posse,
docuit Gregorius in dicta l. 1.
scholio 2. & nihil interesse, an
appelletur treuga, vel securi-
tas, sanxit lex 2. dicto titul. 12.
partita 7. vbi inducias inter ip-
sas regias personas securitatē
vocat: quo breuiter præmisso
11 ad intellectum nostri text. ani-
maduertendum est inter iuris
Scribentes dubitatum fuisse,
vtrum si treuga sit rupta ab v-
na parte, alia pars rūpere posś-
12 sit, & pars affirmatiua rationi
videtur consentanea, vt con-
tractus reciprocus sit, & pro
vtraquè parte debeat seruari,
aggressorq. dicatur fœdus vio-
lasse, non autem prouocatus,
& lacessitus, ex vulgari idio-
mate, vt frangenti fidem ei nō
seruetur: argumento textus in
lege, si conuenerit, ff. pro socio.
13 Quod & ipsa ethimologia vo-
cabuli testatur cum treuga ab
æqualitate denominetur, vt vi-
dere est per legem 1. tit. 12. par-
tita 7. & ibi Gregorium, quan-
14 uis Ioannes Andreas in cap. 1.
de treuga, & pace aliter defi-
niat: *Treuga, scilicet, est terrens,*
vel tenens guerram: & supradi-
ctis accedit textus, & glossa in
cap. 3. de iure iurando, & ve-
riorem opinionem dicit Bal-
dus in l. cum proponas, num. 1.
C. de

C. de pactis. Imola in lege, qui ſeruum, in prin. ff. de verb. obli. Decius, & Alexand. in d. l. cum proponas, nuc. 3. & 7. Panorm. & Belamera in c. 1. de treuga & pace, quos & alios innumeros refert, & ſequitur Diegus Per. in l. 1. titulo 8. libr. 4. Ordinam. Iulius Clarus lib. 5. §. fin. q. 47. nu. 6. vbi diſputat, & affirmat non aſtringi quē ſeruare treugam, quam fregit aduerſarius ſuus, & ſibi eſſe perſuaſum cōtrariū nullibi ſeruari, & refert Claudium & alios ita docētes.

15 Contraria tamē ſentētia alijs placuit, nēpe, vt rūpenti inducias, non ſint rumpēdæ, quinimo ſeruandę, quod fuit dictum originale Vincētij in c. 1. in fin. de treuga & pace, & in c. inter verba, 11. q. 3. & Ioan. Andreas in Rubr. de treuga, & pace, in additione 1. ad Speculatorē, Iaſ. in l. qui ſeruum, ff. de verbor. obligatio. nu. 2. & 3. Hippol. in praxi criminali, §. aggredior, num. 87. & multis exornat Decius in cap. conſtitutus, num. 3. de appellat. in primo, Grattus conſil. 105. num. 1. Diegus Perez plures referens in dicta l. 1.

16 ſcholio. 1. verſiculo: *Contrarium:* Qui grauiſsimi patres ea ratione mouentur, quia quanquam durum videatur non poſſe quē ab aduerſario prouocatū ſe defendere, illud tamen operetur vis induciarum, cum eæ ad tempus ſint, quo tranſacto poterit pars offenſa vindictam ſumere, ſicut dicitur in iudice tempo-

17 rali, qui durante officio nō conuenitur, quia finito tempore, offenſus ſe vlciſci poteſt, quam rationem reddit Decius, quem omnes ſequuntur in dicta lege cum proponas, & præcipuè in Hiſpania ſic receptum fuiſſe, docet Egidius in cap. 1. de treuga & pace, num. 82. & Alexan. in l. ſemel mora, ff. ſolut. matrimonio, & vbiquè contrarium ſeruari, præterquam in Hiſpania teſtatur Clarus in d. q. 47. nu. 8. in fin. quam opinionem approbauit ius regium partitarum in l. 28. tit. 11. p. 3. & in l. 5. tit. 12. p. 7. Quod & ex induciarum formula ſuadetur, ea enim erat, *Vt in diem certum non pugnetur, nihilq; incommodi detur, ſed ex eo die poſtea vti iam omnia belli iure agantur,* quam ſcribit Briſon. de formulis, lib. 4. col. penul. At

18 noſtra l. ſtyli hanc Hiſpanię cōſuetudinem videtur emēdare, dum docet, rūpenti & violanti inducias, violari & rūpi poſſe, amplectens priorē opinionem, quam retulimus, in quo eſt mirabilis noſtræ l. deciſio, & neceſſaria, cum ante eam deberet ſeruari deciſio ll. Partitarū, quæ elegerunt ſupradictā opinionē Vincentij, & conuenit legi noſtræ l. 3. tit. lib. 8. Compil.

19 Rurſusquè animaduerto, in

casu nostræ leg. opus fuisse hac regia decisioue: loquitur enim textus noster, quando indutiæ violantur quoad res, quo casu vigere prædictam Hispaniæ consuetudinē, nempè, vt quando quis violet fœdus, dando damnum in rebus, non possit aduersarius vlcisci tempore indutiarū, sed debeat seruare pactum, & fœdus, & ita intelligēdam dictam l. Partitæ 28. tit. 11. part. 3. voluit Gregor. in dict. l.
20 3. titul. 12. part. 7. gloss. 3. At si damnum fieret in personam, tūc vlcisci posse antequam indutiæ finiantur: placuit præfato authori in dicta. l. 3. schol. 3. in fin. consuetudinem Hispaniæ tantū præcedenti casu ad-
21 mittens: in personis enim grauis est iactura, quàm in rebus, argumento l. in seruorum, ff. de pœnis, quæ opinio videtur probari expresse in d. l. Partitæ 28. in illis verbis: *Que no sea en cuerpos de hombres, y mugeres.* In rebus
22 enim cum minus prçiudicium versetur, non debet frangi fi-
23 des, quanuis ab aduersario frangatur, improbata opinione gl. in cap. cupientes, verb. *Malignantium*, de delict. lib. 6. asserentis, habenti ius principale licere vti cauillationibus, vt aliàs
24 repellat: admitto enim Baldi sententiam in Rubric. C. de fide instrumentor. docentis, non licere producere falsum instrumentum solutionis cōtra producentem falsum instrumentū
25 debiti. Docetq; Lucas de Penna in l. vnica, C. publicę lætitię, libr. 12. non debere committi proditionem contra committentem eam, cum fides debeat seruari ab vno, licet ab alio vio-
26 letur. Sic igitur intellecto prædicto iure Partitarum in nostra lege tantū deciditur casus nouus, respectu rerum cum prætextu personæ, ex dict. l. Partitæ rumpenti, rūpi indutiæ possint, nisi dicamus, vt euitetur
27 correctio: neq; etiam respectu rerum, casum nouum à nostra lege determinari, si cum iudicio animaduertamus textū in dict. l. 28. decidere, vt quamuis quis violet pacem (iuratam tamen) damnum faciendo in rebus, ab aduersario non posse vlcisci durante spatio, & dilatione induciarum, ex anteriori ratione, & ex alia fortiori, quia iuramētum interpositum fuit, quod seruari debet, in quo solum nititur prædicta lex Partitæ, in illis verbis: *Por no quebrantar su jura*: vnde si hoc cessaret, sicut cessat in nostra lege, quæ non loquitur de inducijs iure iurando confirmatis, idem quod in personis, & in rebus iure partitarū dicemus, vt vtroque casu, & vtroq; iure, & probabiliori opinione in Hispania, sicut in alijs Regnis, & prouin-

prouincijs, non dicatur quis ruptor induciarũ, quando aduer-
28 ſarius prius rupit: ſi tamen iuramentũ eſſet appoſitũ in fœdere, & indutijs, putarẽ eſſe obſeruandũ prædictũ pactũ iuramenti prætextu, durãte fœdere, & eius dilatione, ita vt non poſsit quis vindictam ſumere, niſi indutiarũ elapſo tempore, vt ſupra notauimus, in quo eſſet ſeruanda prędicta l. Partitæ, propter robur, & firmitatẽ iu-
29 ramenti, cum nõ ſit in iure nouum fœdera contractus, & alia de iure nulla, vel quæ facile reſcindi poſſunt iuramento firma manere, vt eſt vulgare, & Doctores in cap. quanuis pactũ, de pact. lib. 6. & in cap. cum contingat, de iure iur. latè tractant, & cum hac declaratione (ſi quid iudico) intelligenda quoq, eſt prædicta l. 3. tit. 8. lib. 8. Comp.
30 In pace tamen aliud vtroq, iure, & nemine refragante ſtatutum eſt, nempe, vt rumpenti, & frangenti, pacẽ rumpi poſsit,
31 & hec ex ſuperiori ratione: nã cum pax ſit perpetua, induti æ verò ad tempus nunquã poſſet vindicta ſumi, ſi idem obſeruaretur in pace, quod & indutijs, cum his finito tẽpore vltio ſuc-
32 cedat: ex quibus apertè patet differẽtia inter pacem, & indutias, cum illa perpetua: hæ verò temporales ſint, pace itaq, rupta, rumpi poſſe, docuit Bart. in l. aut facta, §. cauſa, in princ. ff. de pœnis, Decianus conſ. 4. volumine 3. nu. 22. & multis exornat Iulius Clarus lib. 5. §. fin. q. 44. nu. 9. Abbas in c. bonæ memoriæ, de elect. & eſt cõmunis opinio, & iure regio approbata per l. fin. in fin. tit. 12. p. 7.
33 Illud tamẽ ſilentio præteriri nõ debet, vt ſi pace inita aduerſarius ſine cauſa eam diſcindat altera pars, nec teneatur ſeruare, vt ſupra reſoluimus, & rurſus pacis violator puniatur eadem pœna, qua punietur rumpens indutias, vt probat text. in d. l. fin partitæ: quæ tamen hæc pœna ſit, habetur in l. 3. tit. 12. partita 7.
34 Quæ omnia vrgent in pacis violatore ſine cauſa: at ſi noua rixa ſit, & ex noua cauſa, hoc caſu non dicitur pax, nec indutię rumpi, neq, pœna prædicta effectum ſortitur, vt docet Paul. in l. qui ſeruũ, ff. de verb. oblig. Bald. de pace tenenda, num. 2. Greg. multos referẽs in d. l. fin. ſchol. 6. Didac. Perez in dict. l. Ordinam. Azeuedo in l. 3. tit. 8. lib. 8. Comp. nu. 10. Iulius Clarus in d. §. fin. q. 47. n. 9. vbi docet, facta inter aliquos promiſſione de nõ offendendo ſub ali
35 qua pęna. Deindeq, noua cauſa & rixa ſuperueniente alius aliũ offendat, pœnam non cõmitti & in dubio ſemper pręſumi nouam cauſam teſtatur Iaſ. in d. l.

qui seruum, ff. de verbor. oblig. & latè Mascardus 3. tomo, conclusione 1157. & de pacis diffinitione, & quotuplex sit, est omnino videnda l. 4. tit. 12. p. 7. & pacē petentes, quid offerre solerent, tradit Alexan. ab Alex. genial. dier. lib. 5. c. 15. & de pacis signis, seu inditijs idem author tractat lib. 4. c. 7. & de pacis formula Brisonius de formulis lib. 4. ad finem.

IN TEXTV, IBI: *Va contra los bienes del otro.*

Scholium II.

36 Colligitur ex hac lege casus singularis, in quo licet alioqui, quando damnum fit in bonis nō habeat locū diffidatio inter nobiles (hoc enim nomen eligo explicatioris intellectus causa, verbum autem diffido, id est, despero, accipitur à linguæ Latinæ Authoribus, iuxta illud vulgare Senecæ dictum: *Nec secundis rebus nimis fidendum, neq; aduersis diffidendum est.* Diffido autem diffidas, verbum, apud bonos authores nūquam inueni) vt probat textus in lege. 3. tit. 21. libr. 4. Fori, l. 9. tit. 9. libr. 4. Ordinam. l. 8. tit. 8.
37 lib. 8. Compila. Cum sit de iure verum, diffidationē solum procedere, quādo ex delicto oritur proditio, l. 3. tit. 3. p. 7. At induciarum vis tanta est, vt ratione etiam bonorū, si induciæ rumpantur ex dictis iuribus fœderis ruptio super prædictis bonis æquiparatur proditioni, ex d. l. 3. & alijs supra nominatis.

IN TEXTV, IBI: *Y lo fiere, y lo mata defendiendo sus bienes.*

Scholium III.

38 SI Quis inducias dissoluens, aliū percutiat, vel occidat: si nobilis sit, reptari potest (hoc enim vocabulo vtor, licet probatis authorib' incognito, doctrinæ tamen ratione: verbū enim repto reptas, in nostræ l. significatu nunquā inueni, longe enim aliā significationē habet: accipitur enim verbū reptare, id est, lēto passu incedere, iuxta illud Horatij: *An tacitū syluas inter reptare salubres:*) Ignobilis mortis pœna plectitur, iuxta l. 3. tit. 12. p. 7. quæ lex captu ram quoq; personæ prædictis duobus casibus anteriorib' cōparauit, vt in his tribus casibus, capiendo, percutiendo, & occidendo, quis reus mortis efficiatur: qui omnes tres casus recensentur in l. 1. tit. 8. lib. 4. Ordin. Regij, quæ similis est prædict. l. partitæ, cum distinctione tamē:
39 nam per prædictā l. Ordinam. tribus modis induciæ fiunt, nēpè, ex partis voluntate, Regis mandato, iudicisq; iussu, induciæque, & securitas per partem facta

facta æquiparatur indutijs, & securitati factæ Regis mādato: & in his duobus casibus capiēs, percutiens, vel occidens, fœdus rumpendo pœna mortis afficitur, secundum prędictā l. partitæ. Sed tertio casu, quādo iussu
40 iudicis induciæ initæ sunt, si quis eas rumpendo occidat, morte quoq; plectitur, si percutiat tantum, vel capiat, punitur pœna 600. quadrantum bonæ
41 monetæ, & aliter iniuriam facientes, arbitrariè puniūtur, vt constat ex serie d.l. Ordinam. in qua prędicta mors est qualificata eadem scilicet, quę proditori imponitur cum amissione quoq; semissis bonorū, quę eadem pœna electa est à text. in l. 1. tit. 9. lib. 8. Compil. Emendatur tamen in solo casu capturæ, nam per l. Ordimen. 600. quadrantū pœna erat, & per l. partitæ mortis, & per d.l. Compil.
42 pœna est triremium per decem annos, vel deportationis, secundum qualitatem personæ: cum igitur hæc pœna imposita sit, indutias discindenti, eligendo priorem opinionem, de qua supra, docuit l. nostra non habere
43 locum prædictā pœnā, quando quis prouocatus, & lacessitus induciarum violatione percussit, vel occidit, eas non custodientem cū fides violanti eam seruari non debeat, iuxta superius adducta.

IN TEXTV, IBI:

Si es entre hidalgos no puede reptar por ello: y si es entre otros hombres, no serà tenido a la muerte, ni a las feridas.

Scholium III.

44 EX Præcedētibus intelligēda sunt prædicta verba, secundum prædict. l. partitæ Ordinam. & Compil. ex quibus pœna nobilis est, vt diffidari, & prouocari possit nō nobilis, vt morte plectatur, iuxta superiorem declarationē, à qua pœna liber est nobilis, necnō & ignobilis, si fœdere rupto offendat.

IN TEXTV, IBI:

Y si reptan al hidalgo.

Scholium IIII.

45 HOc inquit lex alludens ad pœnā nobilis, & generosi, quę est prouocationis, si iustè prouocetur.

IN TEXTV, IBI:

O acusan al otro.

Scholium V.

46 LOquitur lex de plebeio, qui cū non possit diffidari, etiā si ruptor induciarū sit, accusatur, vt cōdemnetur in pœnis contra eos statutis, si iusta accusatio sit.

IN TEXTV, IBI:

Ni es tenido a otra pena.

Scholium VI.

47 IN hoc semper l. nostra mihi difficilis visa fuit, cum id tātum de iure, & receptiori sententia verum sit, offendentē ad uersa-

uersarium suum, qui fœdus rupit, non astringi pœna scilicet imposita rumpētibus inducias, cū hac liber sit, siue nobilis, siue plebeius percutiens capiēs, vel occidens, vel aliter iniuriā inferens, cum non visus sit rūpere fœdus ille cui prius ruptū fuit: durum tamen est, vt nulla alia pœna legali teneatur, secundū qualitatem personæ, & delicti, præcipuè in casu nostræ l. cum tantum loquatur, quādo damnum fuit factū in rebus, super quibus fœdus appositū erat, & tamen quis cōtrauenit, & vt ex hac leui occasione possit quis impunè occidere, vel percutere vel aliter iniuriam inferre ab omni ratione alienū videtur, præsertim cum lex hoc cū iudicio prouiderit, l. nempè, par- titæ 3. tit. 12. par. 7. quæ pœnam quadrupli imposuit contra dā-

48 num dantē in bonis. Nostra ergo lex necessariò intelligenda est, vt dum docet alia pœna nō astringi, accipiatur secundum supradicta: de his pœnis scilicet quibus afficiebātur fœderis violatores, ita vt neq, proditor dici possit, neq, fidei fractor, neq, possit prouocari: alijs tamē pœ

49 nis legalibus delinquēs puniendus est, secūdum delicti qualitatē, & pulchrè docuit Grego. Lop. in l. 28. tit. 11. p. 3. schol. 7. idem Gregor. in l. fin. tit. 1. p. 7. schol. fin. & Grego. suffragatur

50 decisio l. 1. tit. 12. p. 7. decidentis posse partes inducijs finitis petere emendari damnū à iudice, cum induciæ contineant in se legalitatem, & iustitiam.

Textus quadragesimus secundus.

Sobre la ley que comiença, Ningun traydor, que es en el titulo de los reptos, sobre aquellas palabras, de mentra que con el touiere tregua, es a saber, que si estando en tregua le hizo tal cosa, a aquel con quien estaua en tregua, porque le pueda reptar, recebirlo han al repto, como si a otro lo hiziesse, porque le podrian reptar mientras estuuiere en tregua con el. Esso mismo no le puede reptar de cosa que ouiesse hecho de ante de la tregua: saluo si al otorgar de la tregua lo ouiessen assi puesto, e otorgado, que le pudiesse reptar.

SVMMARIVM.

1 *Offensus, durante fœdere, diffidare non potest, cū translacta dilatione induciarum possit se vlcisci.*

2 *Si durante tregua causa noua superueniat, diffidatio locum habet, & num. sequentibus.*

7 *Tregua est securitas præstita rebus, & personis, discordia nondum finita.*

8 *Tregua comprehendit omnem securitatem, & num. seq.*

10 In

10 *In induțijs nō ſolum propriæ perſonæ, ſed & familiares, & qui familiæ adhærere ſolent, comprehēduntur, & numero ſequenti.*

11 *Pax ſine cohærentibus nō poteſt ſeruari.*

13 *Contractus ſtricti iuris recipit interpretationem extenſiuā, quādo aliàs ſuſtineri non poteſt.*

14 *Non ſolum comprehenduntur familiares in prædicto fœdere, ſed & etiam qui poſt indutias initas nati fuerunt, & ad paciſcentis ſeruitium, & poteſtatem venerunt.*

15 *Stipulationis verba aperta eſſe debent, & eius natura extenſionem non patiuntur.*

16 *Quando fiat extenſio de perſona ad perſonam, & quando de caſu ad caſum, & num. ſeq.*

18 *Interpretatur textus in l. ſi quis ita, §. penult. ff. de teſtamentaria tutela, & numeris ſeqq.*

21 *Si non in perſonam, ſed tantum in rem concipiantur verba indutiarum accipitur cum adhærentibus.*

22 *Adhærentes propriè dicūtur illi, qui familiæ aſsiſtunt, & num. ſequenti.*

Lex XLII.

IN TEXTV, IBI: *Sobre aquellas palabras de mientras que con el tuuiere tregua.*

Scholium I.

1 LEX Noſtra in hoc refert ſe ad legem 14. tit. 21. lib. 4. Fori, quæ connumerat perſonas, quæ prouocare nō poſſunt, & inter eas offenſum durante fœdere, qui diffidare non poteſt, ſecundum opinionem Vincētij, ſupra relatam in lege anteriori, ex ratione quam ibi attullimus: quia cum indutiæ temporales ſint, tranſacto tempore poterit ſe vlciſci, quod ante l. Fori decreuit prędicta l. 28. tit. 11. par. 3. & l. 2. tit. 3. p. 7. cum
2 tāmen leges noſtrę ſtyli conditæ ſint ad interpretationem & declarationem legū Fori, hoc ita intelligendū noſtra lex ſtatuit, niſi indutijs nō finitis quis
3 iniuriam inferat, ob quam diffidari poſsit, tūc enim habet locum diffidatio, & prouocatio, & in hoc noſtra l. eſt ſubtiliſsima, quanuis nullus ex ſcribētibus de ea mentionem faciat, & debet ſeruari, cum idem diſpoſitum ſit per l. 3. tit. 9. lib. 4. Ordinam. & l. 3. tit. 8. lib. 8. Comp. & ibi Azeuedo, verb. *Saluo ſi durante la tregua*, qui immemor noſtræ deciſionis inquit ius nouum ſtatui per dictā l. Ordina-
4 menti, & Compil. aitque accipiendam eſſe prædictā deciſionem in caſu tātum quo loquitur, nempè, vt ille qui indutias rūpit, offendi non poſsit perſonali, vel reali offenſione, ſed ſolū prouocari queat, vt ſit ſēſus, hunc

hunc modũ specialem non tollere regulam generalẽ in alijs casibus, & Hispaniæ consuetudine, vt durante fœdere iniuria affectus vlcisci non possit: qui intellectus si verus esset, de quo dubitat præfatus Author, esset absurdus, & ex eo eliceretur inter plebeios, vel inter nobilem, & plebeium nõ posse iudicium formari, & vindicta sumi, cum necessariò prouocatio
5 solum inter nobiles locum habeat, iuxta legem 3.tit.3. & legem 3.tit.12.part.7. At induciæ inter nobiles, & plebeios quoquè constituuntur, iuxta l. 1. & 2.tit.12.part.7. l.1.tit.8.libr.4. Ordinam.l.1.tit.9.lib.8. Compilationis: & sic opinionem, de qua in l. anteriori puto veriorem,
6 neque diffidatio in hac l. nostra styli apponitur, nisi causa exempli, non verò vt ad alios casus non trahatur, nec de alijs potuit prouidere, si rectè considerenius: nam fuit declaratoria ad l. Fori, qua solum tractatur de prouocatione, & de casibus in quibus non procedat, & in hunc sensum intelligenda est prædicta l. Ordinam. & Compilationis.

IN TEXTV, IBI: *De ante de la tregua.* *Scholium II.*

7 QVia tregua est securitas præstita rebus, & personis, discordia nõdum finita, ex glos. cõmuniter allegata in cap. 1. de tregua & pace: omnem itaque discordiam anteriorem
8 cõprehendit, ita vt neq. dicto facto, nec cõsilio paciscẽtes induciarũ tempore se offendere possint, ex l. 1. tit. 12. par. 7.
9 & in ipso instrumento securitatis specialiter in omnib' promitti fides debet, ex l.2.tit.12.
10 part.7. Quinimò, & quod maioris considerationis est, quanuis de iure certum sit, nõ posse fieri extẽsionem de persona ad personam, l. si quis ita, §. penultimo, ff. de testamentaria tute-
11 la: in inducijs tamen, quas vnus cum altero init ipse, & eorum familiares, & cæteri qui familię adhærere solent, & mandatis suis obtemperare comprehenduntur ex pulchra decisione textus in l. 1. §. deiecisse, ff. de vi & vi armata, l. 2. tit. 12. part. 7. &
12 hoc ratione pacis, quæ sine cohærentibus seruari non potest, docuit Angelus in l. quæ religiosis, in principio, ff. de rei
13 vendicatione: contractus enim stricti iuris recipit interpretationem extensiuã, quando alias sustineri non potest, nec suum sortiri effectum, l. si stipulatus fuero, ff. de verbor. obligat. & non solum ex prædictis ratio-
14 nibus comprehenduntur familiares, & alij assistentes tempore quo initæ induciæ fuerunt,

verum

verumetiam, qui poſt ad paſci-
ſcentis ſeruitium, & poteſtatẽ
15 venerunt, vt docet Felinus in
dicto cap.1. de treuga, & pace:
quamuis aliàs verba ſtipulatio-
nis aperta eſſe debeant, & eius
natura extenſionẽ non patian-
tur, l. quid quid adſtringendæ,
16 de verborum obligation. Hoc
tamen caſu veriſimilis volun-
tas contrahentiũ inducias ver-
ſatur, vt ad alias perſonas ſuæ
familiæ extenſio fiat, licet ſpe-
cialiter nominatæ non ſint in
induciarum fœdere, ſicut in di-
ſponentis voluntate dici ſolet:
17 quæ ex veroſimili eius mente,
de caſu ad caſum extenditur, l.
Titius, §. Lucius, de liberis &
poſthumis, ad quod allegatur
communiter gloſſa in l. tale pa-
ctum, §. fin. ff. de pactis, & in l.
Gallus, §. & quid ſi tantum, de
liber. & poſthum. vbi Scriben-
18 tes late tractant. Nequè obſtat
prædicta l. ſi quis ita, §. penult.
ff. de teſtament. tutela, quæ ma-
iorem difficultatẽ habet, cum
non faciat extenſionem ad alios
caſus, & perſonas: at eius deci-
ſio ſolum admittenda erit in
tutelæ datione, quæ cum odio-
ſa, & oneroſa ſit, meritò nõ ex-
tenditur ad eum filium, de quo
pater non excogitauit, cũ odia
reſtringi debeant, iuxta l. cum
quidam, de liberis & poſthum.
& quia tutelæ datio nullatenus
extendi potuit ad eum filium,
de quo pater ignorabat: nam
cum ibi tractetur de veroſimili
19 voluntate ineſſe nequaquã po-
teſt circa perſonam excogita-
tam, & quã teſtator putabat nõ
eſſe in rerum natura: quinimò
ex ipſa veroſimili mente, iuſtè
dici poteſt, extenſionẽ prohi-
20 beri. Rurſusq, etiã, ſi filius vi-
ueret, ex mente patris colligi
non poteſt illius tutoris datio,
cum alius forſam pupilli mori-
bus magis conueniret, quẽ in-
tellectum alijs improbatis tra-
dit Molina de primogenijs, lib.
1. cap. 4. num. 27.

21 Rurſusquè, ſi non in perſo-
nam, ſed tantum in rem conci-
piantur verba induciarum, in-
telligitur, & accipitur cum ad-
hærentibus, l. quæ religioſis, ff.
de rei vendicatione, & de ad-
hærentibus mentio fit in cap.
ad Apoſtolicæ, verſ. adhæren-
tes, de ſentẽ. & re iudic. lib. 6. &
22 in c. vt circa, de elect. eod. lib. 6.
& quoad perſonas adhærentes,
propriè dicuntur, illi qui aſsi-
ſtunt familiæ, nempè filij, fami-
liares, & domeſtici, & omnes,
qui ſpontè ſunt eiuſdem volun
25 tatis cuius eſt dñs, ex Bart. Bal.
& Salicet. in l. 1. C. ſi rector pro-
uinciæ, & quoad res, illud quod
acceſſorium dici ſolet adhærẽs
eſt, ex dict. l. quæ religioſis, cum
vulgatib. docet Felin. d. c. 1. n. 1.

Textus quadrageſimustertius.

Sobre la ley, q̃ comiença, El reptado, q̃ es en el titulo de los reptos, ſobre aquella palabra, No mucra por razon de aleue. Y eſto ſe entiende el repto de los hijosdalgo. Mas ſi otros q̃ no ſean hijosdalgo hirierẽ, o mataren, o prendieren ſobre tregua, aquel con quien la han moriran por ello. Y en eſto que dizen del que hiriere ſobre tregua, el herir ſe entiende aſsi, q̃ parezca liuor en el cuerpo, e ſino parece liuor en el cuerpo, no ſe prueua la herida, e tal fecho ſe quenta por deshõra, e deue ſer juzgado a bien viſta del juzgador, mas por denueſto, ni por deshõra, ni por otro mal que le haga en ſus bienes ſobre tregua, no lo mataràn por ello, mas darle han la pena que es pueſta en la ſeptena partida, en el titulo de las treguas, en la ley que comiẽça, Los quebrãtadores: e la pena q̃ ay, dize es pueſta, ſi hiziere daño en ſus coſas, pechegelo quatro doblado: e ſi deshõrare, hagale enmienda a bien viſta del Rey: mas entre los hijosdalgo, ſobre tales coſas pueden ſe reptar: pero entre los que ſon poblados de fuero, ſi alguno quebrãtare la tregua, deue auer la pena que dize en el fuero, a que es poblado el que quebranta la tregua: e las penas de las treguas, quãdo no ſon juzgadas por repto, ni por fuero, deuen ſer juzgados por derecho del departimiento de la dicha ley los quebrantadores. Otro ſi en la tregua, que ha vn cauallero, o otro hombre con otro: e los ſus hombres ſon, y entran en eſta tal tregua: e cada vno de los caualleros, deue guardar, q̃ no mate, ni fiera a los hõbres del otro con que ha tregua, ſino poderlo ha reptar por ello: y eſſo miſmo podra reptar, ſi ſobre tregua le ouieſſe hecho daño a ſabiendas en las ſus coſas, mas ſi los hombres de vn cauallero, e del otro, que han tregua contienden, e ſe matan, no ſe quebrantan tregua, ſaluo ſi contendieſſen ſobre aquello que los caualleros entran en tregua: eſtonce deuen ſaber de quien ſe leuantò la contienda, y eſſos ſon tenidos al quebrantamiento de la tregua.

SVMMARIVM.

QVÆ ſit pœna rei reptati conuicti, & numero ſequenti.

3 *Solum inter nobiles diffidatio locum habet, & vnde habuerit ortum, oſtenditur, numeranturq́; caſus diffidationis, & numero ſequenti.*

5 *Ex conſuetudine in Hiſpania viſitata fuit reptatio.*

6 *Duellum, an riepto conueniat.*

7 *Reptatio à verbo repetere, denominatur.*

8 *Dif-*

8 *Diſſidatio, & reptatio non idem ſignificant, perſonaq́ permiſſa, & prohibita reptari enumerãti, & num. ſequenti.*

10 *Reptatio ante ſolum Regem fieri poteſt.*

11 *Extra caſus proditionis, & aleuoſiæ nunquã Rex reptationem admittit.*

12 *Quomodo, & quibus verbis reptatio fiat, demonſtratur.*

13 *Quomodo reptatus debeat reſpondere, oſtenditur.*

14 *Teſtes in cauſa reptationis debẽt eſſe nobiles: plebei enim non admittuntur in teſtimonium.*

15 *Reptatio, an vigeat in Hiſpania noſtris temporibus, & nu. ſeqq.*

19 *Duellum omni iure prohibitum eſt, & num. ſeqq.*

24 *Grauiori pœna afficitur plebeius, quàm nobilis.*

25 *Perſonæ principes, niſi conſulto Principe, non condemnantur.*

26 *In captura quoq́ præfertur nobilis plebeio.*

27 *Nobilis dũ eius cauſa agitatur, ſedet in ſecretarijs iudicantium.*

28 *Romulus vrbis Author, in duos ordines populum diuiſit, plebeium ſcilicet, & patritium.*

29 *Nobilis inducias rumpens, diffidari poteſt, plebeius mortis pœna afficitur.*

30 *In pœnis pecuniarijs maiori pœna afficitur nobilis, quàm plebeius.*

31 *Recẽſentur caſus diuerſitatis inter nobilem, & plebeiũ, qui inducias rumpunt, & num. ſeq.*

33 *Tribus modis induciæ fiunt, & num. ſeqq.*

38 *Arbitrium iudicis propriè locum habet in his quæ à iure determinata non ſunt.*

39 *Arbitriũ debet eſſe conforme iuri & rationi.*

40 *Arbitria nõ habent locũ quando pœna ſanguinis imponi debet, niſi agatur ad intereſſe.*

41 *In leuibus iniurijs ſola pars iudex.*

42 *Iniuria triplex eſt, & nu. ſeqq.*

46 *Cum à iure propter diuerſitatem iniuriarum pœna certa ſtatui nõ poſſit, arbitrio iudicis æſtimatur.*

47 *Pars offenſa ciuiliter, vel criminaliter agere poteſt, & vna uia electa altera ipſo iure tollitur.*

48 *Arbitrium iudicis propriè ſuccedit quando criminaliter agitur, & num. ſeqq.*

50 *Dubitatur, an arbitrium iudicis extendatur ad pœnam mortis, & num. ſeqq.*

57 *Negatiuã partẽ noſtra l. elegit, ſtatuens iudicem, qui arbitrariè punire poteſt, non poſſe reum ad mortẽ condemnare, & numer. ſequenti.*

59 *Pœna capitis, multiplex eſt.*

60 *Pœna capitalis ſemper intelligitur de mitiori appellatione interitus nõ neceſſariò venit mors, & ex ſimilitudine pœnæ iudex arbitratur, & numeris ſequentibus.*

65 *Verbum, ſeueriſsima, importat mortem.*

66 *Acerrima pœna, mors eſt.*

67 *Prædicta quæstio, an arbitrium extendatur, tractatur, & limitatur in numer. seqq. vsquè ad num 77.*

78 *Si durante spatio indutiarum, damnũ quis faciat in bonis alicuius, punitur pœna quadrupli.*

79 *Pœna quadrupli in iure imponitur in multis casibus, & nu. sequentibus.*

84 *Diffidatio solum procedit, quãdo ex delicto resultat aleuosia, vel proditio.*

85 *Forus, & consuetudo populi seruanda est, & propriè forus quomodo sumatur, & num. seq.*

87 *Lex nostra loquitur de foro municipali, qui seruari debet, & num. seq.*

89 *Vsus fori non est probandus, sicut consuetudo, & fori diffinitio adnotatur.*

90 *Styli lex nostra declarat prius cõditas fuisse leges Partitæ, quã leges Fori.*

91 *Treuga nominatur siue inter nobiles, siue inter plebeios.*

92 *Triplices indutias esse adnotatur & num. seqq.*

98 *Familiaritas auget affectũ consanguinitatis.*

99 *Familiaris perpetuus habet priuilegium perpetuum, tẽporalis verò durante familiaritate, & num. seq.*

102 *Dominus familiã ad pacis custodiam adstringit, & numer. sequenti.*

104 *Iudex potest compellere partes ad concordiam.*

105 *Illud quod potest fieri per contractum, potest fieri per iudicẽ, & num. seq.*

107 *Treuga, personas, bonaq; comprehendit.*

Lex XLIII.

IN TEXTV, IBI:

No muera por razon de aleue.

Scholium I.

1 Lex hæc, de qua nostra mentionem facit, est l. 22. tit. 21. lib. 4. Fori: inquitq, reum lacessitũ, & reptatum (vt iura vulgaria, & recẽtiores Scriptores loquũtur) conuictum ex proditione, perpetuò exulandũ, amittereq; dimidiam partẽ bonorum fisco applicandam, quæ pœna nobili reo victo prouocato irrogata est per prædictã l. Fori, & ante eam per legẽ 8. tit. 3. part. 7. quę
2 lex ex causa proditionis statuit, lacessitum, reptatum, & victũ, pœna mortis plecti nõ debere, cuius pœnæ nulla alia l. ex recentioribus meminit, nisi quoad dimidiam bonorũ partem, l. 10. titul. 26. lib. 8. Compilatio. nisi reus prouocatus, reptatus victus, proditor declaratus sit, quo casu vitam, & omnia bona amittit, ex dict. l. Partitæ, in fin. discrimẽ cõstituente inter proditionem, & aleuosiam, vtorq; ego

ego his (quanuis non Latinis vocabulis) reptatio, diffidatio, aleuoſia, & treuga, cum aliter materia percipi nequeat, & recentiora iura eis vtantur.

INTEXTV, IBI: *Y esto se entiende el repto de los hijosdalgo.*

Scholium II.

3 PRofectò in hoc excuſari poterat, & cõſulto omitti declaratio noſtræ l. cũ de iure certiſsimũ ſit, ſolum inter nobiles prouocationem locũ habere, iuxta l.3.tit.3.& l.3.tit.12. p.7.l.14. tit.21. p.2.l.1. & 2. tit. 21. lib.4. Fori, l.1. & per totum
4 tit.8.lib.8. Compila. quæ vnde habuerit ortũ oſtẽditur per d.l. For.& Compil.& in d.l.3.tit.3. p.7.& in l.2.& 3.d.titul.21 For. numerantur caſus, in quibus prædicta prouocatio,& diffidatio locum habet inter nobiles, ratione ſcilicet, *non ſeruata fidei, & amicitia antiquitus inter eos inita Regum conſenſu*, & ex conſuetu-
5 dine in Hiſpania vſitata fuit reptatio, vt ita loquar doctrinæ gratia, licet nõ inficiar, vt ſuperius dixi, huiuſmodi verbum apud bonos authores nõ reperiri, apud Conſultos autẽ neq, vnum, neq, alterum, cum conſuetudo tantum Hiſpaniæ fuerit, vt patet ex proœmio tit.5.
6 p.7. Quãuis prouocatio, & ſingulare certamen, quod ex ea fluebat veteribus nõ fuiſſet incognitum,& priſci Græci Monomachiam appellabant, quo nomine eã vetãs vſus fuit text. in c. Monachiam, 2.q.4. Apud Latinos certamẽ dicta, & apud recentiores Duellum, l.1.C. de gladiatoribus, lib.11. vbi Cuiatius, & Alciatus libr.2. Parerg. cap.45.& in Hiſtoria Tripartit. lib.10.cap.1.& in ſingulari certam. cap.1. & 3. & à vetuſtiſsimis, perduellionis crimen fuit nuncupatum, cuius meminit lex 12. Tabul. illis nẽpe verbis: *Perduellionis crimen capite punito*, quod non multum à duello diſtat, licet nõ reptationis ſolemnitate, de qua in legibus Hiſpanis, quã à verbo Latino repetere dici, adnotatur in l.1.dict. tit.3.
7 neq, alio vocabulo ſignificabitur, præſertim cũ prouocatio, diffidatio, & reptatio nõ idem ſignificent, diuerſitatem enim conſtituit l.2.tit.21.lib.4.Fori,
8 & perſonæ prohibitæ, & permiſſæ reptare recẽſentur in l.2. dict. tit.3.p.7.& caſus in quibus
9 reptatio locũ habeat in l.3.ſeq. & in l.2.& 3.Fori. Ruſusq, an-
10 te Regem ſolum fieri poteſt: & extra caſus proditionis nũquã
11 Rex admittit eam ex dictis iuribus, & quomodo, & quibus
12 verbis fiat, & prouocatus debeat reſpõdere, oſtẽditur in l.4.
13 dict. tit.3.p.7.& in l.6. titul. 21. libr.4.Fori,& in dict.l.Partitæ:

14 vnum profectò singulare adnotatur, nempè, testes in causa reptationis, quãdo litigatores recipiuntur ad probationem debere, etiam esse nobiles, & non admitti plebeios, & notat Gregorius in d.l. schol. vlt. & pen. Estq. casus singularis, quo soli
15 nobiles testificãtur, licet vt Gregorius animaduertit in alijs Regni legibus recẽtioribus, de hac testium qualitate non fiat mẽ-
16 tio. Postremoq; animaduerto, hanc reptationem ex l. nostra, & ex ll. Ordinamen. & antea ex legibus Partitæ, & Fori, superius allegatis, esse in vsu, & vigere in Hispania nostris tẽporibus, sicut tempore, quo leges prædictæ cõditæ fuerunt, præsertim cum sint transumptæ in legibus Compilat. in toto tit. 8.
17 lib. 8. quamuis Gregor. Lopez in dict. l. 1. tit. 3. par. 7. schol. vlt. doceat, hãc prouocationis materiam nõ esse in vsu, idem Didacus Perez in l. 1. tit. 9. libro. 4.
18 Ordinam. schol. vlt. cõtrarium tamẽ docuit Montaluus in l. 3. tit. 21. libr. 4. Fori, schol. fin. leges huiusmodi benignas, & rationabiles appellans, quamuis in conscientia sustinendæ nullatenus sint, c. nemo, 2. quæst. 5. & opinio Montalui probatur prædictis legibus Compilationis, vbi reptatio permissa est:
19 idemquè constat ex l. 9. titul. 8. libro. 8. eiusdem Collectionis.

Puto tamen nostris tẽporibus religionis nostræ intuitu, prædictas leges non esse obseruandas. Duelum enim, & certamẽ, omni iure prohibitum est: iure diuino, & naturali, patet ex textu cum vulgaribus, in cap. fin. de purgatione vulga. & de iure
20 gentium, cum naturali æquitati repugnet, in cap. quæritur,
21 22. quæst. 2. de iure Pontificio manifestum est, ex toto tit. de clericis pugnat. in duelo, & per
22 totum tit. de purgatione vulgari, & iure ciuili, per legẽ vnicam, C. de gladiatoribus. lib. 12. l. negantes, C. de actionibus &
23 obligatio. & iure regio nouissimo prohibetur ex l. 9. & 10. tit. 8. libr. 8. Compilationis, & ex sacro Concilio Tridentino, certamina, & duela prohibita sunt in sess. 25. cap. 19. de reformatione.

IN TEXTV, IBI: *Mas si otros que no son hijosdalgo.*

Scholium III.

24 Grauiori enim pœna afficitur plebeius, quàm nobilis, lex. 3. §. legis Corneliæ, de sicarijs, in illis verbis: *Nisi honestiori loco positi fuerint*, l. penult. tit. 8. part. 7. vbi illustris deportatur, plebeius autem ad
25 mortẽ condemnatur. Rursusq; personæ principes, nisi consulto Pricipe, non condemnantur, lex penultima, de sicarijs.

Deinde

26 Deinde, & in captura præferũtur,l.3. §. tutores, de ſuſpectis tutoribus,& in cauſis ciuilibus
27 ſedent in Secretarijs iudicantium,l.quoties,verſ.ſedendi,C. vbi Senatores, vel clariſsimi,
28 Romulumq, vrbis authorem, qui in duos ordines populum diuiſit, plebeium ſcilicet, & ſenatoriũ, his ingenuas artes reliquiſſe fertur militiam ſcilicet, & magiſtratus gerere, ſacra facere, ius dicere, publica, & vrbana negotia adminiſtrare, illis verò,agrorum curam,pecorisq, depaſcendi, reliquasquè ſordidas artes commiſiſſe, ſatis conſtat ex Alex. ab Alex.lib.5. cap.18. nobiliumq, apud Germanos quãtus fuiſſet reſpectus, videre eſt ex Cornelio Tacito de moribus Germaniæ, nobiliumq, filios tantum ſacrifitio mactatos traditur à Platone,In Dialogo,cui titulus eſt, *Minos, vel de lege*:Dionyſio Halicarnaſio,lib.1. Diodoro Siculo,lib.2. Silio Italico,lib.4. punicorum, ad fin.Tertul. in Apologetico, cap.9.Lactant.libr.1.c.21.apud Parthosquè, vel Perſas nobilitatem à vulgo multis diſtingui docet Strabo libro.15. Nullus enim honeſtè genitus in ſupplitio,nec in alijs omnib' plebeio cõparabatur, vt teſtatur Alex. ab Alexan.lib.5.c.18. & ibi Tiraq. in eius annotationibus, & Celius libr.20.c.12. Caſſane. in tract.& Cathalo glor.mund.1. part.conſiderat. 11. Lex tamen noſtra in hoc ſolum hic nobilitatem à plebe diſtinxit, nempe, vt nobilis inducias rumpẽs,
29 prouocari poſsit,plebeius verò mortis pœna afficiatur, & probatur in l.3.tit.12.par.7. Quod quidem in pœna ſanguinis, &
30 alia corporali, verum eſt: at in pecuniaria maiori pœna afficitur nobilis, quàm plebeius, iuxta text.ſingularẽm in cap.1.de pace tenend.& iuram.firmand. verſ. ſi quis vero auſu, vbi Accurſius verb.*librarum*.

IN TEXTV, IBI: *Hirieren,mataren, o prendieren. Schol. IIII.*

31 Diximus in l.quę præceſsit inducias propriè dici inter nobiles,promiſcuè tamen vti vocabulo,ſiue inter nobiles,ſiue inter plebeios, qui & fœdus ſecuritates, induciasquè conſtituunt,l. 1. & 2.tit.12.p 7. Deindeq, oſtẽdimus in ſchol.1. & 3.huius noſtrę l.nobilem inducias rumpentem, vel ex alia cauſa conuictũ non eſſe condẽnandum mortis pœna: quibus præmiſsis ait noſtra lex diuerſum ius in plebeio cõſtitui, qui
32 ſi percutiat, occidat, vel capiat illum cum quo inducias iniuit, reus mortis eſt.Qui omnes tres caſus recenſentur in l.3.tit.12. p.7.& in l.1.tit.8.lib.4.Ordina.

P 4 quæ

quæ similis est legi nostræ, &
legi Partitæ (cum distinctione
tamen): nam per prædictam le
gem Ordinamenti, tribus mo-
dis induriæ fiunt, nempè, ex pa-
33 ciscentium voluntate, Regis
mandato, iudicisquè iussu, fœ-
dusquè, & securitas à paciscen-
tibus inita cōparatur initæ Re-
gis mandato: & in his duobus
casibus nempe, siue iussū regio,
siue à paciscentibus, induciæ
initæ sunt, si quis capiat, percu-
tiat, vel occidat fœdus rūpendo
pœna mortis plectitur, secun-
34 dùm dictam l. Partitæ. Sed ter-
tio casu, quando scilicet indu-
tiæ initæ sint iudice iubente, si
quis eas violādo occidat, mor-
te quoquè afficitur, si percutiat
vel capiat, pœna tantùm 600.
quadrantum punitur, vt patet
ex serie dict. l. Ordinamenti, &
eadem pœna electa est à l. 1. tit.
35 9. lib. 8 Compilationis. Quæ
tamen, & iusta ratione dissimi-
lis est in illa leui pœna 600. qua
drantum, & loco eius subroga-
uit pœnam triremium per de-
cem annos: iuxta quam decla-
rationem intelligenda est dicta
36 nostra lex: rursusq, pœna mor-
tis in casu permisso est qualifi-
cata, ea scilicet, quæ proditori-
bus infligitur cum amissione
quoquè bonorū dimidiæ par-
tis, ex dicta l. Ordinamenti: &
iure nouissimo, ex dict. l. 1. tit. 9.
lib. 8. Compil.

IN TEXTV, IBI: *A bien vista del juzgador.*

Scholium V.

37 CVm prouiderit lex nostra
in casibus grauiorib' per-
cussionis, occisionis, & ca-
pturæ, & definitas pœnas con-
tra delinquētes statuerit aliter
offendentes, iniuriam tantùm
committere ait, & arbitrio iu-
dicis puniendos, l. 3. tit. 12. p. 7.
38 Cum propriè iudicis arbitriū
locum habeat in illis, quæ à iu-
re nō sunt definita, nequè com-
modè definiri possunt, cap. de
causis, de offitio delega. in stri-
ctis enim iudicis formula inclu
sus iudex ab ea discedere non
poterat, vsq, adeò, vt condem-
nare eum, quem nō oporteret,
cogeretur, si ita legis cōceptio
dictaret, vt ait Cicero libr. 4. in
Verrem, ostendit Seneca lib. 1.
de benefic. cap. 7. prædictusquè
Author dicto loco iuris rigorē
iudicis arbitrio anteponit, his
verbis: *Quæcunq in cognitionē ca-
dunt, comprehendi possunt, & non
dare infinitam licentiam iudici: ideo
melior videtur conditio causæ, si ad
iudicem, quam ad arbitrium mitta-
tur, quia illum formula includit, &
certos quos non excedit, terminos po-
nit, hunc libera, & nullis astricta
vinculis religio, & detrahere ali-
quid potest, & adijcere, & sententiam
suā non, prout lex & iustitia suadet,
sed*

ſed prout humanitas,& miſericordia
impuli regere: quo reſpiciens idé
Author de clementia,lib.2. in-
quit: *Clementia liberum arbitrium*
habet, non ſub formula iudicat. Et
Cicero pro Roſc.Com.iudiciũ
ab arbitrio differre, ita ſcribit:
Iudicium eſt certæ pecuniæ arbitrium
incertæ, ad iudicium hoc modo ve-
nimus, vt aut totam litem obtinea-
mus, aut amittamus, ad arbitrium
hoc modo adimus, vt neq; nihil, neq;
tantum quantum poſtulauimus, con-
39 *ſequamur*: Baldus tamen in l.fin.
C. de obſeq. patron. præſtand.
arbitrium admittit, dum tamẽ
iuri, & rationi ſit connexum.
40 Cum eius diffinitio ſit æquitas
animi declarati, habito reſpe-
ctu ad rationem naturalem, le-
gumquè præcepta, author eſt
idem Bald.in l.in vendentis,C.
de contrahend. emptio. Nam
41 quamuis Ciceronis, & Senecæ
dictum verum ſit, ſunt tamen
nonulli caſus, qui non poſſunt
nõ iudicis voluntati committi,
vt in caſu noſtræ legis contin-
git, quæ de iniuria loquuta eſt,
42 & cum hęc verbo facto, & ſcri-
ptura cõmittatur, l. ſi non con-
uitij, C. de iniur. l. Itẽ apud La-
beonem, §. conuitium, ff. eod.
§. ſi quis pulſatus, eiuſdẽ legis,
l.1.§. ſi quis libellus, de iniurijs,
l.vnica, C. de famoſ. libell. l.3.
titul.9.part.7. l.6. eodem titul.
43 & p. Prædictæquè iniuriæ poſ-
ſint dici atroces, vel leues, non
44 ſolum ratione criminis, ſed &
loci vbi commiſſum eſt, iuxta
l.20.dict.tit.9. Sitq; in volunta
45 te actoris agere ciuiliter, vel cri
minaliter, & vna via electa, al-
tera ipſo iure tollatur, §. in ſum
46 ma, inſtit. de iniur. Et aliquãdo
iniuria in æſtimatione cõſiſtat,
propter diuerſitatem itaq; in-
iuriarum, qualitatis earũ certa
47 pœna ſtatui nõ poſſit arbitrio
iudicis æſtimatur à noſtra lege,
& ante eam à l.21.tit.9. part.7.
48 Quibus accedit Iurecõſulti re-
ſponſum in l.ideò, ff. de eo quod
cert. loco, in illis verbis: *Ideo in*
arbitrium iudicis refertur hæc actio,
quia ſcimus quam varia ſint pretia
rerum per ſingulas ciuitates, regio-
49 *neſq;*: & hinc habuere ortũ ar-
bitrariæ actiones, quales erant:
Publiciana, Seruiana, vel quaſi
quod metus cauſa de dolo malo ad
exibendum, & ſimiles: nam cum
in eis qui certum ſtatui nõ poſ-
ſet ex bono, & æquo iudex ar-
bitrabatur, vt latè tradi: Briſo.
de formul. lib.5. verſ. *In arbitra-*
tarijs, pag.438.

IN TEXTV, IBI:
No lo mataran ſobre ello.

Scholium VI.

50 EX His verbis videtur aper
tè decidi vetus illa queſtio,
an arbitrium iudicis poſſit
extendi ad pœnã mortis, cuius
partem

partem affirmatiuã elegit Ac-
cursius in §. in summa, Instit.
de iniurijs, ab omnibus com-
muniter allegatus, quẽ improbat Bald.in l. & si post tres,ff. si
quis cautionibus, Ias. in l. & si
legibus, C.si contra ius,vel vti-
51 litatem publicam, qui partem
negatiuam admittunt, ex text.
singulari in l.1.ff. de furib. bal-
nearijs, vbi Vlpianus ait extra
ordinem puniẽdos reos ex de-
licto, de quo ibi, ita vt mortis
52 pœna non afficiantur, quibus
suffragatur,l.1. C. ne sine iussu
Principis,vbi in arbitrarijs non
potest iudex arbitrari pœnam
publicationis omnium bono-
rum, à fortiori ergo non arbi-
trabitur pœnã mortis,l. in ser-
uorum,§. in personis,ibi: *Quia
solus fustium ictus grauior est,quàm
pecuniaria damnatio*: quibus ac-
cedit l.1.§. expilatores,ff.de ef-
53 fractoribus,vbi in causa expila-
torum liberum esse arbitrium
statuendi ei, qui cognoscit Iu-
reconsultus ostendit: & deinde
subdit,non debere iudicantem
54 egredi pœnam metalli: & his
adijcitur l.3.§. pœna autem, ff.
de crimine stelionatus,vbi pœ-
na stelionatus nulla legitima
est,sed ex hoc crimine extra or
dinem plectitur reus, dummo-
dò nõ debeat opus metalli hæc
pœna in plebeis egredi, in his
55 autem, qui sunt aliquo honore
constituti, ad tẽpus relegatio-
nem, quibus adhæret textus in
c. Inquisitionis, de accusation.
dum sancit in arbitrarijs iudi-
cem semper debere pœnã mi-
nuere: at si pœnam mortis eli-
gere posset, non esset tẽperare.
56 Et prædictis addo pulchram
glossam in dict.cap.Inquisitio-
nis,verbo, *Alioquin*, docentem
iudicem, cui pœna arbitraria
commissa est, non posse impo-
nere parem pœnam, quam lex
imponit pro simili delicto: at
mors semper est par ei,quæ ma
ior pœna sit. In hoc ergo opi-
nionum discrimine, negatiuã
57 partẽ nostra lex elegit,statuens
iudicem, qui arbitrariè punire
58 potest,non posse reum ad mor-
tem cõdemnare, Felinus tamẽ
in cap.ex literis,de constitutio.
num.22. Accursium defenden-
do, inquit, non sensisse in dict.
schol. de necessaria pœna mor-
tis, cum loquatur de pœna ca-
pitis,quæ multiplex est,scilicet
59 mortis, seruitutis, & amissio-
nis ciuitatis, l. 2. ff. de publicis
iudicijs,l. cum patronum, ff.de
iure patronatus,& Felino acce-
60 dit Doctrina Baldi in l. fin. C.
quæ res vendi possint,docentis
pœnã capitalem semper intel-
ligi de mitiori,& seipsum vide-
tur declarare Accursius in l.1.
verbo,*capitali*, C. ne Christiana
mancipia,volens pœnam capi-
talem ita accipi,vt intelligatur
61 de benigniori: quibus adiun-
gitur

gitur Consulti responsum in l.
verum, §. final. ff. pro socio, vbi
62 appellatione interitus non ne-
cessariò intelligitur mors cum
interiri homines alijs modis,
quam morte naturali Vlpianus
ibi demonstret, iuncta l. inter-
pretatione, ff. de pœnis. Rursus
tamen, & parti affirmatiuæ suf-
fragatur, l. sacrilegij, ff. ad l. Iul.
63 peculat. vbi in verbis proœmia-
libus, mortis pœna arbitrio iu-
dicantis commissa videtur, &
cap. tuæ, de pœnis, vbi iudex ar
bitratur ex similitudine pœnæ,
similium criminum, & l. sacu-
larij, §. sunt quidam, ff. de ex-
traordinarijs criminibus, vbi
64 pœna arbitraria, vsque ad mor-
tem videtur extendi, & l. 1. C.
de his qui latrones occultaue-
runt, iuncta l. si qui adulterij,
versic. seuerissimi, C. de adul-
terijs: vbi verbum, seuerissima,
65 importat mortem, & l. 2. C. de
his qui latrones, verbo, tribuni,
in illis verbis: *Acerrima pro arbi-
trio virorum illustrium ferientur.*
66 At acerrima pœna, mors est. l. 1.
C. de seditiosis: quibus & alijs
cōsiderationibus summo iure
67 veriorem esse glossam in d. §. in
summa, acceptam in suo pro-
prio significatu, in morte scili-
cet naturali, tradit Felinus in d.
cap. ex literis, nu. 22. & 23. qui
Accursium cōatur defendere,
cum quinque tamen declara-
tionibus, exceptionibus, siue
limitationibus. Prima, vt iudex
68 nō arbitretur pœnam mortis
nisi in graui facinore. Secunda,
69 in delicto consummato, nō ve-
rò attentato. Tertia, vbi lex cō-
70 mittit pœnam arbitrio iudicis,
per verbum temperare, morte
enim tunc afficere reum iudex
71 nequit. Quarta, cum magistra-
tui committitur, simplex arbi-
trium puniendi aliquam spe-
ciem delicti, quia non potest
transgredi legem ad aliam spe-
ciem, vt puta de specie capitali
ad non capitalem: secundum
quam declarationem existima-
rem accipiendam esse nostram
72 legem: nam cum prius pœnas
statuerit in occisione, percus-
sione, & captura, quæ sunt cri-
mina grauia, & capitalia: alias
iniurias arbitrio iudicis com-
mitti, quo casu magistratus nō
arbitrabitur pęnā mortis, quia
esset transgredi legem ad spe-
ciem capitalem, cum species
73 tantum non capitalis commis-
sa sit: qui est vetus, & proprius
intellectus nostri text. in pro-
prio casu, in quo arbitrium iu-
dicis non extenditur ad pœnā
mortis, in alijs tamen non de-
ciditur quæstio, sed vera, & fir-
ma manebit dicta opinio glos-
sæ in dict. §. in summa, cū suis
tamen exceptionibus, vt Feli-
nus adnotauit dicto loco, cuius
quinta declaratio est in casu
proprio exceptionis legis, cum
iudex

iudex tunc eius formam egredi non debeat, vt videre est ibi num. 26. At bonus Gomecius
75 delictorum, cap.6.nu.8. solum in duobus casib' admittit opinionem Accursij, in dicto §. in summa, attenta scilicet qualitate alicuius grauissimi facti: argumento textus in l. respiciendum, ff. de pœnis, & quãdo pro simili delicto commisso, solet irrogari pœna mortis: argum. textus in l. facularij, vers. hanc rem, ff. de extraordin. criminibus: estquè omninò inspiciendus Gregorius in l.21. titul. 9.
76 part.7.schol. 11. & opinionem glossæ admittit Innocentius in cap. Inquisitionis, de accusatio. quando grauis existentia delicti suaderet & non alioqui, & Innocentio est addendus Bart. in l. si qua pœna, ff. de verborũ significatione, & in Rubrica, ff. de publicis iudicijs, & in lege 2. eiusdem tit. Bald. in cap.1.§.iniuria, de pace iuramento firm. & in l.2.C. de his qui latrones occultauerũt, Abb. in cap. cum te, de re iudicata, & in cap. ex literis, de constitutionibus, idem Bart. in l. fin. vbi pupillus educari debet, idem Bald. in l. eos, §. super his, C. de appellat. glos. in cap. dictum, 81. distinct. Innocentius in cap. qualiter, & quando, in 2. de accusatio. idem Baldus in l. fin. de rerum diuis. Albericus ibidem ad finem, & in cap.1.§. iniuria, in princ. de pace iuramento firman. Speculator tit. de accusationibus, §.1. vers. *Quod si primo*, Cynus in l. si quis cum telo, C. de Episcopis, & clericis, Romanus in repetitione Rubricæ, ff. de arbitris, vers. *statutum*, Baldus in l. quicunquè, C. de seruis fugitiuis, & in l. conuenticulum, C. de Episcopis & clericis, & in l.2. de probationibus, & in l. & si post tres, ff. si quis cautionibus, glos. in l. si fugitiui, C. de seru. fugitiuis, Bald. in l.1.C. sine censu, vel reliquis, Cardinalis in cap. ex literis, de constitution. qui omnes scriptores, latè dispurãt de intellectu glossæ in dict. §. in summa: ex quibus prædicta solum placuit eligere, cum ad intellectum nostræ l. sufficiant, & eius veram interpretationem.

IN TEXTV, IBI: *En la ley que comiença, Los quebrantadores.*

Scholium VI.

77 HÆc est l.3.tit.12.p.7. vbi aliter iniuriam inferentes arbitrarie puniuntur.

IN TEXTV, IBI: *Pechesélo quatro doblado.* *Schol. VII.*

78 SI Igitur durante spatio induciarũ, damnum quis eas rum-

rumpẽdo dederit in bonis alicuius, prædictus violator induciarum punitur in pœnã quadrupli, iuxta dict. l. 3. tit. 12. p. 7. quæ hodie obſeruabitur, cum non ſit emendata, aucta, nec moderata per aliam l. Neſcio tamẽ vnde habuerit ortũ, cum nulla l. iuris communis ei ſimi-
79 lis ſit: in alijs tamen caſibus ſimilem pœnã quadrupli in iure inuenio imponi rapienti, ſcilicet aliquid ex naufragio, iuxta l. 1. ff. de incendio, naufragio, &
80 ruina: cui concionit l. 11. tit. 9. part. 5. & rapienti alia bona per vim imponitur pœna quadrupli à Paulo in l. 1. ff. vi bonorũ
81 raptorum, & actionum pœnalium quadrupli, meminit text. in §. quadrupli, de actionibus, & in multis Regni legibus, nouiſq. pragmaticis ſanctionibus hæc pœna quadrupli irrogata
82 eſt, vt ex eis patet. Putarem ego tamen nõ pœnæ quadrupli ſolutione reum in ſpecie noſtræ l. liberum eſſe: nam vltra pœnã quadrupli, iudex conſiderata qualitate facti, & perſonæ, aliã pœnam pro fœderis violatione irrogabit, ex textu in cap. 1. §. ſi quis, verſ. *auſu*, de pace iuram. firman. qui expreſsè loquitur in pacis violatore, & ſi ciuitas eſt pœna cẽtum librarum auri, oppidum triginta, diuites, Marchiones, & Comites, quinquaginta, Capinatei, & alij, viginti, plectũtur: vltra quam pœnam,
83 ait lex damnum paſſo, ſecundũ leges reſarciẽdum, & ibi docet Accurſius verbo, *centum*: citra pœnam pecuniariam alijs pœnis multari fœdus rumpẽtem.

IN TEXTV, IBI:
Puedenſe reptar.

Scholium VIII.

84 DE Iure verum eſt, prouocationẽ procedere, quando ex delicto oritur proditio, l. 3. tit. 3. part. 7. At induciarũ vis tanta eſt, vt ratione etiam bonorũ, ſi rũpantur, fœderis ruptio ſuper bonis, æquiparetur proditioni, prouocationi itaquè locũ eſſe inter nobiles noſtra l. ſancit, cum inter ipſos ſolum certamen locũ habeat, ex ſuperius adductis, & d. l. 3. probatur, & rurſus l. 3. tit. 3. eadem part.

IN TEXTV, IBI:
Pero los que ſon poblados de fuero.
Scholium IX.

85 SEmper enim forus, & conſuetudo populi ſeruãda eſt, vt & nouiter adnotatur in l. 6. Tauri, cũ vim legis habeat, cap. conſuetudo, 1. diſtinct. l. de quibus, ff. de legibus, l. final. C. quæ ſit longa conſuet. l. 7. tit. 3. part. 1. & hic propriè forus ſumitur

mitur pro iure, quod à consue-
86 tudine, & vsu vtentium deriua tur, iuxta d.l. de quibus, & verba facit nostra lex de foro mu-
87 nicipali, qui debet obseruari, vt forus municipalis, Sepuluedæ, & Cordubæ, cuius meminit Gregor. Lopez in d.l.7. schol.3. & de foro Tauri mentionē facit l. styli 56. in fin. Quamuis si quid iudico, nostra l. non sensit
88 de foro municipali, vt ex verbis sequentibus patet, sed de foro generali concernēte causarum decisionem, vt constat ex foro legum, & Rex Illephonsus IX. in prooemio iubet ab omnibus debere seruari forum, & hic est sensus huius l. At ex l.1. Tauri, per leges fori iudicatur, si vsus eas recepit, & nō alioqui, vt ibi Scribentes animaduertunt, & praxis admisit, vsumq, debere probare, allegantes leges fori, docet Suarez in prooemio fori, cum vsus & consuetudō consistant in facto, & facta sint probanda, l.2. C. de iuris & facti ignorantia: non tamen hic vsus fori est probandus, sicut cōsuetudinis, sufficit enim probare vsum, non tamen cum qualitatibus suis, sicut in cōsuetudine ne dicimus, quæ cū omni qualitate, quæ eā inducat, probari debet, & idem docuit Gregor. in d.l.7. glo.4. & fori diffinitio,
89 siue ethymō perscribitur in l.7. tit.3. p.1.

IN TEXTV, IBI:
Por derecho del departimiento.
Scholium X.

90 APertè videtur colligi ex nostra lege styli, priùs cōditas fuisse leges Partitæ à Rege Illephonso IX. mox leges Fori, cū hic iubeat per eas debere iudicari, tanquam recētiores, l. non est nouum, ff. de legibus, & in casu non deciso per prædictum forum, iudicari per leges Partitæ: ex quibus patet in hoc hallucinatū fuisse Greg. Lopez in dict.l.7. tit.3. part.1. schol.4. in fin. qui inquit serenissimum Regē Illephonsum cōdidisse priùs leges Fori, mox leges Partit. quę nouiores sunt.

IN TEXTV, IBI:
En la tregua que ha vn Cauallero, o otro hombre.
Scholium XI.

91 CVum ex superioribus cōstet, inducias nominari, siue inter nobiles, siue inter plebeios, l.1. tit.8. libr.4. Ordin. l.1. tit.9. lib.8. Comp. lex nostra promiscuè vocabulo vtitur.

IN TEXTV, IBI:
Y los sus hombres son, y entran en esta tal tregua.

Scholium XII.

92 TRiplices inducias esse sanciuit lex. 2. tit. 12. part. 7. primas, quas Reges

Reges conſtituūt inter ſe, quas & ſubditi poſt præconium, aut ſcientiā, debēt obſeruare alias, quas in communi alij inter ſe ſtatuunt, quæ & cuſtodiri de-
93 bent. Rurſus & à paciſcentibus initæ, quas ipſi, & eorum familiares, & cæteri eorum mandatis obtēperantes adimplere debent: & de his vltimis indutijs loquitur lex noſtra, in quo eſt notabilis, prædictas enim perſonas in fœdere comprehēdit, & ſi in conuentione de eis non fuiſſet facta mentio, idemq, cauetur in l. 1. tit. 8. tit. 4. Ordina. & in l. 1. tit. 9. lib. 8. Compilat. Nam familiaris à familia dicetur, non is qui nobiſcum aliquando iungitur, ſed qui conſuetudine penè continua nobiſcum degit, familia enim à famulis, & quidem ſeruis primū dicta, vt nonulli narrāt, dehinc appellatio prorogata ad filios, & ad amicos quotidianosquè familiæ aſsiſtentes, etiam liberos homines, l. pronuntiatio, §. familiæ, l. deteſtatio, § familiæ, de verbor. ſignificat. l. ædiles, §. familię, de ædil. edict. l. familię, C. de verbor. ſignif. Hoc ergo, hęc familiaritas operatur, vt pace inita, & cū familiaribus, ſocijs, & adhærentibus inita videatur ex natura ipſiuſmet cōuentionis: alioqui enim indutiæ fideles nōdicerentur, iuxta textum in cap. ad Apoſtolicæ, verſic. adhærentes, de re iudic. lib. 6. Operatur etiam familiaritas circa iuriſdictionis declinationē: nam tota familia contemplatione domini eximitur a iuriſdictione ſuſpecti iudicis, iuxta doctrinam Innocent. in cap. inſinuante, de offic. deleg. nu. 1. ex pulchra deciſione text. in l. vnica, C. ſi quarūquè prædirus poteſt. cap. cauſamq, , de offic. deleg. Rurſus familiaritas auget affectum conſanguinitatis, vnde licet frater non repellatur à teſtimonio, in lite fratris reijcitur tamē ratione conſortis familiaritatis, ſi ſimul habitant, cum affectioni fraternæ multū adijciatur, & chariores fratres reddantur ex mutua co habitatione, l. cū allegas, C. de
99 Caſtrenſ. pecul. milit. Et familiaris perpetuus, habet priuilegium perpetuum, ſicut domi-
100 nus. Temporalis verò, durante familiaritate, & non amplius, iuxta textum in cap. cum olim,
101 de arbitris, vbi Innocent. adnotauit ex text. in l. item ſi vnus, §. fin. ff. de recept. arbitr. & text.
102 in cap. Nicena, 31. diſtinct. Dominus ergo familiam ad pacis
103 cuſtodiam adſtringit in l. noſtra, ex qua non ſolum comprehenduntur familiares domeſtici, & obtemperantes, illiq, qui aſsiſtunt conſilijs familiæ tempore indutiarum, verumetiam & qui poſteà ad paciſcēris ſeruitium

uitium, & potestatem venerūt, vt cernere licet per Felin.in c.1. de treuga, & pac. & supra diximus.
104 Rursusq; predicta iura statuunt, iudicem, si litigatores inter se fœdus, & pacta nō constituant, posse eos compellere, & ad cōcordiam reducere, quæ indutiæ obseruandæ sunt, sicut si ab ipsis initæ essent, cum factum iudicis partis factum reputetur, l. si ob causam, C. de euictio.l.1.C.si in caus.iud.pig. l.si plus, §. mora, ff. de euictionibus, vbi Bart. & docet Bald. in l.ordo,vers.modo quæro,C. de exactione rei iudicatæ: quibus accedit doctrina ipsiusmet Baldi in lege,manifestissimi,in principio, C. de furtis, qui ait,
105 illud quod potest fieri per contractum, posse fieri per iudicē:
105 timēs itaquè offendi ab aliquo, poterit officium iudicis implorare ad hoc, vt cogat eum ad præstandam cautionem de nō
107 offendendo, vt docet Bartolus in l. illicitas, §.ne potentiores, nu.1. ff. de officio Præsidis, cui doctrinæ accedit l.1.§.quies,ff. de officio Præfect.vrbis,& text. singularis in §. si quis quinquè solidos,de pace tenenda,& eius violatoribus: conducuntq; adnotata per glossam in cap. placuit,90.distinct.c.de præsbyterorum, 17. quæst. 4. & si super rebus indutiæ fiant?cū vtrunq; caput comprehendat l. nostra, vt patet ex verbis quæ sequuntur,fœdus initū super iure principali intelligitur cū adhærentibus, & accessorijs, ex l. qui religiosis,ff.de rei vendic.docet Gregor. in dicta l.2. schol. 6. & superius adnotaui: & huius securitatis ruptor, si nobilis sit, & cōtra nobilem afficietur pœnis,de quibus hic:si verò plebeius,irrogatis à l.3.tit.12. par.7. cum interpretatione superius adducta.

Textus quadragesimusquartus.

Otro si, el que querella, que fulano sobre tregua, que le dixo tales denuestos, deue dezir, que el quebrantò por ello tregua, ca no cumple, que el diga, que el dixo sobre tregua tales denuestos, o que le hirio: mas deuele dezir, que le quebrantò tregua:ca vna es la pena de la tregua, que quebranta,e otra la de los denuestos,e de las feridas: y entonce quando querella que el quebrantò tregua, puede ser emplazado para casa del Rey. Y es a saber, que maguer denueste a alguno que sea oficial en casa del Rey,e los denuestos digan del en otro logar, por denuestos no seràn emplazados para casa del Rey, maguer lo dixo de su oficial,estando en su seruicio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *INduciarum ruptio,grauiſsimum delictũ eſt, & proditioni æquiparatur, & num. ſeq.*

3 *De pœna rumpentis inducias tractatur, & num. ſeq.*

5 *Si quis indutijs initis eas violet, euadet pœnas impoſitas fœderis violatoribus, ſi ei prædictæ indutiæ ſeruatæ non eſſent, incurret tamen alias pœnas iudici arbitrarias.*

Lex XLIIII.

IN TEXTV, IBI: *Ca vna es la pena de la treuga que quebranta.*

Scholium vnicum.

1 ALia eſt enim pœna diſſoluentis indutias, alia delicti, ſine adiectione prędictę qualitatis: nam ipſa ſola indutiarũ ruptio, grauiſsimum crimen eſt, & proditioni æquiparatur, quod vel ex
2 eo patet: quia quamuis prouocatio, & reptatio (recẽtiori nomine) locum non habeat inter nobiles, niſi oriatur ex delicto commiſſo: proditio tamen, ſi fœdus ab aliquo dictum ſit, perinde iudicatur, ac ſi crimen proditionis perpetraſſet, proditio itaquè ſuccedit, l. 2. titulo 3. partita 7. l. 2. & 3. titulo 21. libro 4. Fori legum, l. 9. titulo 9. libro 4. Ordinamenti, & nouiter l. 1. titulo 9. libro. 8. Compilationis, & dixi in l. 43. verbo,
2 *hirieren*: & extra pœnas indutiarum, punitur delinquens, ſecundum qualitatem cauſæ, & perſonæ: non enim per hanc pœnam, quę imponitur diſſoluenti indutias, eſt liber à pœna legali, quæ aliàs ex delicto oritur: maximè quando pœna, quæ irrogatur fœdus diſcindenti ſufficiens non ſit, vt in pœna quadrupli adnotauimus ſupra in dicta lege 43. ſcholio:
4 *Pecheſe lo quatro dublado*: & ſic pœnã remanere in diſpoſitione iuris communis, ſicut ſi indutiæ initæ non eſſent, docet Gregorius in dicta l. 3. titul. 12. partita 7. verbo, *Muera por ello*,
5 in fine: ſicut ècontrario, quãdo quis indutijs initis, eas violaſſet, cum ei ſeruatæ non eſſent, (quo caſu euaderet quis pœnas irrogatas in fœdus violatores, iuxta legem 41. ſupra, & quæ ibi adnotauimus) non tamen alias pœnas delicti, vt docuit Gregorius in l. 3. tit. 11. par. 7. ſchol. 1.

(.?.)

Textus quadragesimusquintus.

SI alguno querella, e demanda ante el Alcalde de alguno que hirio, o matò sobre tregua: si el fecho, o la tregua fue prouada, el Alcalde deue juzgar la pena por el fecho, e por la tregua quebrantada. Maguer en la demanda el querelloso, no dixo, que quebrantò tregua, ca cumple, pues dize, e querella, que hirio, o matò sobre tregua.

SVMMARIVM.

1 *IVs resultãs ex indutiarum violatione personale est, sicq; neq; iudex ex offitio, nec alius potest accusare, etiam nomine offensi, cum nec procurator in hac causa constitui possit, & num. seq.*

3 *In causa repti, solus Rex iudex est: sed si pars accuset, & iudex inferior cognoscere potest.*

Lex XLV.

IN TEXTV, IBI: *Deue juzgar la pena por el hecho.*

Scholium vnicum.

1 RAtionem dubitandi potuit habere nostra lex, quia cũ ius resultans ex induciarum violatione sit personale, & ita adhæreat personæ ipsius offensi, vt nec iudex ex offitio procedere, neq; alius accusare posit, etiã suo nomine, cum nec procurator in hac causa constitui possit, l. 2. tit. 3. part. 7. dubitari potuit, cum quis accuset super fœdere, & tamen nõ narret fuisse discissum: factum tamẽ probetur, an sufficiens sit ad imponẽdam pœnam à iure statutam contra induciarum violatores, & iustè sanxit idem esse accusare super induciis, cum tamen ruptio probetur, vel asserere, violatas esse ad hoc, vt iudex possit pœnã irrogare: nam quã uis si procedatur prouocando, citra Regem nullus alius magistratus cõpetens sit, l. 2. tit. 3. part. 7. ad finem. At si procedatur accusando, iudices inferiores cognoscere possunt, docuit Grego. schol. 5. in l. 1. tit. 3. p. 7.

Textus quadragesimussextus.

2 *EN Castilla contra los hijosdalgo no vale segurança que se faga, ni se otorgué, ni a repto en segurança, sobre que sea fecha en la segurança. E otro si entre los hijosdalgo, no puede ser tregua, ni es valedera sino se desafian primero. Empero si entre algunos hijosdalgo acaeciesse pelea, e contienda, e luego sobre esso entren en tregua, vale la tregua.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Nobiles non poſſunt inducias inire, niſi diffidatio præceſſiſſet.*

2 *Diuerſitas inter nobilem, & plebeium prætextu diffidationis, & ſecuritatis, adnotatur, & num. ſequenti.*

4 *An promiſcuè vtamur induciarum, & ſecuritatis vocabulo, & num. ſeqq.*

8 *Nonnulla de ſecuritate, remiſſiuè adnotantur.*

Lex XLVI.

IN TEXTV, IBI: *En Caſtilla.*

Scholium vnicum.

1 HÆC Lex ſolùm tractat de nobilibus, qui ex foro Hiſpaniæ non poſſunt inducias inire, niſi prouocatio, & diffidatio præceſſerit, & ſancitum, idem eſt in l. 1. tit. 12. p. 7. Cum ſecuritas inter
2 eos non habeat locũ ſine cauſa, cum ea, quæ ſoli timoris eſt, ſatis non ſit: in hoc enim differũt
3 nobiles à plebeis, inter hos enim propter ſolam timoris cauſam, ſecuritates ſtatui poſſunt, vt in d. l. 1. adnotatur: & ideo in vltimis verbis noſtri text. dicitur nobiles, ſi præceſſerit pugna, vel cõtentio inter eos inducias & fœdus, inire poſſe, cum cauſa efficax ſit ipſa pugna, ſi-
4 cut ſi diffidatio præceſſiſſet, & hic eſt proprius (ſi quid ſentio) ſenſus noſtræ l. & d. l. Partitæ, quam non percepit Gregorius ſchol. 2. dum inquit promiſcue vti iſta conceptione induciarũ, & ſecuritatis inter nobiles, ſicut inter plebeios: nam quãuis vocabulũ idem ſit, & induciæ, etiam dici poſsint inter plebeios, vt ſupra monſtrauimus, iu-
5 xta l. 1. tit. 9. libr. 8. Compila. In termino tamẽ, & conceptione diſcrimẽ eſt: nam & ſi in nobili induciæ, ſecuritas quoquè dicatur, debet tamẽ præcedere cauſa diffidationis, vel pugnæ, vt ſupra diximus: aliàs enim, nequè
6 induciæ dici poterunt, in plebeio tamẽ ſecuritas procedens ex ſolo timore, & induciarũ aſſequitur nuncupationẽ, ſecundum anteriorem declarationẽ, magna itaq; erit diuerſitas, cũ hæ induciæ plebeiorũ ſolo ti-
7 more cõtentæ ſint ſine diffidatione, vel pugna, vt ex prædictis
8 iuribus apparet: poſtea verò quã induciæ initæ ſunt, ſiue inter nobiles, ſiue inter plebeios, cum effectus ſit paciſcentes eſſe ſecuros à quolibet dãno, dicto, vel facto, vel conſilio ab effectu promiſcuè vtimur vocabulo, vt ex dictis iuribus conſtat, hic & aliqua de ſecuritate dici poſsũt, de qua re ſunt inſpicienda iura in l. 3. C. de verb. ſign. l. teſtium, §. vlt. C. de reſtib. l. vltima, C. ſi cert. petat. l. 1. §. an in his, ff. de

lo den por enemigo, &c. Pero es a ſaber, que el Alcalde quando da por f.cho al emplazado, que no viene a los tres plazos, ſegun q̃ dicho es, puede el Alcalde darlo por enemigo, ſi la parte ge lo pide que ge lo de por enemigo.

SVMMARIVM.

1 *ABſens contumax, contumacia conuictus, an ſit audiendus, & quid in hoc ſeruetur, & num. ſequentibus.*
4 *Naturali defenſioni renũtiari nõ poteſt, & num. ſeq.*
6 *Duplex defenſio eſt, & nu. ſeq.*
8 *De cauſa probabili & neceſſaria, & de probabili & neceßaria, ſimul tractatur.*
9 *Contumax fictus auditur, verus tamen nullatenus audiendus eſt.*
10 *Verus contumax quis dicatur.*
11 *In vero contumace non requiritur trina citatio, & num. ſeq.*
13 *Verus contumax, etiã appellans, non eſt audiendus.*
14 *Fictus cõtumax auditur appellãs*
15 *An bãnitus impunè offendi poſſit, & num. ſeq.*
17 *Ex iuſta, & rationabili cauſa l. ciuilis permittere poteſt, vt quis poſsit liberè alium occidere, & num. ſeqq.*
20 *Quæ ſit pæna banniti, & num. ſequentibus.*
23 *Diffinitio banniti oſtenditur.*
24 *Bannitio duplex eſt, & nu. ſeq.*
26 *De diuerſo genere pœnarũ contra contumaces tractatur, & nu. ſeq.*
28 *Bannitio propter delictum habet vim diffinitiua, propter contumaciã autẽ interlocutoriæ, & nu. ſeq.*
30 *Bannitus carceratus, non poteſt impunè offendi.*
31 *De cauſa neceſſaria abſentiæ tractatur.*
32 *De cauſa probabili tractatur, & num. ſeqq.*
40 *Magna diuerſitas eſt in pœna, propter contumaciam, aut propter delictum.*
41 *Pœna propter contumaciã in hæredes non tranſit, & num. ſ q.*
43 *Ex interlocutoria nõ oritur actio.*
44 *Quaſi cõtractus celebratur inter fiſcum, & condemnatum.*
45 *Per ſolam contumaciã non quaſi contrahitur, & nu. ſeq.*
47 *Non eſt declarãdus pro inimico reus, qui non eſt ex probationibus legitimis, ſed ex ſola contumacia conuictus.*
48 *Iudex nõ poteſt cõmittere vindictã parti offenſa, & es permittere propria authoritate occidere inimicum offenſorem ſuũ, niſi conuictũ per veras probationes, & nume. ſeqq.*
52 *Nemo propria authoritate poteſt vindictam ſumere, niſi lege permittente.*
53 *Requiſita ad hoc, vt iudex poſsit pronuntiare aliquem inimicũ offenſi.*
54 *Interpretatur l. 76. Tauri, & nu. ſequenti.*
56 *Occidens propria authoritate, etiã ſi lex permittat, lethaliter peccat.*

Lex XLVII.

IN TEXTV, IBI:
Y si el por si no viniere a su grado.

Scholium I.

1 L Ex Fori 4.tit.5.
lib.2.statuit,ab-
sentem contu-
macem conui-
ctum, vna con-
tumacia, viquè
& non sua sponte, in carcerem
cõiectũ nõ esse amplius audien-
dum:& nostra lex styli,cum le-
ges huius libri conditæ sint ad
declarationem legum Fori,reo
capto per ministrum iudicis,
quamuis ipse non se obtulerit,
2 defensionem nõ abnegauit. At
si benè discindantur verba ip-
sius legis Fori sensus est, vt si
reus absens sit, terquè citatus
edicto nempe, & proclamate,
iudicio non superstit,& tandem
ipse se offert iudici, allegando
causas absentiæ sit audiendus:
si tamen captus sit,& non obla-
tus sponte nõ esse audiendum,
quod ita accipi debet, nempè,
super excusationibus absentiæ,
eiusque impedimento, & hoc
3 ea ratione: quia cum iudicium
recusauerit, & noluisset spontè
ei superesse, & violenter captus
sit, in ciuile est allegare causas
absentiæ, cum ipse reus præ-
sens renuisset, iudiciumq; sub-
4 terfugisset. Super crimine ta-
men,eiusquè defensionibus, &
exceptionib' rectè admittetur
reus,& vtroquè iure, cum aliàs
diceremus tolli naturalem de-
5 fensionē: quæ in criminalibus,
etiam reo volente, non potest
renuntiari, l.pactum inter hæ-
redes,ff.de pactis,l. non tãtum,
ff. de appellation. Clementina
Pastoralis, de re iudicata,cap.1.
de causa possess. & propriet. &
ibi Panormitanus num.4.l. fin.
C.de legibus, iuncta gloss. ver-
bo, *quominus*, & habetur Genes.
c.3. lexq; contrarium statuens,
esset iniqua, & hoc ipso nõ ser-
uanda, cũ iura iusta esse debeãt,
6 l.3. ff. de legib. Duplicem itaq;
defensionem Scribẽtes esse di-
cunt, voluntariam, & necessa-
riam, illa, vt in casu d.l.Fori, in
odiumquè absentis, & eius con
tumaciæ, & propter superioris
authoritatem,cui reus non ob-
temperauit, potest tolli à lege,
vel statuto, hæc minimè, vt ad-
notauit Innocentius in d.cap.
cum inter, de re iudicata, quem
allegat Bartolus in l. cum mu-
lier,num.6.ff. soluto matrimo.
docens, non valere statutum,
tollens defensionem bannito:
7 at nostra lex styli, etiam in vo-
lũtaria defensione sanxit in rei
fauorem, vt etiam excusatio-
nes absentiæ ei admittãtur:quę
quæ legitimæ in iure defen-
siones sint,& quę dicatur causa
proba-

probabilis absentiæ, & quæ necessaria, & quæ probabilis, & necessaria simul, & quæ voluntaria sine contumacia; & cum ea probatur in l. qui absente, C. de procurat. l. sed & si per prætorem, §. fin. & l. nec non, ff. ex quibus causis maiores, l. 1. l. ab hostibus, & l. fin. C. quibus non obijcitur longi temporis præscript. de quo absentiarũ genere tractat gloss. in l. fin. ff. de in integrum restit. schol. vlt. Bart.
9 ibidem nu. 3. vsq; ad 10. intelligenda tamen est nostra lex in cotumace absente ficto, qui allegando causas absentiæ audiri debet: contumax enim verus nullatenus audiẽdus est, in quo debet manere firma dispositio legis Fori, ex mirabili doctrina Bartol. in dicta l. fin. ff. de in integrum restitutionẽ, num. 11. post glossam ibi, & in l. penult.
10 verbo, *existimari*, eod. titulo: verusque contumax dicitur ille, qui citatus, & inuentus, dixit, se nolle iudicio superesse: fictus ille qui nihil loquutus est, vel citatus respondit, se vẽturum,
11 & posteà non adfuit. Quinimo in vero contumace non requiritur trina citatio, vnica enim sufficit, vt condemnari possit, vt docuit Accursius vbi supra, argu. text. in l. Fulcinius, §. fin. ff. ex quibus causis in possessionẽ eatur, cui glossæ addit Bart. vbi supra, etiam si reus non sit citatus: si expresè dixisset nunquam venturum coram iudice, non esse necessariam citationẽ, ex Clementin. 1. de dolo & con
12 tumacia: & de vero contumace apparenter, & existenter: apparenterquè, & non existenter, & de ficto contumace apparẽter, & vero existẽter, & de ficto apparenter & existenter est inspiciendus idem Bartol. in dicta l. vltima, secundum cuius distinctionem est accipienda nostra
13 lex: verumquè contumacem, etiam appellantẽ non audiendum dispositum extat in l. ex consensu, in fin. ff. de appellat.
14 & in l. post edictum, ff. de iudicijs. Fictus tamẽ contumax auditur appellãs, l. ab eo, C. quomodo, & quando iudex.

IN TEXTV, IBI: *Puedele luego matar.*

Scholium II.

15 Alludit enim ad id, quod dicitur bannitum impunè offendi posse: (& hoc nomen sæpè repeto, licet à veteribus incognitum, apud quos bannũ proscriptio dicebatur: iura tamen, & interpretes recentiores, banno, bannito, & bannitione vtuntur, quos sequi doctrinæ gratia cõgruens erit) quamuis iure communi nullatenus permittatur, docet Bart. in l. vt vim, n. 1. ff. de iusti. & iur.

16 valere tamē legem, & statutum
sanciens, vt bannitus impunè
occidi possit, testatur Bart. in l.
omnes populi, ff. de iustitia &
iure, num. 23. qui communiter
17 recipitur: nam ex iusta, & ratio-
nabili causa, lex humana per-
mittere potest, vt quis possit
liberè alium occidere, l. 1. §. fin.
ad legem Corneliam, de sicar.
l. si quis, §. 1. ff. ad legem Aqui-
liam, l. 1. & 2. C. quando liceat
vnicuiq; sine iudice se vindica
re, l. Grachus, de adulterijs, l. 1.
18 de raptu virginum: dummodo
tales banniti, qui à lege, & sta-
tuto permittuntur impunè of-
fendi? alicuius grauissimi deli-
cti factores declarati sint ita,
vt iusta causa dici possit occi-
61 sionis. At si ex leui causa bannū
procederet, eo casu non valeat
lex, vel statutum, de quo dispu-
tat Iulius Clarus lib. 5. §. homi
20 cidium, num. 53. & non solum
quando verba legis sunt perspi
cua, vt in nostra lege, quę aper-
tis verbis ius occidendi tribuit,
sed etiam si generaliter statuis-
sent, posse impunè quem offen
dere bannitum, extendi bannū
ad pœnam mortis, docuit Ias.
in l. in suis, num. 75. ff. de liberis
& posthum. & alios multos re-
fert & sequitur idem Iulius, vbi
21 supra, nu. 53. pœna tamen ban-
niti non egreditur deportatio-
nem per legem 4. tit. 18. part. 4.
vbi Gregorius Lopez schol. 1.
comparatiquè deportatis, do-
cuit Accursius in l. qui depor-
tantur, C. de hæredibus instit.
& æquiparari relegatis tantum
adnotatur in §. relegati, Instit.
quibus modis ius patri. potest.
soluit. & in l. 1. ff. de bonis dam-
natorum, sed neque deportatis,
neque relegatis bannitos com-
parandos, docuit Baldus in d. l. 1.
C. de hæredibus instituendis,
num. 10. & 11. asserens, bannum
esse quandam pœnam de per se,
quæ neque est deportatio, neq;
relegatio, sicut dicitur de con-
22 tractu emphyteotico, qui neq;
est venditio, neque locatio, sed
cum vtroque conuenit, banni-
tionemque dici quasi *ictionem*,
23 siue *eiectionem à bono publico*, dif-
finit Bald. ibidem, cui conuenit
d. l. 4. tit. 18. part. 4. Iasonis itaq;
opinio dubia redditur.

24 Quibus sic præmissis, aut pę-
na nostræ l. acerrima est, aut nō
loquitur de prædictis bannitis.
Pro cuius declaratione distin-
guendum est: quandoque enim
fit bannitio propter delictum:
rursusq; propter cōtumaciam,
de qua bannitione loquitur lex
25 nostra, & circa pœnam huius
banniti cōtumacis animaduer-
tendum est, in legibus antiquis
inductos esse diuersos modos
trahendi contumaces ad iudi-
cis conspectum, & varias pœ-
nas contra eos statutas esse. In
nulla tamē veteri lege mentio
fit

ſit de bannito, banno, neq, bannitione. Recentiori enim iure ſic nominatur, vt videre eſt in tit. de ſtat. contra libert. in vſib. fœudorum: & de inde à conſuetudinibus ciuitatum, & ſtatutis municipalibus ortũ habuit. Et
26 dicto iure veteri duodecim genera pœnarum cõtra contumaces congeſsit Barto. in l. 1. C. de
27 hæred. inſt. n. 10. & quia hæ pœnæ exequi nõ poterant propter abſentiam, & difficultatẽ capturæ, & propter regnorũ diuiſionẽ, & diuerſitatẽ iuriſdictionũ inuentę ſunt bannitiones iure nouiſsimo, tam vocabulo, quã
28 effectu, ne delicta maneant impunita, cum hac tamẽ diuerſitate: nam ſi bannitio eſt propter delictũ, habet vim ſentẽtiæ diffinitiuæ: ſi autẽ bannitio ex cõtumacia cõtingit, magis vide-
29 tur ſequi naturã ſentẽtiæ interlocutoriæ, & ideo reuocari, & mutari per iudicẽ poteſt, & reus audiri, vt in noſtra l. in qua prędicta pœna nõ obtẽperantibus impoſita fuit, cum ſuperiori tñ declaratione à lege enim & ſtatuto ſtatui potuit, vt non obtẽperans ad obedientiã cogereẽ & premeretur, cũ & iure veteri in contumacẽ pœna mortis ſtatuta eſſet, vt adnotauit Bald. in d. l. 1. nu. 19. in principio, qui eſt omnino vidẽdus vſq, ad nu. 25. Et hæc eſt vera noſtræ legis interpretatio.

IN TEXTV, IBI: *Mas ſi el alguazil lo mete en la priſion.*

Scholium III.

30 Nam poſtquam bannitus fuit in carcerẽ coniectus per familiam iudicis, nõ poteſt occidi, neq, offendi alia quauis offenſione, Bart. in l. 3. §. transfugas, ff. ad legem Corneliam, de ſicarijs, Albericus in 4. part. ſtatut. q. 36. & ſuper 2. p. conſt. regal. Rubr. 3. numer. 51. Gomecius in l. 76. Taur. verſic. Item adde.

IN TEXTV, IBI: *Ni pudo embiarſe a eſcuſar.*

Scholium IIII.

31 Loquitur ergo lex de cauſa neceſſaria abſentiæ, vt puta in relegato, cuius menit textus in l. ſed & ſi per prætorem, §. 1. ff. ex quibus cauſis maiores, vel morbi, iuxta textum in l. quæſitum, ff de re iudicata, vel aliqua alia cauſa neceſſaria abſentiæ, vt habetur in dicta l. ſed & ſi per prætorem, §. fin. ibi: *Et generaliter quoties quis ex neceſsitate, non ex voluntate abſuit, dici oportet ei ſubueniendum*, & multo magis ſi quis abeſſet cauſa militię Reipublicę, & ſimilis, quæ & porbabilis ſimul dicitur, l. 4.

& fin. C. quibus non obijcitur longi tempor. præscript. l. sed & si, §. quoties, ff. ex quibus causis maiores: quibus & similibus casibus decidit nostra lex, absentem audiendum, iuuabitur enim restitutione, iuxta prædi-
33 cta iura, nisi iudici cōstaret abesse reum ex causa probabili, & necessaria: quo casu sententia, omniaq; iudicij acta sunt nulla, & sic restitutione non erit opus, cum auxilio ordinario adiuuetur, l. in causæ, ff. de minoribus, l. quæsitum, ff. de re iudicata, & docet Bartolus in l. fin. ff. de in integrum restitutione:
34 itaque prædictum absentiæ impedimentum sic accipere debemus: aut sententia est nulla, quia cū cōstaret de iusto impedimēto prolata fuit, quo casu tunc reus cōmuni iure auditur, cum omnia corruant, iuxta supradi-
35 cta: aut sentētia valida est, nempè, cum de absentia non apparuisset, tunc reus duobus remedijs vti potest, si iustè impeditus erat tempore pronūtiatio-
36 nis sententiæ: aut enim potest petere restitutionē intra quadriennium, iuxta legē fin. C. de temporibus in integr. restitut.
37 aut potest appellare à sententia intra decē dies à tempore scientiæ, vt in Authentic. de appellationibus, in principio, collatione 4. vel intra tempus legibus regijs in tribunalibus inferioribus datū ad appellandum, l. ab eo, & ibi Accursius verbo,
38 *illico*, & verbo, *indefensis*, C. quomodo & quando iudex: nec reo opus erit hoc posteriori casu petere restitutionem ad appellandum, sed appellare, iuxta glossam receptam in dicta l. ab
39 eo, verbo, *quærere*: idemquè dicendum erit in impedimento emergenti ex vi, vel dolo aduersarij: eadem enim restitutio procedit, iuxta l. 1. §. si reus, & l. fin. ff. de eo per quem factum erit, &c. l. intra vtile, ff. de minoribus, cap. ex literis, de in integrum restitutione, cap. cum Bertoldus, de re iudicata, l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis cautionibus.

IN TEXTV, IBI: *Por hecher por la rebeldia.*

Scholium V.

40 Aperte loquitur lex nostra hic de pœna banniti, propter contumaciam, & nō propter delictū, inter quas pœnas vltra superius adducta, diuersitas magna est, illa enim ad hæredes non transit, cum bannum sit interlocutoria, fertur
41 enim lite non contestata, & ex contumacia, & ex interlocutoria non oritur actio, cum potius dicatur originem habere à iudicis offitio, l. si quis missus, ff. ne

ff. ne vis fiat ei, cui sententiæ ad
hæret doctrina Bartoli in l. de-
functo, ff. de publicis iudicijs, in
principio, docentis ea ratione
pœnam in criminalibus causis
trãsferri ad hæredes: quia qua-
44 si contractus celebratur inter
fiscum, & condemnatum: at per
45 solam contumaciam, non qua-
si contrahitur, iuxta textum in
§. vltimo, Instituta de noxali-
bus: quæ sententia quod atti-
net ad nostrum textum, & con
tumaciæ materiam, verissima
est, licet alioqui multi dissen-
tiant à prædict. Bartoli opinio-
ne, negantes quasi contrahi in
sententia criminali contra ali-
quem lata, vt cernere licet per
Baldum in l. 1. C. ex delictis de-
46 functorum, num. 14. vbi plures
rationes commemorat contra
Bartoli opinionem, contendit-
què non quasi contrahi, sed ex
authoritate sentẽtiæ transmit-
ti pecuniariam condemnatio-
nem, cuius rei diuersas opinio-
nes inter Dynum, & Bartolum
conciliat Baldus ibidem, num.
16. qui necessariò intuẽdus est.

IN TEXTV, IBI:

No se lo daran al querelloso por enemigo.

Scholium VI.

47 AIT Ergo lex nostra, non
esse declarãdum pro ini-
mico reum, qui non ex proba-
tionibus legitimis, sed ex sola
contumacia conuictus fuit, quę
est pulchra & pia decisio legis
ad quam non solet animaduer-
48 ti ab scriptoribus, cũ ius nouũ
constitui dicant in l. 76. Tauri,
Deducitur itaquè ex serie no-
stræ l. iudicem non posse com-
mittere vindictã parti offensæ,
& ei permittere propria autho
ritate occidere inimicũ offen-
sorẽ suũ, nisi sit cõuictus per ve-
tas, & legitimas probationes;
49 nam quamuis aliàs reus absens
condemnatetur ad mortem so
la fuga, & vno teste, & alijs in-
ditijs sufficientibus ad tortu-
ram, vt nouiter dispositum ex-
tat in l. 3. titulo 10. libr. 4. Com
pilationis, quæ præsumpta pro
batio dicitur, non tamen im-
50 pedimẽto est innocentiæ, cum
deprehensus de nouo quoad cri
men quouis tempore defendi
possit ex prædicta sanctione: in
vindicta tamen parti commis-
sa, suoquè effectu sortito, nul-
lum reo remedium superest,
cap. cum Marte, de celebratio-
ne Missarum: & ideo legitimæ
probationes pręcedere debent,
vt docuit bonus Gomecius in
51 dicta lege Tauri, numer. 17. vbi
addit ex Rainerio, & alijs quos
allegat istud ius vindictæ, non
debere cõmitti à iudice offen-
so, quamuis accusatio proba-
ta sit, si delictum aliàs pœnam
mortis

mortis non meretur, quod & anterioribus scholijs monstrauimus.

IN TEXTV, IBI: *Mas el querelloso no le deue matar.*

Scholium VII.

52 QVOD quidem sancitum fuit per legem quartam, titulo 17. lib. 4. Fori, nemo enim propria authoritate potest vindictam sumere, nisi lege permittente, & nouiter disponitur in dicta lege 76. Tauri, & ibi Scribentes notant.

IN TEXTV, IBI: *Puede el Alcalde darlo por enemigo.*

Scholium VIII.

53 IVdex ergo, vt supra docuimus, præcedente plena probatione, & litigatoris petitione, rectè pôtest pronunciare aliquem inimicum offensi, vt eum possit impunè occidere, si ex illo delicto absenti si in carcerê coniectus esset, pœna mortis irrogaretur, vt adnotatur in
54 dicta l. 76. quæ trium mensium dilationem addit nostræ legi: quãuis si cum iudicio animaduertatur, ij tres meses continebantur in prędictis legibus styli, Forri, & Partitarũ, & antea iure communi in casibus, quibus contra absentem procedi poterat, nempè, ex l. 38. styli, l. 4. titul. 3. libr. 2. Fori, l. 7. titul. 8. part. 3. l. 1. & 2. C. de requirendis reis, l. 2. C. de exibendis reis, Authentica iubemus, C. de iudicijs, Authentica qui semel, C. quomodo & quand. iudex, l. cum anterioribus, §. 1. C. de tempor. appellation. vbi per trium mẽsium dilationem absentes euocabantur: cuius dila-
55 tionis, si quid iudico, meminerunt legum Taurinarum conditores, quamuis, qui eas commentantur ibi non animaduertant, omnes tamen admittunt cõmuniter prædictas leges regias iustas esse, & rationi consentaneas, & ab eis statui potuisse, vt reus absens prædictis requisitis pręcedẽtibus ad mortem damnari, eiusquè vindicta parti committi queat, cum non sit in iure nouum in innumeris casibus vltionem offensum sumere posse sua propria authoritate, quos melius cæteris congessit doctissimus Gomec. in
56 dict. l. Tauri, nu. 15. addit tamẽ ibidem num. fin. in foro conscientiæ lethaliter peccare propria authoritate occidentẽ inimicum suum, nec se excusare legis permissione.

Textus

Textus quadrageſimusoctauus.

SI Alguno es emplazado por algun mal fecho, que ſe deue librar por fuero, en aquel lugar do lo emplazan, e no viene a los plazos, en ante que le den por fechor, parezca ante el Rey ſobre eſte pleyto. E ſi el Rey le quiſiere hazer merced, e lo tuuiere por bien, pues parecio ante el, puede mandar, q̃ tome el pleyto en aquel lugar que era a la ſazon, que parecio ante el. Mas ſi el Rey eſta merced no le quiſiere fazer, caera en la pena de los emplazamientos, ſegũ es por fuero de aquel lugar para do fue emplazado, ſaluo ſino fueſſe emplazado ſobre qualquier de las coſas que ſon eſtablecidas, que ſe deuen librar por caſa del Rey. Ca entonces pues parecio ſobre eſte fecho ante el Rey, para ſaluarſe, e cumplir de derecho, no caeria en plazo, ni en pena.

SVMMARIVM.

1 Reus, qui ſe offert regijs Senatoribus criminũ ab eis admittitur, quamuis non ſit caſus Curiæ.

2 In Regem omnem poteſtatem reſpublica contulit, quæ penes ipſam antea erat.

3 Si reus plures iudices ex priuilegio habeat, ipſius eſt electio, quem maluerit eligere, & numero ſequenti.

5 Oppreſſus nõ ſolum apud Regem, eiuſq́ ſuppremos iudices temporales, ſed & etiam ante iudicem Eccleſiaſticum comparere poteſt.

6 Iudex ſecularis, ſi Eccleſia oppreſſa ſit, ipſam iuuare debet ſine aliqua cauſæ cognitione.

7 Eccleſiæ offitium ſuum denegans, iuriſdictione priuatur.

8 Vidua non ſolum agendo, ſed etiam defendendo, poteſt actorem trahere ad regium Curiæ iudicium.

9 Alijs poteſtatibus præter Regem cauſarum auocatiõ non permittitur, & num. ſeq.

11 Quidquid poſt euocationem cauſæ à iudice inferiore actum eſt, nullitatem habet.

12 An iuriſdictio euocata videatur quando iudex inferior ipſius reuocationis cognitionem, & notitiam non habuit.

13 In cauſis etiam ciuilibus, euocatur cauſa ad Principem, quando pars grauamẽ ſeſcepit in duobus actis interlocutorijs.

14 Impediens ſubditos, ne ad Principem eant, crimine læſæ Maieſtatis notatur, & numero ſequenti.

16 Euocationis vis tanta eſt, vt poſt eam emiſſam iudex inferior etiam de partium conſenſu, cognoſcere de cauſa non poſſit.

Lex XLVIII.
IN TEXTV, IBI:
Parezca ante el Rey sobre este pleyto.

Scholium vnicum.

1 AB Hac lege nostra iudico
habuisse ortum praxim in
regijs prætorijs suppre-
mis receptã, in quibus reus, qui
se offert regijs Senatoribus cri-
minũ ab eis admittitur, quãuis
alioqui nõ esset casus Curiæ, &
magistratus domicilij rei iudi-
cium inchoasset, & cõtra reum
ædictis, & præconijs procede-
ret: literæ enim regiæ statim ex
pediuntur, quibus iudex infe-
rior inhibetur, & iubetur tabe-
2 lioni, vt acta mittat, quod nulli
alij nisi Principi licet, in quem
omne imperium & potestatem
respublica contulit: cum olim
penes ipsam esset, l. 1. ff. de const.
Princip. & cum Rex non de fa-
cili negotio adiri posset, magi-
stratus creauit, qui litigatores
audirẽt, & grauamina tollerẽt:
prædictus itaq; grauatus reus
a prædictis Senatoribus admit-
3 titur ex Curiæ priuilegio, in
qua quilibet conuenitur, dum
in ea est, licet ibi nõ contraxe-
4 rit, l. 4. tit. 3. p. 3. & ibi Greg. Lo
pez, quod licet in ciuilibus pro
cedat, & fauore actoris propter
rei potentiã, de reo etiã crimi-
nis receptũ est, si plures iudices
ex priuilegio habeat ipsiusmet
rei esse electionẽ, vt pulchrè do-
cuit Bald. in l. cũ clericis, nu. 1.
C. de Episcop. & cler. ex text. in
5 Authen. habita, C. ne filius pro
patre: oppressus enim nõ solum
apud Regẽ, eiusq; suppremos
iudices poterit iudicio superses-
se, & eis se offerre, verumetiam
apud iudicem Ecclesiasticum,
quãuis nõ detur negligentia in
tẽporali magistratu: arg. tex. in
c. ex parte, de for. comp. vbi do-
cet Abb. de cuius opinionis cer
titudine nõ disputo, placuit ta-
men eam adducere ad cõfirma-
tionem præfatæ conclusionis.
6 Illud tñ absq; controuersia est,
iudicem seculare requisitum, si
Ecclesia oppressa sit, ipsam iu-
uare debere, & sine aliqua cau-
sæ cognitione auxilium impar
tiri, c. de liguribus, & c. Princi-
7 pes, 23. q. 7. & offitium suũ dene
gãtem iurisdictione priuandũ,
ex c. ad abolendam, & c. Inquisi
tionis, §. prohibemus, de heret.
scribit Rebuf. super ll. regias, in
8 tract. de liter. requisit. num. 20.
Rursus & sentẽtiæ nostræ l. su-
fragatur, quod de vidua rea di-
ci solet, quæ non solum agẽdo,
sed etiã defendẽdo potest acto-
rem trahere ad regium Curiæ
iudicium, vt praxis admisit, &
9 latè tractat Couar. pract. quæst.
c. 7. nu. 2. inquitq; nu. 7. literas
regias expediri in fauorem vi-
duarum, quibus interdicitur
cognitio inferiorib' prætorijs,
cum prædicta itaquè causarum
euoca-

euocatio ex Curiæ priuilegio
descendat, Regi tantum, & eius
Senatoribus permissa est, quod
alijs potestatibus iurisdictionē
habentibus denegatur, quibus
non liberum est, primam instā-
tiam iudicis ordinarij impedi-
re, vt docet Paulus Castrensis,
in l. nemo, C. de iurisdictione
omnium iudicum, quem refert
& sequitur Auendañus, de exe
quendis mand. regijs, c.5. nu.1.
& seqq. ius itaq; regale esse euo
cationem, cum solum Pontifi-
10 ci, & Regi competat, & nemo
ab eis euocare possit, ex c. cun-
cta, & cap. vt nostrum, de appel-
latio. deducit Rebuffus ad leges
regias, tractatu de euocationi-
11 nibus, num.1. & supremis ma-
gistratibus tā summa potestas
euocandi data est, vt quid quid
post euocationem à iudice in-
feriore actū fuerit, nullitatem
habeat, etiam si ipse iudex euo-
cationis scientiam non habue-
rit, vt docet Abb. in c. cum M.
de constitut. quanquam de hac
re latè disputet Couar. practic.
quæst. c.9. & opinionem Abb.
improbare videatur, asserēs re-
12 uocationē iurisdictionis, etiam
si motu proprio fiat, non effi-
cere nulla gesta à iudice infe-
riore, donec ipse reuocationis
cognitionem habuerit, vt nu.7.
contendit, & ante eum docuit
Rebuf. in tract. de euocationib.
num.33. vbi inquit, ignorantes
iudices obligari nō posse, & ita,
interim factū, non esse nullum,
etiam post euocationis conces-
sionē, nisi prius fuerit intima-
ta: regulam itaq; generalē ipse
doctissimus Author, nu.4. tra-
dit eam nempè, vt neq; iudicis
inferioris, neq; vtriusq; litiga-
toris notitia sufficiat, sed inti-
matione omninò esse opus ad
hoc, vt gesta corruant.

13 Et prædictis accedit, quod de
parlamento Franciæ adnotauit
Rebuf. dict. tract. de euocation.
nu.58. à quo etiam in causis ci-
uilibus euocatur causa ad Prin-
cipem, qnando litigator graua
men suscepit in duobus articu-
lis interloquutorijs, cum veri-
simile sit, & in diffinitiua gra-
uandum: agum. text. in l. nō di-
stinguemus, §. cum quidam, ff.
de arbitr. & c. vt debitus, de ap-
pellat. & regula semel, de regu.
14 iuris, in 6. Et his adijcitur do-
ctrina Lucæ de Penna in l. vni-
ca, C. vt nemo suscip. ad suum
patroc. rustic. lib.11. docētis im
pedientē subditos, ne ad Prin-
cipem eant, crimine læsæ Ma-
iestatis notari, sicut dicitur quo
15 què de iudicibus tēporalibus,
& alijs impedientibus clericos
ad Ecclesiasticum tribunal ac-
cedere, vel literas impetrare:
nam excommunicati sunt, vt
probatur in cap. quoniam, de
immunitate Ecclesiar. in 6. &
16 in Bulla Cœnæ Domini art. 3.

Postremò

Postremò igitur, huius euocationis vis tanta est, vt post eam emissam iudex inferior, etiam de litigatorum consensu cognoscere de causa non posit, vt adnotatur in Rota decision. 76. quamuis in appellatione contrarium sancitum sit per caput interposita, §. ille, de appella. c. si à iudice, eod. tit. lib. 6.

Textus quadragesimusnonus.

EN Algunos de los fueros viejos de Estremadura, sobre muertes, los parientes del muerto deuen hazer desafiamiento: e si viene el desafiado, e niega la muerte, hase de saluar, o responder al repto, qual mas quisiere el querelloso. E si conociere la muerte, e no viniere a los plazos del fuero, darlo han por enemigo de los parientes, e que salga de la villa, e del termino. E sobre esto, es a saber, que quando en esta manera de defendimiento se comiença a demandar la muerte, segun el fuero viejo, que todo lo que dize en este fuero, que se ha de hazer, e de juzgar despues del desafiamiento, que esso se ha de guardar, e de demandar, e juzgar: e no puede mudar la querella, ni la demanda en otra manera, sino segun lo començò a demandar, o a querellar en los pleytos criminales. E mas si alguno mata de noche, o en yermo, de que se ha de hazer pesquisa: porque esto se faze en la manera del fuero de las leyes, e no en la manera del fuero viejo: e hase de demãdar la muerte, e a juzgar segun el fuero de las leyes. E por ende algunos dizen, que el desafiamiento es manera de emplazamiento, no se puede entonce emplazar, pues desafiado no han los parientes del muerto de demandar la muerte, ni juzgarla, sino en la manera que fabla el fuero viejo de esse lugar a que se han de juzgar las muertes despues del desafiamiento. Mas si los parientes del muerto quieren demandar, que matò sobre tregua, o sobre saluo, o que le dio saltò, o que matò, pidan al Alcalde, que emplaze a aquel que es fallado por culpado por la pesquisa de la muerte, o aquel que quieren acusar, que venga a los plazos del fuero viejo del lugar: e que faga pesquisa sobre la muerte. si assi acaecio la muerte sobre que se deua fazer pesquisa, o acusen aquel que assi matò a su pariente sobre tregua, o sobre saluo, o que le dio salto. E si plazos no pone el fuero viejo, en esta razon, deuelos fazer emplazar el Alcalde a los plazos del fuero de las leyes, y el acusador entonce puede demãdar al Alcalde que mate, o mande matar aquel, que acusa que matò a su pariente.

SVMMARIVM.

1 *Ethymologia diffidationis traditur.*
2 *Triplex amicitia solum inuenitur.*
3 *Nobilis propriè dicitur ex vtroque parente.*
4 *Nobilitas solũ requiritur ex parte patris,*

niſi in caſibus exceptis.

5 *Propinquus pro propinquo diffidare poteſt.*

6 *Agere quis poteſt actione iniuriarũ pro iniuria illata conſanguineo, & vſq; ad quẽ gradum conſanguineus dicatur, declaratur.*

7 *Vbi adeſt ius ſuccedẽdi, ibi & ius vindictæ ineſt.*

8 *Coniunctus vſq; ad 6. gradum dicitur, & regulariter vſq, ad quartum.*

9 *Ius diffidationis vſq; ad quem, ad quem gradum ſpectet, & num. ſequenti.*

11 *Ius conſanguinitatis vſq; ad decimum gradum accipere debemus.*

13 *Ius reptandi conceſſum conſanguineis accipitur vſque ad decimum gradum.*

13 *In diffidatione regulariter poteſt alius pro alio diffidare, ſi tamen nobilis ſit.*

14 *In reptatione nemo pro alio reptat cum ius adhærens perſonæ ſit.*

15 *Diuerſitas eſt inter diffidationẽ, & reptum.*

16 *Reptatio ſolum habet locum in tribus caſibus.*

17 *Reptum ſolum ante Regem fit.*

18 *Diffidatio in quocunq; crimine procedit.*

19 *Diffidatio regium conſpectum deſiderat.*

20 *Diffidatio eſt præparatoria monitio, & num. ſeq.*

22 *Induciæ conſtituuntur inter diffidatorem, & diffidatum per tres terminos.*

23 *Nobilis, qui diffidauit, aleuoſus nequaquam dici poteſt.*

24 *Quotieſcunq; diffidatio præcedit, nunquam reptationi eſt locus.*

25 *Diffidatus tenetur diffidationi reſpondere intra certum terminum.*

26 *Pro inimico declaratus impune occidi poteſt.*

27 *Declaratur lex 76 Tauri.*

28 *Declaratio pro inimico tantum operatur, ſicut diffidatio.*

29 *Alia bannitio eſt propter delictum, alia propter contumaciã.*

30 *De pœna banniti tractatur, & quomodo hoc accipiatur, & numero ſeq.*

32 *Deportatio mors ciuilis eſt, & media capitis diminutio.*

33 *Relegatio triplex eſt, & numero ſequenti.*

35 *Regula eſt, vt ſi à lege non exprimatur pœna deportationis, ſemper intelligatur de ſimplici relegatione, & num. ſeq.*

37 *Conſanguinei diffidare nollẽtes, accuſationẽ apud iudicem poſſunt intendere.*

38 *Non omnes cõſanguinei admittuntur ad accuſandum, & quomodo hoc accipiatur.*

39 *Abſens inimicus declarandus eſt, non autem præſens, & num. ſequentibus.*

41 *Maritus, cui adulteri traduntur, pœnam eligit, ſed nõ neceſſario exequitur.*

R Lex

Lex XLIX.

IN TEXTV, IBI: *Los parientes de muerto deuē fazer desafiamiento. Scholium I.*

1 Ethymon diffidationis est discessio à fide inter nobiles antiquitùs inita, vt constat ex l.
2 1.tit.11.par.7. Aristot.enim 8. Æthicorū triplicē amicitiam, solum inuenit, naturalem scilicet, quā pater erga filios, & cōiuges inter se habēt, quod idē & natura cætera animantia docuit: aliam inter extraneos ex mutuo consensu, affectione, & conuersatione, quæ & nobilior prima est, cū amicus alter ipse dicatur: tertia, quā quis ob suū commodum erga alium habet, quæ minoris dignitatis amicitia dicitur, cùm non reciproca sit: prædicta tñ lex regia quartam amicitiam adiecit, quā nobiles inter se constituerunt ex pacto, eamq, non licet sine diffidatione discindere, vt ex nostra lege, & prædicto iure parti
3 tarū satis patet. At nobilis hoc casu accipitur, qui ex generoso patre, quāuis ex plebeia matre editus sit, vt probatur in d.l.1. Quāuis propriè nobilis nō accipiatur, nisi ex vtroq, parēte, iuxta text.in l.5. & 7.tit.18.p.2. vbi casus est, in quo prædicta geminata nobilitas desideratur: alius est in l.25.tit.22.p.3.& vtrobiq, cōmendat Greg. in scholijs ad dictas leges, docens vltra
4 casus illarum legum, nobilitatem solùm requiri ex parte patris, & rationē reddit d.l.par.1. tit.11.p.7. eam nēpè, quia priscis tēporibus nobilitas à viris principiū, & originē sumpsit, & non à fœminis: & ideò plebeia fœmina non officit nobilitati, quod antea Vlpianus docuit in l.liberos, vers.sed si,ff.de Senat.& ibi Bald.notat nu.4.
5 Quibus sic breuiter, & necessario adnotatis, propinquos posse prouocare, & diffidare sanciuit l. nostra, & antea decisum
6 fuit in l.2.tit.11.p.7. Non enim est in iure nouum, agere quem posse actione iniuriarū pro iniuria illata cōsanguineis. Alioquin enim, etsi iustam causam quis sibi fouere videatur, si tñ sua nō intersit, à prouocatione repellitur, sicut cōtingit de iure ciuili, pecuniarię causæ actorem, & criminosum accusatorē à limine iudiciario eijci, si sua non interfit, l. non ignorat, C. qui accus. nō pos. Porrò in singulari certamine hoc à maioribus custoditū fuit, vt pro sui defensione cæterorūquè cognatorū, & familię suæ, certare liceat: pro extraneo tñ non permitteretur, l. sed tūc, ff. de lib. caus. Quo casu cōsanguineum accipiemus vsq, ad 7. gradū, iuxta glos.

glos. vnicā in l. si fœmina, ff. ad Turpil. argum. text. in l. 4. ff. de testib. vbi in causa criminis nō cogitur cōsanguineus testificari contra consanguineū vsq, ad illum gradum: & ita secundum Accursij opinionē, propinquos in casu nostræ l. vsq, ad prædictum gradū 7. prouocare posse dicendum est: inuenio tamē in iure ius succedendi ab intestato cōpetere cōsanguineis, si agnati sint vsq, ad 10. gradū, si cognati vsq, ad 7. gradū, §. fi. Instit. de success. cognatorum, & iure recentiori indistinctè vsquè ad 10. gradū, quo sublatū fuit discrimē agnationis, & cognationis, vt in Auth. de hæred. abin-
7 test. ven. §. nullam verò, coll. 9. Sustineri itaq, posset vsq, ad 10. gradum consanguineū prouocantem admittēdum: vbi adest enim ius succedendi, ibi & ius vindictę nō inesse, nō esset ciui-
8 le? Coniunctū tamen vsq, ad 6. gradum solum dici, Consultus respondit in l. 2. ff. de accusat. & in l. 4. ff. de testi. l. Iuriscōsultus, §. sexto gradu, ff. de gradib. & prædictam coniunctionē regu-
9 lariter vsq, ad 4. tantū gradum extēdi, Imperatori placuit in l. petitionem, C. de aduoc. diuer. iudicior. cui conuenit l. 2. & 16. tit. 1. p. 7. Intelligi itaq, debebit ius certaminis consanguineo concessum ex nostra l. vt intra
10 4. gradum admittamus, secundum prędictas leges Partitæ: & ita veteres foros, de quibus noster text. in princip. mētionem facit, interpretemur, vt vindicta familiæ concessa vltra quartum gradum non extendatur.

11 Sed prædictis nō obstantibus in casu nostræ l. opinionem, de qua supra, veriorē puto, eā scilicet, quæ ius succedēdi vsq, ad 10. gradum tribuit vsq, ad quē, & prouocatio procedet: alioqui enim sequeretur absurdū, posse scilicet quē succedere, & tamē non posse vlcisci, mortē defuncti, cui succesit, quod abhorret ab humano intellectu, & ratione, quæ viua lex est, l. cum ratio de bonis damnatorum, neq, sustinebitur prædicta opinio ex iure vindictæ competēti hæredi, etiā si extraneus sit, neq, iura in contrarium adducta vrgere videntur: debēt enim intelligi in suo proprio casu, neq, refragantur prædictę ll. Partitę, quę in accusatione loquūtur, nos in in certamine, in quo diuersitas
12 est. Et ex his infertur quoq, interpretatio ad d. l. 2. tit. 3. par. 7. quę ius prouocādi cōsāguineis cōcedit, debet enim accipi vsq, ad 10. gradū consanguinitatis, vt supra mōstrauimus, quæ omnia locum habēt in certamine pro vindicta defuncti. Si tamē quis viuat, distinguendū est inter prouocationē, seu diffidationem, & inter reptationem, vo-

13 tabula quidem à iure partitarũ & nouioribus Scriptoribus inuenta. In diffidatione enim regulariter poteſt alius pro alio diffidare, ſeu prouocare, ſi tamẽ nobilis ſit: vt cõſtat ex textu in l.2.tit.12.part.7. At in reptatione, quæ à prouocatione diſtat, nemo pro alio laceſſit, cum ius
14 adhærens perſonę ſit, niſi in caſibus exceptis à d.l.2.tit.3.p.7.
15 Diuerſitas enim magna eſt inter diffidationẽ, & reptationẽ, (ita enim loquor, vt doceã, licet hęc nomina in Latino idiomate nuſquam legerim) ad quod non ſolet animaduerti, & bre-
16 uiter patefaciã. Reptatio ergo ſolum habet locũ in tribus caſibus, quãdo ſcilicet ex crimine commiſſo proditio reſultat, vel induciæ diſciſſæ ſunt, l.2.tiru.3.
17 p.7.l.2.tit.21.lib.4.Fori. Rurſus quę reptatio ſolum ante Regẽ fieri debet, l.4.tit.3.p.7.& l.2.& l.6.d.tit.21.lib.4.For.& deinde, vt diximus, reptatio ius perſonale eſt, & per alium nõ mini-
18 ſtratur, ex d.l.2 tit.3.p.7. Diffidatio verò in quocunq, crimine procedit ex l. noſtra, & l.2. tit.11.p.7.l.1.tit.21. lib.4. Fori.
19 Deindeq, regium conſpectum nõ deſiderat, ſed vnus alium in pręſentia teſtiũ diffidare poteſt
20 l.3.d.tit.11.p.7. & deniq, vnus pro altero poteſt prouocare, vt cauetur in d l.Part.2.d.tit.11.&
21 ita diffidatio eſt præparatoria monitio, qua præcedente à diffidãte diffidatus cauet, vel ſe cũ illo cõciliat, vt diſpoſitũ extat in d.l.1.d.tit.11. meritò itaq, inter nobiles locũ habet, nã ſine dolo vllo actus geritur, cũ mo-
22 nitio præcedere debeat. Tum etiam & induciæ conſtituũtur inter diffidationẽ, & diffidatũ per tres dilationes 12.dierum, l. fi.d.tit.11.& in reptatione nullæ induciæ ſunt.l.4.tit.3. par.7. Diffidatio itaq, adeò ſecura eſt,
23 vt ferè nunquã ad certamẽ deueniatur, niſi ea omiſſa ſit: cum nobilis, qui prouocauit, proditor nequaquam dici poſsit, ſiue occiderit, ſiue vulnerauerit, ſiue aliã iniuriã intulerit poſt prouocationẽ. Si tamẽ aliquod crimen cõmiſsit ex prædictis, diffidatione ſpræta, tanquã proditor reptari poteſt, cũ violauerit fidem inter nobiles initã, antequã ab ea per diffidationẽ diſcederet, & ſic ferè ex his poſſemus quaſi regulã generalẽ conſtituere ad cognitionẽ diſcriminis inter reptationẽ, & diffidationẽ, eam ſcilicet, vt quoties-
24 cunq, diffidatio pręcedat, nunquam reptationi locus ſit, & ea omiſſa ſuum effectum ſortiatur reptatio, ex l.3.tit.3.p.7.& ideò dixi quaſi, cum ab hac regula excipiatur proditio, quæ propriè contra perſonã regiam dicitur, & induciarũ diſciſsio: in quibus caſibus reptatio procedit,

dit, ſiue diffidatio præceſſerit, ſiue nõ in inducijs, ratione fœderis:in proditione,quia ſi quis eam committat, ſatis videtur diſcedere à fide nobilitatis: ſi contra Regem quippè qui ipſa nobilitas eſt, aliquid machinatus ſit,vt per totum tit.3.par.7. inſpicere licet. Quæ omnia vera,& à nemine ſic diſcuſſa ad interpretationem noſtræ l.omnino neceſſaria: inutilia tamẽ iudico, cum prædicta certamina abolita ſint,& religioni noſtræ repugnantia.

IN TEXTV, IBI: *Darlo han por enemigo de los parientes.*

Scholium II.

25 STatuit l.noſtra,vt prouocatus adſtringatur, reſpõdere intra diem,l.Fori,quæ eſt l. 1.& 12.tit.21.libro.4.& l.4.& 5. tit.3.par.7.Alioqui per ſententiam declaratur inimicus, quæ pœna irrogatur à l.5.dict.tit.3. & fuit ſupplitium cognitum à vetuſtis Scribentibus, vt tradit Bart.in l.ex facto, ff. ad Trebel. Bald. in l. Grachus, C. ad l.Iul. de adult.idem Bald.in l.vt vim, ff. de iuſt. & iur. Ioan. Andreas in additione ad Speculum, tit. de conſt.addit.fin. Abb. in cap. vlt.de conſuet. quæ pœna operabitur, nempe, vt hic pro inimico declaratus impune occidi

26 poſsit,iuxta ea quæ notãt Bart. & Bald.in dictis locis teſtantes, ſi quis nolli inimicũ ſuũ occidere,poſſe eligere aliam quamlibet pœnã,cũ ius vitæ, necisq, poteſtas ei data ſit:apud nos tamen obſeruanda omninò eſt l.

27 76. Taur. quæ voluit, iudicem neminẽ poſſe pro inimico pronuntiare,& committere vindictã offenſo propria authoritate, niſi adſint legitimæ probationes, quibus à iudice reus in prędictam pœnã condemnatus ſit, & poſt condemnationem elapſi ſint tres mẽſes,& actor petat,vt offẽſor pro inimico declaretur, & deniq, delictũ mortis pœna dignum ſit, ex quibus videtur abrrogari deciſio noſtra,& prædictarũ ll. For. & Part. ſanctiones,cũ durũ ſit illum,qui prouocationi nõ reſpondit intra dies pręſtitutos occidi poſſe,niſi dicamus declarationẽ pro inimi-

28 co in caſu noſtræ l.tantũ operari,ſicut prouocationem,de qua ſupra meminimus:& ſit ſenſus, vt poſtquã pronũtiatus ſit offenſor pro inimico, ſi occidatur, vulneretur, vel aliter iniuria afficiatur hic percutiens, & iniuriam inferẽs,nõ ex hoc dicatur proditor, nõ tamen liberetur alijs pœnis à iure irrogatis, ſecundum qualitatẽ perſonarũ, & facinoris, quod diſertè interpretatur Grego. Lopez in columna fin.ad l.5.tit.3.part.7.

IN TEXTV, IBI: *Y q̃ sa'ga de la villa, y del termino.*

Scholium III.

29 Est ergo accipiendus textus noster de bannitione, (sic enim loquor, & non proscriptione, distat enim, vt supra ostendi, nec aliter lex nostra, & aliæ recentiores interpretari queunt) propter delictum, & in eius pœnam, cum alia bannitio propter cõtumaciam fit, & diuersitatem inter eas constituit Baldus in l.1.C.de hærdi. instituendis, num. 16. & de bannito propter cõtumaciam diximus
30 in scholijs ad l. 47. Lex tamen nostra tractat de pœna banniti ex delicto: quæ tamẽ hæc pœna sit, an scilicet relegationis, vel deportationis, non apertè decidit: alludit tamen ad pœnã deportationis, cum non ad tẽpus bannitionem inferat, & sic succedit regula text. in l.4.tit.18.
31 p.4. Ea nẽpe, vt quando bannũ perpetuũ est, tunc bannitus deportato: at si ad tẽpus relegato comparetur, & præd.l.4.tit.18. p.4. copulatiuè desiderat simul cũ perpetuo exilio bonorum ademptionem ad hoc, vt banniti æquiparentur deportatis, & tamen de bonorũ amissione non fit mentio in nostra l. & ita dubito, quã pœnã elegerit, ad cuius cognitionẽ necessariò præ-
32 mittendum erit, deportationẽ mortem ciuilem esse, l.1.§. vlt. ff.de bonor. possess. contra Tabulas, l. 2. d.tit.18.p.4. ad quam consequẽs est, amissio ciuitatis, quę dicitur media capitis diminutio, cũ non adimatur libertas, quæ nõ continetur sub nomine metalli, & operis eius, quę maxima capitis diminutio est, vt in prædictis iuribus adnotatur, & hanc deportationẽ tacitè sequebatur bonorũ ademptio de iure veteri, sed iure recentiori in sententia debet exprimi, vt probatur in Authent. bona damnatorum, C. de bon. damnatorũ, & l.Manicheos, & Auth.Gazaros, C.de hæret.exceptis hæresis, & læsæ maiestatis criminibus.

33 Secundò prætermittendum est, aliam pœnã esse relegationẽ loci, & hęc triplex est: vna à propria ciuitate in aliquo certo loco, & nõ alibi, & hęc est sub nomine relegationis, & dicitur lata fuga, quia de omni alio loco fugari reus debet: secunda est, per quam ècontrario condemnatus de certo loco repellitur, & alibi vbicũq, velit potest degere, & hæc nuncupatur interdictio, siue prohibitio certi loci: tertia est, vt reus mittaĩ in aliquam insulam, vel aliquẽ certũ locum intra iurisdictionẽ iudicis mittẽtis moraturus ibi perpetuò, vel ad certum tempus, quæ appellatur relegatio in insulam, vel alium certum locum,

cum, vt eleganter docuit Bald. in l. qui deportantur, C. de hæredibus instituen, num. 19.

34 Quibus præmiſsis, cum noſtra l. ſolum loquatur de exilio ciuitatis, & eius iuriſdictionis manifeſtè apparet loqui de hoc ſecũdo modo relegationis, cuius in prædicto ſecundo præludio meminimus, quæ eſt vera noſtræ legis interpretatio, ſecundum quam debet quoquè intelligi lex Partitæ, titulo 3, partita ſeptima, quæ eandem pœnã bannito imponit, & dum ibi inquit debere expelli à patria, ſecundum noſtram legem accipi debet, id eſt, à ciuitate, & eius iuriſdictione: quæ declaratio neceſſaria fuit propter diuerſos effectus deportationis,

35 & relegationis, de quibus tractat idem Baldus in dicta l. 1. numer. 20. & 21. Gregorius in l. 3, tit. 18. part. 4.

IN TEXTV, IBI:

Mas ſi los parientes del muerto.

Scholium IIII.

36 SECVNDA pars legis eſt, conſanguineos, ſi prouocare nollint, poſſe accuſare offenſorem, quod etiam in cauſa reptationis, in qua ſolus iudex Rex eſt, ſi coniunctus certamẽ recuſet, & accuſationem eligat, accuſare poſſe apud inferiorem magiſtratum Grego. adnotauit, in l. 4. titul. 3. part. 7. ſchol. 5. & hoc caſu conſanguineum vſq; ad quartũ gradum duntaxat admitterem, cum expreſsè deciſum ſit in l. 2. & 16. tit. 1. p. 7. & hoc iure vtimur.

Rurſus, quamuis lex noſtra aſſerat, cõſanguineos defuncti admitti ad accuſandum, & ſi omnes iudicio ſuperſint, ex illa plurali locutione multoties repetita in legis contextu, nihilominus accipi debet, vt non omnes admittantur, ſed iudex

37 eligat, iuxta l. ſi plures, ff. de accuſatio. l. 13. titul. 1. part. 7. At prædicta lex in extraneis accipienda eſt, in conſanguineis tamen hæc regula ſeruanda, vt ſi in gradu diſpares ſint, iudex proximiorem eligat, l. 2. §. ſi ſimul, ff. de adulterijs ſi verò conueniant plures in eodẽ gradu, tunc omnes admittantur, lex 3. §. ſi plures, de ſepulchr. violato, niſi vnus prius accuſauerit, & litem conteſtatus eſt: nam poſt litis conteſtationem nõ admittetur alius, licet in eodem gradu ſit, l. qui de crimine, ff. de accuſatio. docet Gomecius delictorũ, cap. 1. nu. 35. iuxta quam declarationem debet intelligi hæc noſtra lex.

(.?.)

IN TEXTV, IBI:
Que mate, o mande matar.

Scholium V.

38 QVando lex præcipit, quem declarari pro inimico, accipitur in absentia rei, siue sit ob contumaciam veram, siue ob contumaciam fictam, siue in pœnam diffinitiuam ratione delicti, siue in interlocutoriam ratione simplicis contumaciæ, vt supra monstrauimus in hac l. & in dicta l. 47. Et hoc ea ratione, quia cum reus absens sit, & à magistratu puniri non possit,
39 ideo lex consanguineos defuncti facit iustitiæ ministros, vt patet ex dicta lege 76. Tauri: sed quando reus præsens est, nunquam offenso vindicta committitur,
40 sed iudex iubet sententiã exequi per iustitiæ executorẽ, nisi in coniugis vindicta, quæ per lictorẽ fieri nequit, sed propria persona maritus adulterorum sententiam exequi debet, nec alij committere, vt testatur Azeuedo in scholijs ad l. 1. tit. 20. lib. 8. Compilationis, nu. 15. Gomecij, & Couarruu. authoritate illius in l. 80. Tauri, nu. 61. huius in 4. 2. part. cap. 7. § 7. nume. 5. sed ego contra puto, nec prædicti grauissimi Patres Azeuedo suffragãtur: loquuntur enim in necis vindicta eorũ qui in adulterio deprehẽduntur, hæc enim à viro exerceri debet, nec etiam filio mandari, quamuis opes ab eo, & coniunctis præstari possit: secus verò est, quando à iudice sententia profertur, qui adulteros viro traddit, eorũq; vitę, & necis potestatem: nam hoc casu pœna mortis, seu aliam mitiorẽ maritus eligere poterit, lictori tamen executionem cõmendare, nam iudicis vicem maritus obtinet, ipsum tamen suæ sententiæ esse executorẽ ab omni ratione esset alienũ: maius enim ipso adulterio ei dedecus esset, & occasio daretur, vt impunita delicta manerent, vt suadetur Gelij authoritate lib. 10. c. 23. referentis adulterij vetustã lẽgem, qua sine iudicio ipse maritus debebat adulteros necare. Alludit enim, si in iudicio lis versetur, iudicialiter pœnam exequendam, nempè, per iustitiæ executorem: quod animaduersione dignum est, cum contrarium vulgus receperit.

(.?.)

Textus

Textus quinquageſimus.

EN El titulo de las acuſaciones, en el Fuero de las leyes, ſobre aquella ley que comiença, Quando omecillo, o quema, ſobre eſto de la quema, maguer la quema ſea hecha en poblado, e de dia vſaſſe de fazer peſquiſa, porque el fuego es coſa que con centella, o con pequeña candela, o con ſaeta que la puede embiar, porque eſto ſe puede fazer muy aſcondidamente, por eſſo ſe faze peſquiſa, maguer la quema ſea de dia, y en poblado, e ſi el fecho fuere en yermo. Otro ſi es a ſaber, que los malos fechos que ſe fazen en caſa, o en corral, maguer moren en el corral otros hombres e mugeres, y eſto es contado por yerro, o ſi combaten la caſa, e deſto fazerſe ha la peſquiſa. Pero quando en la caſa, o en el corral ſe faze algun mal fecho concejeramente ante muchos hombres que ſe acertaron, y entonce no ha porque fazer peſquiſa. Otro ſi es a ſaber, que por ſoſpecha, ni por conceio, ni por mandamiento, principalmente no ſe faze peſquiſa, mas ſi el fecho es en ſi tal ſobre que ſe deue fazer peſquiſa, en la peſquiſa preguntaran de otros ſi fueron en conſejo, o ſi lo mandaron, ca entonce ha lugar de ſe fazer peſquiſa ſobre conſejo, o ſobre mandamiento.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitionis Ethymon traditur.*
2 *Inquiſitio differt à denuntiatione, cuius ethymologia adnotatur.*
3 *Quid ſit accuſatio, demonſtratur.*
4 *Inquiſitio ſolo offitio nobili, explicatur.*
5 *Inquiſitio generalis, & ſpecialis eſt, & quæ diuerſitas inter eas conſtituatur, & num. ſeqq.*
9 *Generalis inquiſitio iure Pontificio omnimodo permiſſa eſt.*
10 *De iure ciuili prohibita eſt generalis inquiſitio, cum diſtinctione tamen.*
11 *Generalis inquiſitio de iure regio prohibita eſt, niſi ex regio mandato, & in caſu viſitationis, & num. ſeqq.*
17 *Probabiliter ignorantur ea quæ in nocte fiunt.*
18 *Nox circunſtantia eſt, quæ agrauat factum.*
19 *De fure diurno, & nocturno, tractatur.*
20 *Ea quæ in nocte fiunt, & in eremo difficilioris probationis ſunt.*
21 *Lex ſtyli ne delicta manerent impunita eodem caſu, & tempore, & loco inquiſitionem permiſſit.*
22 *Inquiſitio fieri debet ſuper his, de quibus clamores aliqui præceſſerunt.*
23 *An inquiſitione poſſit iudex interrogare de occultis.*
24 *Etiam prætextu iuramenti non tenetur teſtis deponere de occultis.*
25 *Non punitur teſtis, qui de occul-*

tis testatus est.

26 *Periurus non dicitur testis non legitimè interrogatus.*

27 *Cautela Syluestri reijcitur.*

28 *Ex dispositione testis malè interrogati, non debet puniri delinquens.*

29 *In inquisitione generali, testis nō debet interrogari de criminibus occultis, sed solum de notorijs.*

30 *Etiam si delictum probetur duobus testibus, non potest dici publicum.*

31 *Quamuis iudex inquirere possit, accipitur quando infamia, vel præsumptio delictorum præcessit, sed si omninò occultum delictum sit, interrogatio iudicis, & responsio rei iniquæ erunt.*

32 *Denuntiatio alicuius, etiā si proba persona sit, non est sufficiens ad inquirendum, & quomodo hec intelligatur, & numeris sequentibus.*

37 *Testis interrogandus est de causa efficienti finali, formali, & materiali, & scientiæ.*

38 *Ex consilio quis punitur, & quomodo hoc accipiatur, & numer. sequenti.*

40 *Ex consilio aliquādo mortis pœna quis plectitur.*

41 *Consulens Aruspicē, Augurum, & vatum, capitali pœna subiacet.*

42 *Regula, quæ in materia consilij accipienda est, traditur, & numero sequenti.*

44 *Si dubitetur, an consiliarius esset facturus, necne, semper interpretatur cōtra consulentem, & numero sequenti.*

46 *Et si principalis aliàs facturus esset, non liberatur consulens.*

47 *Consilium punitur, etiam si consultus id non sequatur.*

49 *In contractibus consilij non fraudulenter nulla obligatio est.*

50 *De fraude, & calliditate tenetur consulens.*

51 *In delictis semper præsumitur cōsultum non facturum.*

52 *In contractibus semper interpretatur contra illum, cui cōsilium datum est.*

53 *Regula, vt de consilio quis teneatur in contractibus, quomodo intelligatur, & numero sequenti.*

55 *Nunquam consulens habet intentionem se obligandi.*

56 *Declaratur Papiniani locus in l. ob hac verba, ff. de his qui notantur infamia, & in l. sæpe, de verbor. signif.*

57 *Mandans omnino tenetur.*

58 *Qui mandat, interpretatiuè videtur facere.*

59 *Facta per aliū non administrantur, iura tamen bene administrari per alium possunt.*

60 *Mandatum, principium, & causa delicti dicitur.*

61 *Diuersitas inter mandantem, & mandatarium.*

62 *Diuersitas inter mandantem, & consulentem, & num. seq.*

64 *Plus delinquit mandans, quàm manda-*

mandatum exequens, & num. sequenti.
66 *Delictum mandantis, & mandatarij unum est in substantia.*
67 *Mandatum acceptari debet ad hoc, ut obliget, & numero sequenti.*
69 *Ex minis apparet, an quis esset facturus, vel non delictum, & num. seq.*
71 *Mandatum ligat etiam longo tempore interposito, & numeris sequentibus.*
74 *In iure diuersitas est in eo, qui exhortatur, monet, commendat, persuadet, consulit, permittit, & demonstrat.*
75 *Inspiciendum est, quibus verbis mandetur, vt delictum cognoscatur.*

Lex L.

IN TEXTV, IBI: *Vsasse de hazer pesquisa.*

Scholium I.

1 INquisitio nihil aliud est nisi magistratus imperium, eiq; inhærens officium respiciés punitionem criminum, vt docuit Baldus in l.1.C. ex delictis defunctorum, nu.15. vt ex hoc
2 differat à denuntiatione, quæ est intentio criminis, & ab ac-
3 cusatione, quàm damnum passus in iudicium reuocat, vt eidem Baldo placuit dict.nu.15. & in l.ædita, C. de ædendo, nu.
4 19. Nam quamuis in omnibus criminibus iudicis offitium interueniat: inquisitio tamen eo solo nobili explicatur, l. impe-
5 rium, ff. de iurisdictione omni. iudicum: quæ inquisitio generalis, & specialis duntaxat dicitur, illaquè fit ad inquirēda delicta genericè nullo facinore, neque vlla persona nominata, l. congruit, de offitio præsidis, cap. sicut olim, de accusationib.
6 Hæc ad inuestiganda, & puniēda delicta contra personam certam diffamatione præcedente, secundum Barto. in l.2.§.si publico, ff. ad l. Iuliam, de adulter. & probatur in cap. postquam, de electione, & in cap. vltimo, de clandestina desponsatione, & ibi Doctores animaduertūt, de qua re est omnino intuēdus
7 Gregor. in summa tit.17. par.3. vbi diffinit, inquisitionem generalem, & specialem, regulaq; cōstituit ad eius cognitionem, eam nempe, vt quando inquiruntur facinora incerta, & delinquentes incerti, inquisitio generalis nūcupetur: inuétoq; crimine, eius contemplatione specialis dicatur, & generalis circa eos qui deliquerūt, donec
8 de eis constet. Si tamen incertæ personæ diffamatæ sint, tunc vtroq;

vtroq; capite generica inquisi-
9 tio appellabitur: quæ iure Pon-
tificio omnimodo permissa est,
iuxta vulgarem textum in cap.
qualiter & quando, in secundo
10 de accusatio. vbi Scriptores, &
præcipuè Marianus Socinus, de
iure tamē ciuili prohibita, nisi
probatio, inditia, vel saltē præ-
sumptiones præcedant aduer-
sus criminosos, docet Salicetus
in l.ea quidem, C.de accusatio.
Bossius innumeros referens ti-
tulo de Inquisitione, nume.18.
11 At prædicta generica inquisi-
tio de iure regio vetita est, nisi
ex regio mandato, ex textu in
l.2.vbi Gregorius Lopez, tit.17.
part.3.& l.12.tit.20.lib.4. Fori,
& in l.3.tit.1. libr.8. Compila-
tionis, vbi Azeuedo num.3. qui
modificat in casu visitationis,
12 quādo scilicet magistratus vi-
sitant prouincias, tūc enim pos-
sunt generaliter cōquirere ad-
uersus sacrilegos, latrones, pla-
giarios, lusores, & similes cri-
minosos delinquētes, iuxta te-
xtum in dict.l.congruit: visita-
13 tio enim propriè ad officiū per-
tinet, Plaut. in Curcul. ibi: *Me
interrogat Ecquem, in Epidauro,
Lyconem, Trapecitam si nouerim?
Dico me nouisse, quid Lenonem Ca-
padocem? annuo visitasse?* Si tamē
de delicto constet, qui cōmisit
vero incertus sit, quilibet ma-
gistratus, etiamsi visitator non
sit, inquirere potest, quinimò
adstringitur, vt ex Speculatore,
& Abbate docet Gregorius in
14 l.2.tit.17.part.3.schol.1. De hac
ergo inquisitione loquitur tex
tus noster, in quo de genere de-
licti patet: (incēdij scilicet) cō-
15 tra incertam tamen personam:
quo casu cū de delicto constet,
inquisitio permittitur, siue in-
cendium die, vel nocte cōmis-
sum sit, siue in populo, siue in
rure, cum antea lege Fori 11.tit.
20.lib.4. tātum inquisitio præ-
16 dicta procederet duobus casib',
videlicet, quando in nocte, &
extra populum incendium cō-
missum fuisset, & fortè potuit
17 esse ratio prædictæ l. Fori, quia
probabiliter ignorātur ea quæ
in nocte fiunt, iuxta doctrinam
glossæ in l. si cum exceptione,
§.hæc autem actio, ff. quod me-
18 tus causa, necnon & delictum
augetur, vt asserit Baldus in l.
Grachus, ff. ad l. Iuliam, de adul
terijs, num. 6. de fure nocturno
quæstionem mouit Accursius
in l.furem, ad l.Iuliam, de sicar.
& meminit Montaluus in d.l.
19 Fori, schol. *de noche.* Quamuis
præcipua ratio legis sit difficul
20 tas probationis, cum ea quæ in
nocte, & extra vrbem fiunt, dif-
ficilius probētur: & ideo in his
duobus casib' permisit inqui-
sitionē præfata lex Fori, in alijs
verò cum facilioris probatio-
nis sint, negauit: sed prædicta l.
21 styli, ne delicta manerent impu
nita,

ulta, vtroquè caſu,& tempore, & loco permiſsit,vt ex text. no ſtro colligitur, cui ſuffragatur pulchra deciſio tex.in l. ea quidem,C. de accuſatio. & in cap.
22 euidentia, eodem tit. quæ doctrina faciliùs adaptatur caſui noſtræ l. nam neceſſariò accipi debet ſecundùm dictam l.Fori, quæ factum proponit in inquiſitione denuntiata, nēpè quando quis denuntiauit iudici crimen, & probare nequiuit, quo caſu inquiſitionem non vetat noſtra l. quod quidem conueniens eſt, & omni iure permiſſum, & nihil ſingularitatis noſtra l.ſancit,vti probatur in d.l. ea quidem, & ibi Accurſius, & in l. Diuus Adrianus, ff. de cuſtodia reorum,& in cap. inquiſitionis, §. tertiæ dubitationis, de accuſationibus, ibi: *Cum inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt:*& multa alia genera facinorum præter incendium,de quibus iudex cōquirere poteſt, congeſsit l.36.tit.6.lib.3.Compilationis, & nouem cōnumerat Nauarrus in cap.inter verba,11.quæſt.3. Corolario.62.& quinq, recenſentur à lege Partitæ 28.titulo.1.part.7.& de quocunq, alio genere criminis præter ſupradicta, dummodò diffamatio præcedat iudicem, cōquirere debere,teſtatur Gregorius Lopez in l.2.tit.17.p.3. ſchol.2. At quando inquiritur de certo genere delicti,vt in noſtra l. in qua incendium manifeſtum fuit, iuſtè magiſtratus cōquirit contra criminoſos, licet nulla diffamatio præcedat, quam veriſsimā interpretationem ad noſtram legem iudico ex mente Bartoli,in §.ſi publico,num.16.&17.ad l.Iuliam,de adult.& Innoc.in ſcholijs ad c. bonæ memoriæ, de electione, verſ. *teſtes*,num.5

IN TEXTV, IBI: *Pregũtarán de otros.*

Scholium II.

23 Videtur hic decidi, illa anceps quæſtio,an ſcilicet in inquiſitione, de qua magiſtratus in caſibus permiſsis conquirit, poſsit interrogare de occultis,cuius partem negatiuam elegit ſummus Pontifex in cap. qualiter, & quando, in primo,in vltimis verbis, de accuſationibus,ibi: *Exceptis occultis criminibus, meram, & plenam dicant inquiſitoribus veritatem,* & Gratianus in cap. erubeſcant, 32.diſtinct.ibi: *De manifeſtis quidem loquimur:* vbi etiam prætex-
24 tu iuramenti nō debere teſtem teſtificari de occultis, ſed tan-
25 tum de notorijs apertè probatur, quamuis nō puniri teſtem, qui de occultis teſtatus eſt, docuit

cuerit Bernardus in dicto cap.
26 qualiter & quando, vers. *Exceptis*, nec periurus prædicto casu dici poterit: nam ad occulta nõ extenditur iuramentum, cum non iustè de his interrogatus
27 testis sit: profectò itaquè excusari posset cautela Syluestri in summa, verb. accusatio, vers. *Tertiodecimo*, asserentis hoc casu testem debere per appellationẽ vel alio modo subterfugere iudicis iudicium: cum & ipse author testem defendat, si respondendo cautè aliquid falsum dicat apud iudicis sensum, & apud suum verũ, iuxta illud Isi-
28 dori, de quo mentio fit in cap. quacunquè, 22. quæst. 5. In hoc tamen omnes consentiunt, ex depositione scilicet testis malè interrogati, non debere puniri delinquentem, vt ex multis testatur Nauarrus vbi supra, corolario 61. nu. 648. Sed si rectè animaduertamus, sensus nostræ l. longè abest à prædicta quæst. quæ potius est omnium com-
29 mune placitũ. Accipitur enim in inquisitione generali, in qua verissima sententia est, testem non debere interrogari de criminibus occultis, sed solum de notorijs: quinimò etiã si duob' testib' aliquod delictũ in genere probaretur, non posset dici publicum ad hoc, vt iudex cog-
30 noscere queat, ad quod communiter allegari solet text. in d. c. inquisitionis, §. tertiæ dubitationis, vbi glossa: saltem si fama non precessisset, ex Nauarro in
31 d. corolario 49. Et ratio ea est: nam quamuis inquisitio generalis, etiam de iure ciuili permissa sit, & possit iudex de omni genere delicti inquirere: intelligitur tamen quando infamia, vel præsumptio delictorũ præcessit: sed si omninò occultum delictum erat, interrogatio, & respõsio rei iniquæ erũt.
32 Rursus denuntiatio alicuius, etiam si proba persona sit, non est sufficiens ad cõquirendum de crimine, iuxta tex. in cap. cũ oporteat, num. 1. de accusatio. cui conuenit l. 27. tit. 1. part. 7. Tota enim vis inquisitionis cõsistit in diffamatione, quod vel ex eo constat: nam si hæc præcedat, etiam testes minus idonei admittuntur, ex Bossio vbi supra, num. 4. & docet Gregor. in
33 l. 9. titul. 17. p. 7. schol. 4. Sed in nostra l. solum tractatur de incendio publico, & notorio, ita vt ratione delicti nulla dubitatio esset, quo casu iudex rectè & ritè cognoscere potest, & tunc summo iure poterit testes interrogare de his qui opem, & auxilium, dicto, facto, consilio, & mandato, dederunt, vt omni via veritas patefiat: cùm testis
34 ex regula in iure recepta debeat interrogari de accessorijs, vt adnotatur in c. cùm causam,

de

de testibus, vbi Abbas,& docet
Speculator tit. de teste, §. *Iam de*
35 *interrogatorijs*:& de interrogatio-
nibus iuridicis scribit Baldus
in l. testiũ, C. de testibus, nu. 16.
& ibi disputat latissimè,& eru-
ditissimè de interrogationibus
substantialibus, cohærentibus,
inutilibus, & de his quæ ad cau
36 telam fiunt. Et accidentia mag-
nam partem conferre ad cog-
37 noscẽdam veritaté, author fuit
Aristot. 1. de Anima, & testem
esse interrogãdum de causa ef-
ficienti, finali, & materiali, for-
mali, & scientiæ, docuit idem
Bald. in l. solam, num. 16. vsquè
ad 22. C. de testib. & super om-
ni prædicamento debere iudi-
cem conquirere,& interrogare
secundum substantiam, essen-
tiam, & qualitatem rei: idem
Bald. ostendit in dicta l. solam,
num. 11. & 12.

IN TEXTV, IBI: *Sobre consejo.*

Scholium III.

38 IMpugnat ergo l. nostra Ac-
cursium in l. 1. verbo, *facere*,
C. de seruis fugitiuis, docen
tem, ex consilio neminẽ astrin-
39 gi, in quem inuehitur Bald. in
dict. l. 1. num. 7. asserens, ex con-
silio quem puniri, quando in
perniciem tẽdit (cum dolo ta-
men) si ille, cui cõsilium datur,
aut non erat alioqui facturus,
aut nõ ita cito, aut, non, eo mo-
do, cum nõ debeat parci ei, qui
aliũ ad delinquendũ, aut cõmo
nuit, aut instruxit, docẽdo igno
40 rãtem, aut dirigẽdo dubitantẽ.
Quinimò ex consilio aliquãdo
mortis pœna quis plectitur, vt
idẽ Bald. docuit in l. data opera,
C. de his qui accus. nõ possunt,
num. 52. & consulentem, Aru-
spicem, augurum, & vatum, ca-
41 pitali pœnæ subiacere, Impera-
tores Constatinus, & Iulianus
decreuerunt in l. nemo, C. de
malefi. & mathem. & de consi-
lio vetustas prodidit, vt adno-
tauit Alex. ab Alexan. libro. 2.
cap. 19. vers. *In pectore*, post Plau
tum in milite glorioso, actu. 3.
Scœna 1. & Horatium libro. 1.
Epistol. 4. & Senecam libr. 1. de
42 Clementia, cap. 15. & 16. In quo
hæc regula constituenda est, an
scilicet ille qui exhortatus est,
alioqui facturus erat? tũc enim
consilium tanquam inane non
nocet, iuxta textum in §. in-
terdum, vers. certè, Instituta de
obligatio. quæ ex delicto, & ibi
43 glos. verb, *non tenetur*, an autem
esset facturus necne? consistit in
probatione facti, l. apud Cel-
sum, ff. doli mali, & metus exce-
ptione, sicut de probatione me-
tus adnotatur in l. metum, C.
quod met. caus. Si tamẽ hæsite-
44 tur, an consultus esset facturus
necne? semper interpretatur cõ
tra

45 tra consulentem, vt idem Bald.
adnotauit in dict.l. data opera,
num.53. Rursusquè etsi princi-
46 palis alias facturus esset, nō omninò liberatur consulens: extra
ordinem verò punitur, leuiquè
pœna, & in atrocissimis delictis, non in alijs: argum. text. in
l. etsi amicis, ff. de adulter. vbi
in atroci delicto, etiam tractantes, puniuntur: at & eū, qui consulit, tractare manifestum est, l.
1. ff. de officio Consulis, l. 2. ff. de
officio eius, cui mandata est iurisdictio.

47 Vlterius animaduertendum
est, consilium puniri, etiam si
consultus id nō sequatur: quādo ex solo cōsilio quis deliquit,
tunc enim non attenditur ad
factum, cùm ex consilio crimē
resultet, vt probatur in l. 1. §.
persuadere, & in §. sed verum,
ff. de seruo corrupto, & in l. qui
seruo, §. sed etsi alius, ff. de furtis, & in l. quod si cùm scires, ff.
de dolo, l. consilij, vers. cæterū:
48 & ibi Accursius verb. *consilij*, ff.
49 de regul. iuris. In contractibus
tamen alia determinatio est, in
his enim consilij non fraudulenti, nulla est obligatio, l. consilij, ff. de regul. iur. vbi Accursius 1. schol. inquit: *Si tibi consului, vt pecuniam tuā potiùs in emptiones prædiorum colloces, quàm fœneres, non teneor, vt Instituta mandati, §. tu agrum.* Hæc sunt verba
Accursij in dicto scholio, qui-
bus suffragatur regia decisio in
50 l. 25. tit. 12. p. 5. Si tamen alioqui
consultus non esset facturus, &
in prædicto consilio fraus, &
calliditas interuenerunt, tunc
de damno tenetur consulens,
vt Accursius ibidem docet, &
allegat textum in l. si remunerandi, §. si tibi, versic. planè, ff.
mandati, & tradit Bart. in l. nō
solum, §. si mandato, ad finem,
ff. de iniurijs, quibus conuenit
prædicta l. Partitæ 23. tit. 12. p. 5.
51 & ibi Grego. schol. 2. Rursusq;
& in præsumptionibus diuersitas est: nam in delictis, vt supra
mōstrauimus, semper in dubio
præsumitur, consultum nō facturum ad hoc, vt consulens ex
52 delicto puniri possit. At in cōtractibus, regulariter interpretatur contra illum, cui consiliū
datum est, cùm præsumptio sit,
se facturum etiam si consulens
ei nō dixisset, ita voluit Dynus
in regula in obscuris, de regul.
iur. in 6. quē refert & sequitur
Bald. in l. ob hæc verba, de his
qui notantur infamia, num. 4.
& 5. quam distinctionē admisit Gregor. in dict. l. part. schol.
vltimo.

53 Postremòquè adieci, in contractibus de consilio quem teneri, quando aliàs non erat facturus ille qui cōsultus fuit, &
quādo calliditas interfuit in cōsulente: nam si ambo nō interueniant, nullatenus cōsiliarius
ex con-

ex conſilio noxius erit, ex prædi-
54 cta l.partitæ 23.titu.12 p.5.Quanuis Accurſ.in d.l.conſilij, & in d. l ſi remunerandi,§.planè, & Batt. & Bald. ſupra relati, aliter accipiant cum ſolo facto cōtenti ſint, ſi aliàs, ſcilicet, facturus non eſſet ille, cui conſilium præſtitutum eſt ad hoc, vt etſi dolus non interſit, conſulens pœna afficiatur, & ſanè prædicta doctrina non probatur in d. verſ.planè, qui communiter allegatur ab Scribentibus, cū ibi loquatur Iuriſconſultus de mandante, & non conſulente: in illo enim diuerſum ius debet conſtitui, vt inferius adnotabimus: &
55 hoc, vel ex ea ratione, quia nunquam conſulens habet intentionem ſe obligandi, docuit Faber in §.1.ad fin.Inſtit.mand.& ita prædictā l.Part. interpretatur Grego. Lop.ibi ſchol.ſi.quibus adſtipulatur Papin.reſponſum in l.hob hęc verba, verſ.non enim, ff.de his qui notant.infam. in illis verbis: *Non enim, qui exhortatur mandatoris opera fungitur:* & docet ibi Acurſ. verbo, *exhortatur*, diuerſitatē conſtituens inter conſulentē, & mandantē, & probatur in l.2. §.vlt. ff. mand. & in d.l.ob hęc verba, verbo, *fungitur*, vbi idē Accurſ.adnotauit: & præ-
56 dict.l.Part. quāuis ibi Grego. non animaduertat, habuit ortū à Pauli deciſione in l. ſæpè, ff. de verbo. ſigni. in illa verba: *Niſi & conſiliū malignū habuerit, nec conſiliū habuiſſe nocendi, niſi & factū ſequutū fuerit:* vbi hæc duo copulatiuè à conſulto deſiderantur ad hoc, vt ex conſilio quis noxius ſit, dolus videlicet & factum.

IN TEXTV, IBI: *O ſobre mandamiento.*
Schol. IIII.

57 In mādatore enim omnes conſentiunt pœnæ aſtrictū eſſe, l. non ſolùm, §. ſi mandato, ff. de iniur. vbi Bart.& Scribētes docent Bald.in l.1. C.de ſeru.fugit.no.11. qui Accurſiū impugnat, dum in ſcholijs præd.l. æquiparat crimen cōſulentis, & mandantis, cùm qui mandat plus delinquat, c. nullus
58 ex conſilio, de reg.iur.lib.6. Et ratio eſt: nam mandans interpretatiuè videtur facere, ideoq; interpretatiuè dicitur: verè enim nemo facit, niſi qui per ſe facit, cum facta vera non poſsint per alium adminiſtrari, vt probatur in l.1.
59 C.de cad. tollend. Secus eſt in iuribus, quæ per aliū verè admini-
60 ſtrantur, l. pater ex prouincia, ff. de manum.vindict. Mandatumq; ſemper interpretatur, principiū, & cauſa delicti, remotū tamen &
61 extrinſecū, vt propriè loquamur, proximū enim, & intrinſecū criminis initiū ineſt ipſi facienti: & ideò ex proprietate vocabuli, faciens dicitur principalis mandans acceſſorius, iuxta textū in l. ſi id quod, §.vlt.ff. de iuriſd.omn. iud.
62 ſicut & in contractibus diuerſitas eadem conſtituitur, l.ſi verò, §.ſi creditā, ff.mand. Deinde in mandato ceſſat illa diſtinctio, cuius

anteriori schol. meminimus in cō
63 sulere, an scilicet esset facturus nec
ne ille cui impertitū consiliū fuit?
vt primo casu cōsulens nō tenea-
tur, secundo casu sic, l. sæpè, ff. de
verb. oblig. In mādato nāq;, mā-
dans indistinctè noxius est, cū ipse
saltim interpretatiuè (vt sup. dixi)
fecisse videatur, l. 1. §. deiecisse, ff.
64 de vi & vi arm. Quinimò plùs de-
linquere videtur mandans, quàm
mandatū exequens: arg. text. in l.
Athletas, §. Pōponius, ff. de his qui
notan. infa. & ideo non mitiùs de-
bere agi cū mandanre, quā cū ipso
principali delinquēte, docet Bald.
65 in d. §. idē Pōponius, nu. 2. & ibidē
asserit verba l. vel statuti in perso-
na facientis debere trahi ad perso-
nam mandantis, quod antea dixit
Cynus in l. 1. C. si reus, vel accusa.
66 vbi voluit, delictū mādantis, & mā
datarij esse vnū in substantia, vno
itaq;, vinculo, vna lege, & eadē pœ
na plecti. Sed dici potest etiam in
madante distinguendū esse, an cau
67 sam scilicet præbuerit delicto? an
verò nihil mandatū operatum sit,
quo secundo casu mandans nō te-
nebitur, cū mandatū enim nō ad-
missum sit vim consilij obtinet, &
eius effectū, & omnia in cōsilio di-
cta, & in mandato accipiemus, vt
docuit Iacob. Butric. in l. 1. ff. de eo
68 per quē factū erit, debet enim ac-
cipi mandatū ad hoc, vt obliget,
tradit idē Butri. in l. metū, C. quod
69 met. caus. vbi inquit, verisimilem
coniecturā esse, nēpè, quādo prin-
cipalis delinquens aliquem mina-

tus esset: nam si hæ minæ præces-
serunt mandato, ex hoc colligitur
principalem etiā sine mandato fa-
70 cturū, cui doctrinæ accedit quod
scripsit Accurs. in d. §. interdum,
vers. *certè*, Instit. de obligat. quæ ex
delicto, docens, quāuis mādatum
acceptum sit, si eo tamē spræto ex
interuallo delinquatur, nihil ob-
esse mādanti, l. Neratius, ff. de ser.
corrup. Scio tamen, Innocentiū in
c. ad audientiā, de homicid. nu. 2.
aliter sensisse: ait enim mādatum,
71 etiam longo tēpore inter mixto
astringere, nisi mādans contrariū
suaderet, & mādatum reuocasset,
72 non obstante d. l. maritus, quæ lo-
quitur in delicto connexo, non in
mandato fieri. In quo tamen hæc
concordia admittēda est, vt quo-
tiescunq; ex mandato resultet cau
sa finalis delicti, vel saltem impul-
siua, hoc casu adstringatur man-
dans: si verò ex mandato nulla de-
linquendi oriatur occasio, inane
mādatum sit, quā sententiam mul-
73 tis exornat Bal. in d. l. 1. nu. 14. sed
& priori casu, quādo tū mandata-
rius aliàs erat facturus, sed māda-
tō impulsus fuit, mitiùs puniendū
mādantē docuit Angel. de malef.
in parte: *Sempronii mandatorē*, n. 7.
quem refert Greg. in d. l. 23. tit. 12.
74 part. 5. schol. 2. & cum in iure dis-
crimen sit, in eo qui exortatur, &
monet, commendat, persuadet,
consulit, permittit, & demonstrat,
& diuersæ pœnæ à iure statutæ
sint, l. ob hæc verba, ff. de his qui
notantur infam. l. idem, §. si quis,
ff. man-

ff. mandati, l. si verò, §. cũ quidam, ff. eod. l. i. §. idem Pomponius, ff. depositi, l. cum pater, §. mandatò, de legat. 2. l. 2. ff. de proxen. & notat glos in d. l. ob hæc verba, & inspici necessariò debet quibus verbis, & quomodò mandetur, vt delictũ agnoscatur, de qua re est omninò intuendus Bald. in d. l. 1. ex nu. 16.

7s

Textus quinquagesimus primus.

OTrosi, es a saber, que el Rey sobre sus oficiales, o sobre los hechos, que tañen contra su señorio, puede mandar fazer pesquisa: e assi son seys cosas, con las quatro cosas que se entienden adelante en este capitulo, con que el Rey puede fazer pesquisa, o mandarla fazer, maguer q̃ querelloso ninguno no aya: e en la pesquisa fecha ẽ el vn caso, ẽ el comiẽço deste capitulo, deue dar el Rey quien oya, e libre el pleyto, ca el no le deue oyr, e deue dar personero por si, que razone: y esto ha lugar quando el fecho fuere contra el, e contra su señorio: e quãdo querelloso ninguno no querella muerte de algun hombre que mataron, o en otra manera desaguisada que sea fecha, el Rey deue mandar fazer pesquisa, e recaudar los culpados que fallare por ello, e fazer llamar los pariẽtes del muerto, o aquellos a quien fizieron el daño de la quema, o de las cosas desaguisadas, e dezirles en quien tañe la pesquisa, e que les demanden. E si aquel en quien atañe el fecho no quisiere demandar, entonce el Rey no deue dar quien razone el pleyto, mas tomarà fiadores de los acusados que vengan a responder a derecho a lo que recibieron el mal, o los parientes del muerto, de que es fecha la pesquisa entraren en el pleyto, y en demandar luego no serà valedera la pesquisa, e prueuegelo si la parte negare el fecho. Pero es a saber, q̃ si hombre estraño es el muerto, que no ha parientes en el lugar, que en este caso dara el Rey quien demande lo muerte del estraño, e valdra la pesquisa. E otrosi el Rey, sin estas cinco cosas de susodichas, puede sobre sus Iudios, o sobre sus Moros, si quiere, mandar fazer pesquisa para saber la verdad del fecho, quiera sea fecho de dia y en poblado, mas no la hara otro Alcalde en este caso. E la pesquisa fecha, e la verdad sabida, escarmentarlo ha, como tuuiere por bien el Rey, maguer no aya ay otro querelloso.

SVMMARIVM.

1 *INquisitio generalis nõ potest fieri, nisi ex regio mandato, & quomodo hoc accipiatur, & numer. seqq.*

4 *Generalis inquisitio fieri debet in sex casibus hic enominatis, & num. seq.*

6 *Interpretatur lex cõgruit, ff. de officio Præsidis, cum alijs multis iuribus, & num. seq.*

8 *Interpretatur tex. in l. 1. C. de falsa mon. & in l. nemo, C. de Iudæis, & in l. apostatarum, C. de apostatis, cum alijs.*

Lex LI.

IN TEXTV, IBI: *Es a saber, que el Rey.* *Scholium I.*

1 AIt haec l. & in l. quae praecessit meminim', inquisitioné generalé nō posse fieri, nisi ex Regis mādato, vt probatur in l.2. tit.17.p.3.& in l.22.tit.20.lib.4. Fori.& iure recētiori ex nostra l.& iure nouissimo per l.3.&11. tit.1.lib.8.Ordin.l.1.3.& 4.tit.1. lib.8. Compil. & idē obseruari in Regno Siciliae, refert Paris de Puteo, de syndicatu, fol.56.
2 colum.4.in fin.Praedicta tamen omnia iura intelligēda sunt de inquisitione generali, super statu alicuius ciuitatis, vel prouinciae, iuxta l.12.tit.20.lib.4.Fori, & super omni genere delictorū: quo casu prohibita est dicta inquisitio, nisi praecedat regius iussus: & haec inquisitio est illa, quae appellatur *clausa* à praed.l.3. Compil. & interpretatur Gre-
3 gorius Lopez in d.l.2. schol.1. Alioqui enim, si esset inquisitio generica quoad personas, specialis verò quoad facinora, non desideratur regium mandatū, sed quilibet magistratus in sua iurisdictione conquirere posset, vt idem Gregorius adnotauit.

IN TEXTV, IBI: *Y assi son seys cosas. Schol. II.*

4 IVbet ergo l. praedictā inquisitionem fieri in sex casibus. Primus est, in syndicatu iudicū: secūdus, super insidijs aduersus Regē, Regnūvè: tertius, super rebus ad Regnū pertinētibus: quartus, super morte occulta: quintus, super occisione alicuius extranei, qui non habet consanguineos, quibus denuncietur: sextus, super Iudaeis, &
5 Sarracenis: & quinq, alij casus recensentur à l.28. tit.1. p.7. & 10. cōnumerātur à l.36.ti.6.li.3. Compil.& plures casus, in quibus inquisitio fieri debet, cōgerūtur a Nauar.in c.inter verba, coroll.62.& à Soto in lib.de tegēdo, vel deteg.secreto, mēb.2. q.6. & iure cōmuni, inquisitio procedit in his, quae sancit l.cō-
6 gruit, de offi.Praesid.alius casus est in l.ea quidem, C.de accusa. alius in l.ea quidē, vers. *verū*, C. eod.& in c.manifesta, & in c. de manifesta, & in c.quę Lothari', §.in manifestis, 2.q.1.c.tua nos, & c.vestra, de cohabit.cleric.&
7 mulier. Inquisitio quoq, habet locum in casu l. nullum, C.de testibus, & in casu legis penult. C.de probationi. & in l. penul. C. qui accusare non poss. & in l.1.C.de calumniat. alius casus est in l.1.C.de fals. monet. alter in leg.nemo, in 2.C. de Iudaeis: alius in lege apostatarum, C.de aposta.

apoſta.alius in l.Manichęos,C. de hæret.& alius caſus recenſetur in l.ſi quis in hoc genus,C. de Epiſ.& cler.& in c.in primis, §.ſi quis,2.q.1.alius in l.1.§.occiſorũ,ff.ad Syllanianũ alius in l.2.C. de abolit. in quibus locis gloſſæ, & Scriptores inſpiciẽdi ſunt:& prædictis iuribus cõuenit lex noſtra, vbi caſus nouus non deciditur, ſed à prædictis iuribus congeſti recenſentur.

Textus quinquageſimus ſecundus.

OTroſi, ſobre la ley, que es en el titulo de los teſtimonios, en el fuero de las leyes, que comiença, Todos hombres, ſobre aquellas palabras, Fuere demandado, &c. Y entienden, y libran anſi en caſa del Rey, que maguer querelle de perſona cierta el que recibio fuerça, o tuerto, en yermo, o de noche en poblado: o ſi fue alguno muerto en yermo, o de noche en poblado, ſobre algunos otros fechos deſaguiſados, de que el querelloſo porq̃ no ſabe las ſotilezas del derecho, querellò de perſona cierta, e dize q̃ el no puede prouar, maguer anſi querella. El oficio del Rey, o del Alcalde no deue quedar de ſaber ende la verdad, porque la juſticia que es acomendada al Rey, no ſe pierda, porque querellò de perſona cierta: ca ſi el vsò mal de ſu querella, el Rey no deue dexar de ſaber ende la verdad, porque la juſticia que es acomendada ſe cumpla, porque los yerros no eſcapen ſin pena: eſto ha lugar en las coſas fechas de noche en poblado, o de dia en yermo, maguer que querelle de perſona cierta, ca eſtõce no ſe fara peſquiſa. E otro ſi eſtà ley ſobre el, e mas ſi hombre eſtraño fuere muerto, que no aya quien querelle ſu muerte, &c. Entiendenlo anſi, e libranlo anſi en la Corte del Rey, que eſte eſtraño que es muerto, ſobre que ſe deue hazer la peſquiſa de ſu muerte: que eſſo miſmo es, ſi aquel q̃ han muerto es bien emparentado, e no querellan los parientes ſu muerte, ca tanto es auer parientes q̃ no querellaron, como ſino los ouieſſen, ſegun que deſto cũplidamente diximos en el capitulo ante deſte.

SVMMARIVM.

1 *ETſi pars accuſauerit, iudex inquirere poteſt, & nu. ſeqq.*

4 *Vindicta criminalis propriè ad iudicem pertinet.*

5 *In Francia per regalem ordinationem, criminalis accuſatio ſublata eſt: idemq́ obſeruatur in Flandria, & num. ſeq.*

7 *Iudex reipublicæ procurator dicitur.*

8 *In cauſis quoq́ ciuilibus iudex inquirere poteſt.*

9 *Fiſcus regius inquirere ciuiliter poteſt.*

10 *Cauſa piæ fauore, inquiſitio ciuilis permittitur.*

11 *Inquiſitio, ſecundum Innocentiũ, locũ nõ habet, hallucinatur tamẽ.*

12 *Non ſolum ad vtilitatẽ publicam, ſed & ad priuatam ciuiliter inquiri poteſt.*

Lex LII.

IN TEXTV, IBI:

No deue de quedar de saber ende la verdad.

Scholium unicum.

1 SEnsus nostræ l. est, vt si quis aliũ accusauerit, accusationemq, nõ probauerit, iudex alios reos criminis conquirat, licèt ab accusatore specialiter, nec generaliter nominati nõ sint, vt veritas patefiat, iustitiaquè ministretur, & delicta puniantur: & hæc est prima nostræ l. pars, in
2 qua ratio dubitãdi potuit esse: loquitur enim de delicto priuato, in quo tantum accusat ille, qui offensus est, modo ciuiliter, modo criminaliter agatur, iuxta textum in l. fin. C. de priuatis delictis, l. manifestissimi, C. de furtis, & ibi Scribentes: & ideò hæsitari potuit, si offensus nõ accusauit, vel destitit ab accusatione, vel eam nõ probauit, vel certam personã accusauit, eam expressè, & non aliam, in genere, nequè in specie nominando, iudex, cùm priuatũ delictum sit, posset inquirere de illis, de quibus offensus noluit vindictã sumere? & decidit lex, magistratum conquirere posse, & rationẽ reddit, eam scilicet, ne respublica sine satisfactione, & facinora sine punitione maneant, quæ fuit ratio decidendi nostræ l. deducta ex Iurecõsulti responso in l. congruit, ff. de officio præsidis, & in l. item apud Labeonem, §. si quis, ff. de iniurijs, & in l. qui sepulchra, C. de sepulchro violato, & l. licitatio, §. sed quid illicitè, ff. de publicanis, & vectigalibus, quibus conuenit l. 28. tit. 1. part. 7. l. 3. tit. 17. part. 3.

3 Considero tamen, aliam dubitandi rationem potuisse mouere legislatorẽ hic, eam nempè, quia de iure cõmuni in multis criminibus controuersum fuit, an magistratus ex officio posset, accusatione cessante, inquirere? cuius cõtrouersiæ meminit Gandinus de maleficijs, in tit. *Quomodò cognoscatur per inquisitionem*, num. 6. & 7. subdens de consuetudine iudices inquisitionem posse formare super quolibet crimine, & tradit Baldus in l. ea quidem, nu. 44. C. de accusationib. & de facto seruari scripsit Ioan. Faber Instituta de publicis iudicijs, in princ. quasi alludens, summo iure non esse sine scrupulo prædictã opinionem: quam controuersam sententiam animaduertens Barr. in l. inter accusatores, nu. 8. ff. de publicis iudicijs, docet praxim, qua iudices vtantur, eam scilicet, vt accusatione proposita, iudex in actis litis petat licẽtiam

tiam accuſatori (qui præbere debet) ex officio procedendi, alioqui iudex conquirere nequibit, & communem opinionem teſtatur Bald. in l. accuſatoribus, nu. 4. C. de accuſatorib. Sancit ergo lex noſtra, vt om-
4 nis dubitatio ſublata ſit, cœptã accuſationem nõ impedire inquiſitionẽ, cũ accuſatione deſtituta iudex conquirere queat: propriè enim criminalis vindicta ad magiſtratum pertinet: in
5 Galia itaquè per regiam ordinationem criminalis accuſatio ſublata eſt, cùm tãtùm ciuiliter pro eo quod ſua intereſt, agere poſsit offenſus: vindicta tamen facinoris, ſolùm officio magiſtratus miniſtratur, vt docet Benedictus in cap. Raynuntius, verb. *Mortuo itaq; teſtatore*, num. 209. & idem in Flandria obſeruari docet Iodochus fol. 68. nu.
6 13. Qui ſtylus fortè ex eo introductꝰ eſt, ne accuſator in crimẽ ſe ſubſcribere adſtringeretur: ſolennibus enim inſcriptionibus adſtringebat ſe ſe ille, qui ad accuſandum proſiliebat, vt Iurecõſulto placuit in l. vltima,
7 ff. de priuatis delictis, l. fin. ff. de furtis: & ideò iudicem eſſe reipublicæ procuratorem, adnotatur in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi aut clam, poſſequè delatorem iubere, vt cauſam cœptam proſequatur, deducitur ex l. monẽte, de bonis vacantibus, & Bart. ibi docuit numer. 2. & Scriptoris vtrobique latè tractant de hac materia, & ita Cõſulto omitto cõtentus prædicta ratione dubitandi, & decidendi ad intellectũ noſtræ l.
8 Addo tamẽ vnũ ſatis ſingulare in cauſis ſcilicet ciuilibus, eadẽ publicæ vtilitatis, ratione etiã magiſtratum inquirere poſſe: argum. tex. in l. ſi quis reum, ff. de cuſtodia reorũ, vt notat Bar. in l. ſi vacantia, C. de bonis vacantibus, lib. 10. nu. 4. & fiſcum
9 regium inquirere poſſe ciuiliter, probatur in dict. l. in fin. & Epiſcopum poſſe ciuiliter conquirere, tradit Baldus in l. ſancimus, in 1. C. de ſacroſanct. Ec-
10 cleſijs, n. 4. & fauore cauſæ piæ, inquiſitionẽ ciuilẽ interuenire poſſe, docuit Bart. in d. l. ſi vacãtia, nu. 5. & Angelus ibidem, in princ. & caſus in quibus ciuiliter inquiri poſsit, cõgeſsit Bal. in c. 1. §. ſi tres, vel plures, de pace tenen. & in c. 1. §. iniuria, de pac. iura. firm. in vſib. feud. & in l. ea quidẽ, C. de accuſa. n. 51. Ex
11 quibus colligitur hallucinatũ fuiſſe Innoc. in c. ad noſtrã, in 2. nu. 1. aſſerẽtem, inquiſitionẽ in ciuilibus non admitti, & nõ ſo-
12 lùm ad publicam vtilitatẽ, ſed etiã ad priuatã ciuiliter inquiri in caſu l. 3. §. præterea, ff. de ſuſpect. tuto. Iureconſultus reſpõdit quod Alex. in additinib. ad Bar. in d. l. ſi vacãtia, adnotauit.

Textus quinquagesimustertius.

SI Es fecha pesquisa sobre algun fecho, actal sobre que se deue fazer pesquisa, y desque es abierta, y leyda la pesquisa, e pone su demanda por ella al querelloso, y el demandado a quien tañe la pesquisa lo niega, y el querelloso da la pesquisa por prouada, e dize que ay mas pruevas, e pide que le den plazo a que lo prueue, no deue ser recebido a la prueua.

SVMMARIVM.

1 Publicatione facta, via probationis praecluditur.

2 Publicatio, an sit necessaria de iudicij forma in causa criminali?

3 In ciuilibus, publicatio necessaria non est, & quid de iure regio? & num. seqq.

6 In inquisitione, publicatione est opus.

7 Refert opinio diuersa, an in inquisitione post publicationẽ possint produci testes, necne? vsque ad num. 10.

11 Congeruntur casus, in quibus post dedicita testificata, testes produci possunt.

Lex LIII.

IN TEXTV, IBI: Y desque es abierta, y leyda la pesquisa.

Scholium vnicum.

1 VNICA ex hac lege elicitur conclusio, ea nẽpè, publicatione facta in lite inquisitionis, viam probationis praeclusam esse: regula enim vulgaris est, publicatis attestationibus, testes nõ recipi, vt probatur in Authentica, atqui semel, C. de probationibus, & in cap. fraternitatis, de testibus, quibus conuenit l. 34. tit. 16. part. 3. loquitur què apertè l. nostra de publicatione in causa criminis, cùm de inquisitione tractet, quae in causis regulariter ciuilibus nõ fit, vt docuit Innocẽtius in cap. ad nostram, in 2. de testib. nu. 1. in qua inquisitione, & omni alio modo, quo in criminibus
2 conquiratur praedicta publicatio necessaria fuit de iudicij forma, alioqui eius omissio litem nullã efficeret, vt docuit Auendaños responso 1. num. 8. & Iulius Clarus delictorum, q. 40. num. 1. quod legislator hic cũ iudicio prouidit, cùm in causis ciuilibus praedicta publicatio nequaquã necessaria sit, vt do-
3 cent Bart. in l. prolatam, C. de sentẽtijs, & interlocutionibus omnium iudicum, numer. 5. & Bald. in l. gesta, de C. re iudica. improbata glossa in d. l. prolatam,

tam, quæ expreſsè publicationem deſideravit, quamuis de iure regio nouiſsimo nonnulli
4 de ſubſtantia publicationẽ admittant, etiam in ciuilibus, qui probari dicunt ex l. 1. tit. 8. lib.
5 4. Compilation. & ex [illegible] abſoluto ibi impoſito, conditionẽ inducente, & conditione formam, l. à teſtatore, & l. Mœuius, ff de conditio. & demonſt. Saltem tamẽ, ſi à litigatore petatur, & à denegatione appellaretur, vt cernere licet per Didacum Perez in Rubrica, tit. 11. libr. 3. Ordinamenti, Azeuedo in d. l. 1. num. 64. & 65. quod diſputare diſplicuit, ſemper tamen exiſtimaui opinionẽ Bart. veram eſſe, nec puto proprietatem vocabuli cõſiderari debere in verbis Hiſpano ſermone cõceptis, vt ex his formam indu-
6 camus. In inquiſitione tamẽ, de qua hic tractamus, publicatione opus eſt, vt docuit Bald. in d. l. prolatam, numer. 21. ait enim, ordinem congruum in inquiſitione eſſe ſeruãdum, qui prætermiſſus actũ vitiabit, ex text. in d. cap. exhibita: nominaquè, & teſtimonia teſtium, quando proceditur per viã inquiſitionis publicanda eſſe, vt reus inquiſitus ſe defendere poſsit, & ſuas exceptiones proponere, ex cap. qualiter & quando, in 2. §. debet igitur, de accuſationib. adnotauit Iulius Clarus lib. 5. quæſt. 49. vbi ex multis, quos refert, communem dixit: & ita meritò dubitari poteſt de ra-
7 tione dubitandi noſtræ l. cùm proponat certã determinationem, quæ iure cõmuni, & communi ſcribentiũ opinione fulcita erat: ſed ſi cum iudicio animaduertamus, deciſio noſtræ legis admodùm neceſſaria fuit & rationem dubitandi habuit non mediocrem, regula enim generalis eſt, poſt atteſtationes
8 pubicatas, teſtes non admitti, vt in dict. Authentica, at qui ſemel. De hac tamen regula dubitatum fuit ab Scribentibus, quando iudex procedit per inquiſitionẽ, quo caſu poſſe produci teſtes, publicatis atteſtationibus, docuit Bald. in d. Authentica, at qui ſemel, nume. 4. & Innocentius in cap. cùm clamor, nu. 2. de teſtib. qui grauiſſimi Patres loquuntur in mera inquiſitione, de mero iudicis officio, eam enim rationem dictis locis reddunt: nam iudices quandocunq, poſſunt recipere
9 teſtes: *Quia atteſtationes ſemper ſibi fuerunt notæ, & quia in iudice non timetur ſubornatio, cùm nullus alius ſit pars, niſi fama, & iudex:* vt verbis Baldi, & Innocentij vtar, lex tamen noſtra verba facit de inquiſitione, quam actor in accuſationem redegit, quæ ſemper eſt præferenda, vt ſupra oſtendimus, cùm magiſtratus officiũ

in subsidiũ subrogetur: in hac ergo decidit text. noster hic, publicatis attestationib', testes nõ
10 esse producẽdos: alioquin enim si mera inquisitio esset, accusatioq; nõ interueniret, receptissima Innocẽ. & Baldi opinio est, quam superiùs ostendi: & hæc, si quid iudico, est vera huius le-
11 gis interpretatio, & casus, in quibus post publicationem testes produci possunt, congessit Bald. in in dict. l. prolatam, ex num. 4. qui omninò videndus est, & in dict. cap. fraternitatis, de testibus Abbas adnotauit.

Textus quinquagesimus quartus.

OTrosi, e saber, que maguer la pesquisa sea abierta ante las partes, si el Alcalde de otros algunos, que no fueron preguntados en la pesquisa puede saber mas verdad del fecho, maguer la pesquisa sea abierta, y el Alcalde de su oficio, mas no por pedimiento de la parte, puede fazer las pregũtas, que digan lo que saben deste fecho, ca el oficio del Alcalde, siempre dura hasta la sentencia: y esto se entiende, si el fecho sobre que fue fecha la pesquisa, fue fecho de noche, o en yermo, ca entonce no se preguntaràn otros, sino aquellos que fueron preguntados en la primera pesquisa, sobre aquello que preguntados no fueron. Pero si la pesquisa fuesse fecha sobre q̃ auian muerto al oficial de la Reyna, o del Rey, maguer que sea publicada la pesquisa, sabra el Alcalde todo lo que saber pudiere por todas partes: mas si fuere la pesquisa fecha sobre heridas que ayan dado al oficial, abierta la pesquisa, no sabra el Alcalde mas, sino segun dicho es de suso. Pero si alguno es fallado muerto, o librado en casa de alguno, el señor de la casa es tenido, segun dize en la ley del fuero de las leyes. E si pesquisa es fecha sobre muerte, y es abierta, no ha el Alcalde porque saber mas, sino como dicho es de suso, quando la pesquisa es fecha sobre cosa, que no es fecha de noche, o en yermo. Esto de susodicho, todo se entiende assi en las pesquisas generales, como en las especiales. E ansi fincò todo esto librado, e ordenado por el Rey don Alfonso, e maguer sea aparcero en el yerro este que pregunta el Alcalde, no lo dexarà de preguntar por esso: ca los que son aparceros en los yerros, maguer no deuan ser creydos. Pero si dixere el aparcero del yerro contra alguno, que es culpado en este fecho, sospechan contra aquel contra quien dixo cõ estas sospechas, e ayudas que fallo el Alcalde del fecho en verdad, passarà el Alcalde contra el, segun viere; no mouiendose el Alcalde con mal querencia, ni por don, ni por otra malicia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 PVblicatis atteſtationibus, iudex ex officio poteſt teſtes recipere.
2 Vſq; ad diffinitiuam, iudicis officium non concluditur.
3 In qualibet parte litis, iudex accuſantem adiuuare poteſt, & probationes recipere propter reipublicæ offenſam: & numeris ſequentibus.
6 Si Regis officiali iniuria fiat, ipſi regiæ perſonæ irrogata videtur.
7 An offendens regium officialem, incidat in crimen læſæ maieſtatis? & numeris ſequentibus diſputatur.
12 Contra dominū domus, & contra vicinos ſuſpicio eſt in delicto ibi commiſſo.
13 Socius criminis non admittitur in teſtem contra ſocium.
14 Ex dicto ſocij criminis, neq; inquiſitio formari poteſt.
15 Varietas Doctorum eſt, an teſtificatio ſocij ſufficiens ſit ad inquirendum, vſque ad numerū decimumſeptimum.
18 Non idoneus denuntiator ſufficit ad inquirendum, & numero ſequenti.
20 In Regno Valentino permiſſum eſt, teſtem poſſe contra ſocium recipi.
21 Recenſentur caſus, in quibus teſtis ſocius legitimus eſt cōtra ſocium.
22 Socius in criminibus, in quibus contra ſocium deponere poteſt, iurare debet.
23 In quæſtione iuramentū non deſideratur.
24 In locū probationis, quæſtio ſubrogatur.
25 In ratificatione poſt tormētum, iuramentum requiritur.
26 Non damnatur praxis, qua iudex principio quæſtionis iuramentum recipit à reo.
27 Interrrgatio de veritate dicenda in qualibet litis parte internenire poteſt.
28 In caſibus, in quibus ſocius contra ſocium teſtificatur, in plenario iudicio examinari debet.
29 Praxis, quæ debeat obſeruari, quādo iudex in plenario ſocium reum recipit in teſtem contra ſocium.
30 Confeſſio ſua cuilibet nocet, etiā ſi non ſit iurata.
31 Si ſuſpiciones, indicia, & alia adminicula adſint, iuſtè inquiri poteſt, & num. ſeq.

Lex LIIII.

INTEXTV, IBI: Ca el oficio del Alcalde ſiempre dura.

Scholium I.

HVius legis ſententia eſt, publicatis atteſtationibus, magiſtratū ex officio poſſe teſtes

ftes recipere, non tamen ad litigatoris petitionẽ, & huius sententiæ eam reddit rationẽ: quia officium iudicis vsquè ad diffinitiuam non concluditur, vt
2 Accurs. adnotauit in l cum de indebito, in principio, ff. de probationibus, & in Authentico de testibus, §. quia verò, vers. illud, & docet Innocentius in c. cum clamor, de testibus, nu. 2. Bald. in Authent. at qui semel, C. de probationibus, numer. 4.
3 Ad petitionem tamen litigantium, via probationis præclusa est post testimonia manifesta, vt in anteriori lege ostẽdimus, in qua cùm testium productionem accusatori legis conditor denegasset, in hac lege sequẽti non idem in iudice statuendum esse sanxit: nam sicut iudex ex mero officio procedere potest, & vicem accusantis sustinere, ita etiam poterit ipsum accusantem adiuuare & in qualibet parte litis probationes reci
4 pere, propter duplicẽ offensam, quæ ex quolibet crimine oritur, offenso, scilicet, & reipublicæ, vt est vulgare: & sic quãuis parti præclusa via probationis sit, attestationibus publicatis, propter testium corruptionẽ, & alia incommoda, quæ sequerentur, quæ congessit Bald. in
5 dicta Authent. at qui semel. At propter reipublicæ iniuriam, examinare iudex testes poterit, etiam attestationibus publicatis, cùm in eo cesset prædictus timor corruptionis, vt in d. c. cum clamor, & in dict. Authen. at qui semel, Innocent. & Bald. animaduerterunt: & quia alioqui posset dari collusio inter accusantem, & accusatũ, & reus liberaretur à crimine, & vindictam nõ assumeret respublica.

IN TEXTV, IBI: *Sobre que auian muerto al oficial de la Reyna, o del Rey.*

Scholium II.

6 Hoc speciale est in regia familia, cui si iniuria fiat, eius vindicta ad Regem spectat, vt constat ex l. 1. tit. 16. part. 2. vbi Gregorius schol. 1. quæstionem mouit, an eam offendẽs incidat in crimẽ
7 læsæ Maiestatis? & latè disputat Andreas de Isernia in cap. vnico, quæ sint regalia, *Super*
8 *parte, & bonis committentium crimen læsæ Maiestatis*: vbi ait, crimen læsæ Maiestatis committi quando quis occidit magistratum, cùm hoc casu honor Principis versetur: & Iserniam refert, & sequitur Gregorius in d. gloss. 1. ex regula text. in l. 1. ff. ad l. Iuliam maiestatis, & probatur in l. 1. tit. 12. lib. 8. Ordina
9 menti, vbi occidẽs, percutiens, vel capiens magistratum, proditor

ditor eſt,& vitã,& omnia bona amittit, niſi rixa fuerit orta inter iudicem, & priuatum, ob aliam cauſam,& nõ ratione of-
10 ficij, quo caſu pœna ordinaria offenſor punietur: non tamen proditionis labe notabitur, vt in dict. l. animaduerſum eſt, & Iſernia docuit in dicto cap. vnico,& teſtatur Didacus Perez in dict. l. 1. tit. 12. lib. 8. Ordinam. & Azeuedo in l. 1. tit. 22. lib. 8. Compilationis, num. 8. & 9. In hoc ergo graui crimine, inquiſitionem permiſit noſtra lex,&
11 teſtium interrogationẽ in qualibet litis parte, & cùm per dict. l. Ordinamenti, & Compilat. æquiparata ſint, mors, percuſſio, & captura magiſtratus, & aliorũ, qui Regi ſeruiunt: idem quod in occiſore noſtra lex ſtatuit,& in percutiẽte, & capiente conſtituemus.

IN TEXTV, IBI: *El ſeñor de la caſa es tenido.*

Scholium III.

12 FOrus, qui hìc allegatur, eſt l. 3. titul. 17. libr. 4. Fori: eſt enim præſumptio contra dominum domus, & cõtra vicinos, vt adnotauit Montaluus in dicta l. Fori, & in l. 102. ſequenti oſtendam ea quæ hìc omitto.

IN TEXTV, IBI: *Aßi en las peſquiſas generales, como en las eſpeciales.*

Scholium IIII.

DIXI In lege 50. ſupra, ſcholio 1.

IN TEXTV, IBI: *E a los que ſon aparceros en los yerros.*

Scholium V.

13 PRobat hæc lex, ſocium criminis non admitti in re ſtẽ contra ſocium, iuxta l. fin. C. de accuſatio. & textum in c. veniens, in 1. & cap. ſicut, de teſtibus, & alia vulgaria iura, quibus conuenit l. 21. tit. 16. par. 3. & rationem tradit prædict. l. fi. C. de accuſationi. eam nempè: quia fortè quis veniam ſperans alterius fauore eum reum faceret, vel odio, & inimicitia vltimo ſupplitio offerret, docet gl. in cap. 1. de teſtib. lib. 6. & Speculator in tit. de teſte, §. 1. verſ. *Item quod eſt ſocius criminis*: quinimò ex teſtimonio ſocij cri-
14 minis, neque inquiſitio formari poteſt, vt noſtra lex pulchrè animaduertit, & docuit Alex. conſ. 132. volu. 1. nu. 17. Decius conſ. 233. volum. 1. num. 1. Fulgoſius lib. 1. conſ. 173. nume. 1. & 2. Gregor. in dicta l. Partitæ, ſchol. 2.

schol.2. in quo nostra l. est notatu digna, cùm de inquisitione loquatur, in qua non proceditur per depositionem com-
15 plicis. Scio tamen in hoc Doctores varios fuisse, existimantes, testificationem socij sufficientem esse ad inquirendum contra nominatum, tradit Romanus in l. etsi certus, nu.1.ff.ad Syllanianũ, & sequitur Additionator ad Angelum, verbo, *Fama publica*, num.31. Nouellus in praxi criminali, fol.64.num. 19. Ioannes de Amicis cons.27. num. 5. & refert Iulius Clarus, lib.5.§.fin.quæst.21.num.5.docens, præfatam opinionem accipi debere, siue ipse socius spõtè socium complicem nominauerit, siue iudex interrogauerit in genere, & delinquens decla-
16 ret de se, & socio: vtroque enim casu prædicta delaratio magistratum compellet ad conqui-
17 rendum. Ruinus tamen consil. 147.nu. 1. volum.5. & Roland. consil.73. nu.2. volm.1. prædictam opinionem tãtummodò admittũt in criminibus, in quibus socius potest testificari cõtra socium: in alijs tamen delictis, ex socij testimonio inquisitionem posse formari negãt: & quamuis Iulius Clarus, etiam in criminibus non exceptis, inquisitioni locum esse dicat in dict.quæst.21.nume.5.(ex leui, quam adducit ratione, quia scilicet hoc casu socius loco denuntiatoris haberi debet, vel inhabilis testis, cùm de iure ve-
18 rum sit, simplicem denuntiatorem, vel non idoneum, testem sufficere ad inquirẽdum) Prædicta prior opinio verissima est cum dicta Ruini, & Rolandi limitatione, neque prædicta Iulij ratio satisfacit: alia enim militat diuersa in socio criminis, quæ ex dict.l.fin.C. de accusat. elicitur, vt in principio huius scholij adnotauimus. Prædicta itaque sentẽtia omninò admittenda est, scilicet ex testimonio socij contra socium conquiri
19 nulla ratione posse, quod nulla alia lege regia animaduertitur. Lex enim Partitæ solùm decidit regulam generalem, quam supra retulimus, vt socius non recipiatur in testem contra so-
20 cium: de inquisitione verò nihil sanxit: in Regno tamen Valentino, ex foro illius Regni, socijs permissum esse testificari
21 contra socios in criminibus in iure exceptis, & non exceptis, docet Morla tit.11. de fide inst. numer.70. Et excepti casus, in quibus de iure cõmuni socius criminis legitimus testis est cõtra socium, recẽsentur à glossa, & Doctoribus in l. vltima, C. de accusation. & congessit do-
22 ctissimus Gomecius delictorũ, cap.12.nu.16. Quibus adijcio in criminibus quibus socius contra

tra

tra ſocium teſtificari poteſt, iu-
rare debere: nam reus quando
alium reum facere conatur, ſun
gitur vice teſtis, vt ex Hippo-
lyto de Marſilis docet Iulius
Clarus d. quæſt. 21. num. 10. qui
addit, quandocunque interue-
niat iuramentum ſufficere, ſiue
ante quæſtionem, ſiue poſt, ſiue
præſente ipſo cōtra quem reus
teſtificatur: animaduerto tamē
iuramentum omninò neceſſa-
rium eſſe, errant tamen in for-
ma eius prædicti Scribentes, nō
enim in qualibet parte litis ſuf-
ficit. Cuius rei, vt cognitionem
habeamus, duas ſubijciam con-
cluſiones.

23 Prima concluſio ſit, in quæ-
ſtione iuramentum nullatenus
deſiderari: & ratio eſt, quia iam
iuramentum præceſsit in con-
feſsione delinquentis, cùm ad
quæſtionem non poſsit deue-
niri, niſi confeſsio prius in actis
recepta ſit: nam fruſtra quis tor
queatur, ſi ſponte cōfeſſus eſſet,
cū tunc quæſtio habeatur, quā-
do aliæ legitimæ probationes
deſint, in cuius defectum tor-
menta inuenta ſunt, l. edictum,
24 verſ. 1. de quæſtionibus: ſi tamē
reus negat delictum, & proba-
tio eius plena non habeatur, in
eius locū quæſtio ſubrogatur
in caſibus de iure permiſsis, &
loco, & tempore debitis, l. pro-
latam, C. de ſentent. & interlo.
omn. iud. l. geſta, C. de re iudic.

25 Rurſus, & quia iuramentū ſuc-
cedit poſt quæſtionem in rati-
habitione ſcilicet, quæ poſt cō-
feſsionem factam in tormento
deſideratur, l. 1. §. Diuus Seue-
26 rus, §. de quæſtionibus, l. 4. tit.
30. part. 7. non tamen damnarē
praxim, vt iudex principio quę
ſtionis iuramentum reciperet
à reo, quia forſam timore per-
iurij veritatem diceret, & quæ
ſtio excuſari poſſet, & ſanè in-
terrogatio cum iuramento de
veritate dicenda in qualibet li-
tis parte adiungi poteſt, l. 1. & 2.
C. de iuramento calumniæ, c.
27 præſentium, de teſtibus, lib. 6.
cap. 1. de conſuetudine, eod. lib.
6. Clementina, ſæpè, de verbor.
ſignific. cap. 1. & 2. de iurament.
calumniæ, quæ iura indiſtinctè
in negotio ciuili, & criminali
loquuntur (ſiue criminoſo, vt
Grammaticis placuit, qui à cri-
mine criminoſum deflectunt:
ego tamē Vlpiano, & Scæuolæ
aſſentior, qui criminali verbo
vſi ſunt, l. vltima, ff. de furtis, l.
2. ff. de appellation.) & ſpeciali-
ter in cauſa criminis probatur
in l. vbicunque, ff. de interrog.
actionbus, in l. 1. ff. de quæſtio-
nibus, in l. 3. ff. de iure iurando,
l. fin. C. de fide inſtrumentorū,
l. lex Cornelia, §. hac lege, ff. de
iniurijs & quia cùm à reo legi-
timis præcedētibus indicijs, vel
ſemiplena probatione iuramē-
tum petitur, debet in cōſcien-

tia

tia manifestare veritatē, etiam si ex ipsa, mortis pęna plecteretur, alioquin lethaliter peccat, vt docet S. Thom. 22. quæst. 69. artic. 1.

28 Secunda cōclusio sit, hoc iuramentū, & cōfessionem ex eo, siue interueniat in cōfessione spontanea, siue in tormētis, siue in ratihabitione (seu, vt vulgo dicitur ratificationē) siue in adunatione socij cū torto solùm ipsi reo præiudicium afferre, siquidē crimen confessus sit: contra socium tamen, etiam in casibus in quibus socius cōtra socium testificatur, nullius momenti erit, nisi in plenario iudicio, vt testis examinatus sit socius: quod vel ex eo cōstat, nam etiam si testis legitimus, & omni exceptione maior productus sit, non facit fidem, nisi in plenario testificetur: maiori ergo ratione idē admittemus in socio, qui testis inhabilis, & minus idoneus est.

29 Ideoque hæc praxis obseruanda erit, vt postquàm reus de se, & socio asserat iudex in casibus permissis, & secūdum anteriorem interpretationē in plenario sociū reum cum iuramento tanquàm testē recipiat, qui si perseuerauerit, & ratam habuerit confessionem suam, contra socium fidem faciet: alioqui si in prædicta ratihabitione confessionē suam reuocauerit, & errorem cōtinere, & dum nominauit prædictum socium, falsum dixisse dixerit, prima nominatio nihil socio nocebit, quod breuiter placuit adnotasse, cùm frequenter à iudicibus de hoc nō animaduertatur,

30 tota enim iuramenti vis circa socium consistit. Quoad reum enim confessio sua ei nocet, etiam si iuramentum ei nō adijciatur, dummodò in iudicio sit, l. si siue, ff. de interrogat. actionibus, l. cum præcum, C. de liberali causa, l. 1. C. de crimine stelionatus, docet Bart. in l. vbicunque, ff. de interrogat. action. num. 11. Bald. in l. sicut, in fin. C. de repud. hæreditate.

IN TEXTV, IBI: *Con otras sospechas, y ayudas.*

Scholium VI.

31 IVri admodum consentanea sententia ex nostra l. ellicitur, ea nempè, vt quamuis diffinitio certa sit, ex solo testimonio socij non posse inquiri, secundum superiorē interpretationem: si tamē suspiciones, indicia, & alia adminicula adsint, iustè conquiri queat, quæ receptissima sentētia est, vt docuit Alexand. dict. consil. 132. Decius consil. 233. in princip. volu. 1. Fulgos. cons. 173. volu. 1. in fine, & probatur ex text. in l. quæro, §. fin. ff. de ædil. & edict.

vbi

vbi etiam ſeruo creditur, adiunctis tamen alijs adminiculis, & ſuſpicionibus, hoc enim indicat adminiculum. Eſt enim ſupplementum probationis per ſe ſolum non operans, vt habetur in cap. vltimo, de ſucceſ. abinteſtato, & plura adminicula per ſe ſola non ſufficere, niſi alijs probationibus adiunctis, probatur in l. 2. §. 1. ff. de excuſat. tutorum, & ideo ex noſtra l. requiruntur adiuncta cum teſtimonio teſtis, quanuis ſocij criminis, vt inquiſitioni locus ſit, & ſuſpicio, de qua in noſtra lege non debet hic accipi de ſimplici ſuſpicione, quæ in ſolo mentis motu conſiſtit, iuxta l. de ſtatu, ff. de teſtamentis, ſed debet intelligi de ſuſpicione mixta cum coniecturis, præſumptionibus, & alijs veroſimilibus, ex quibus cum atteſtatione ſocij poſsit moueri iudicis animus ad inquirendũ, quæ omnia ſimul cõiuncta, propriè adminicula dicuntur.

Textus quinquageſimus quintus.

OTro ſi, como quier que el Rey de ſu oficio quãdo le dan algunos hombres querella de ſu oficial, que no vſa bien de ſu oficio, que les haze muchos agrauamientos en tales coſas, e deſto es fama, puede el Rey de ſu oficio mandar ſaber la verdad; pero ſi alguno ſe querella al Rey de ſu oficial, que fizo tal mal, entonce el oficial deue ſer emplazado para ante el Rey: e oydo por manera de juyzio: e ſi ge lo negare deuelo prouar el querelloſo.

SVMMARIVM.

1 *REx inquirere debet contra eius officialem, quando multorum querela interuenit, famáquè grauaminum præceſſit, & nu. ſequenti.*

3 *Pro ſtatu ſubditorum, & pro ſtatu Eccleſiæ, & vt grauamina tollãtur, permiſſa inquiſitio eſt.*

4 *In hac inquiſitione lite non conteſtata, teſtes recipiuntur.*

5 *Citatio officialis in hac inquiſitione non deſideratur.*

6 *Cauſæ inquiſitionis enumerantur.*

7 *Diuerſitas conſtituitur, quando inquiſitio fit contra magiſtratũ ſuperiorem, aut inferiorem.*

8 *Diuerſitas inter famam, & ſuſpicionem, adnotatur.*

9 *Inquiſitio non habet locum, niſi in enormi crimine.*

10 *An inquiſitionem impediat querela à parte prius propoſita.*

11 *Accuſatore interueniente, ceſſat remedium inquiſitionis, etiamſi inquiſitio incerta ſit.*

12 *Dubitatio eſt, an iudex inquiſitor poſſit imponere pœnã ordinariam delicti.*

T 13 *In-*

13 *Inquisitio an sit remediũ ordinarium, vel extraordinariũ de iure ciuili, & quid de iure canonico.*

14 *Ratio diuersitatis inter inquisitionem de iure ciuili, & de iure canonico.*

15 *Quamuis grauatus à magistratu testes producat, nihilominus inquisitio, & nõ querela iudicatur.*

16 *Fama subrogatur loco accusationis.*

17 *Fama duplex est.*

18 *Fama inquisitionis præparatoria est.*

19 *Fama in quo differat à rumore.*

20 *De infamia leui tractatur.*

21 *An in inquisitione generali fama desideretur.*

22 *In inquisitione, quæ emanat de Principis conscientia, fama non requiritur.*

23 *Sola Principis cõscientia supplet defectum cuiuslibet solennitatis.*

24 *Inquisitio de iure ciuili prohibita est, nisi fama præcedat, secus de iure Pontificio, quo iure fama præcedere non debet, & quid in hoc obseruandum sit.*

25 *Quando Princeps asserit sibi constare de tali delicto, plena probatio est.*

26 *Si accusatio præcedat contra aliquem, forma litis describitur.*

27 *Diuersitas procedendi per inquisitionem, denuntiationẽ, & accusationem, adnotatur.*

28 *Iustè quis à iudice interrogari debet, aliàs iustè negare reus potest.*

IN TEXTV, IBI: *Quando le dan algunos hombres querella de su oficial.*

Scholium I.

1 Sententia huius legis, in prima eius parte, est, Regem ex officio posse, & debere cõquirere contra eius magistratũ, quãdo multitudinis subditorum querela interuenit respectu grauaminum, quorũ fama præcessit.
2 Hæc lex debet intelligi de inquisitione generali contra Regium magistratum, siue de generali, & speciali, ex vtroque impartienti, vt Baldo placuit in l. iubemus, C. de probation. num. 7. in princip. quæ de iure permissa est, vt testatur idem Bald. in l. obseruare, §. proficisci, in 1. numer. 10. Scilicet pro
3 statu subditorum, & vt grauamina tollantur, sicut pro statu Ecclesię permissa fuit in c. qualiter, & quando, de accusat. vbi
4 Innocent. latè tractat, quo casu recipiuntur testes, lite nõ contestata, iuxta text. in cap. cum I. & A. de re iudic. & ibi glo. verb. & Abbas, num. 3. quibus conuenit l. 3. titul. 16. part. 3. & Theodosius statuit in l. ne diu,
5 C. de pœnis: nec citatio magistratus in hac inquisitione desidе-

ſideratur, vt docuit Baldus in dicta l. iubemus, C. de proba-
6 tionibus, numer. 5. Inter cauſas enim inquiſitionis præcipua eſt, propter officia publica cor-
7 rigenda, inter quæ diuerſitas conſtituitur: nam ſi magiſtratus ſuperiores ſint, inquiſitio non fit, niſi fama præcedente, vt ſenſit l. noſtra, & probatur in l. iuſtiſsimos, C. de officio Rectoris prouinciæ: contra alios tamen minoris dignitatis, quacunq. ſuſpicione interueniente, conquiri poteſt, lex. 2. C. de ſportul. & ſumpt. & de diſcri-
8 mine inter famam, & ſuſpicionem ſcribit Baldus in l. ea quidem, C. de accuſationib. nu. 1. & 3. Sunt ergo caſus inquiſitionis ſtricti, & ideò iura ſtatuerũt non ſemper, ſed ſub certo modo, & forma, fama, vel ſuſpicione, & in caſibus à iure permiſſis inquirendum eſſe, quos congeſsit gloſſ. in dicta l. iubemus, & in l. 2. §. ſi publico, ff. de adul. & meminit l. noſtra in caſu magiſtratus, vt ſupra oſtenſum eſt,
9 cuius delictum in materia grauaminũ inter grauiſsima connumeratur, & ideò inquiſitio prædicta locum habet, ſicut in enormi crimine, ex lege Manichæos, C. de hæreticis, l. Apoſtatarum, C. de Apoſtatis, l. nemo, in 2. C. de Iudæis l. 1. C. de falſa monet. Baldus in l. ea quidem, C. de accuſationib. nu. 38.

tradit Speculator tit. de inqui-
10 ſitione, §. quando autem, in principio, Bart. in dicto §. publico, ff. de adulterijs, & notatur in l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcopis, & cleric. vbi propter atrocitatem criminis ad inquiſitionẽ deuenitur, cui accedit l. 4. §. 1. ff. ad l. Iul. pecul, & text. in cap. in primis, §. ſi quis, 2. quæſt. 1. Neque inquiſitionẽ impediet querimonia, de qua fit mentio in prima huius legis parte, vt putabat gloſſa in dicto cap. cum I. & A. de re iudicata, verbo, *lite conteſtata*, quam Abbas ibi ſequitur, exiſtimantes, generalem inquiſitionem formari nullatenus poſſe ſi ſit qui accuſet, quo caſu & citatio requiritur, litiſque conteſtatio, vt gloſſa, & Abbas aſſerunt: nã ſi rectè inſpiciantur verba gloſſæ, ſolùm accipi debent in legitimo accuſatore, cum in eius perſona tantum exẽplum ſcribat Bernard. dict. ſchol. verbo,
11 *lite conteſtata*: eo enim intercedente, remedium conquirendi ceſſat, cùm ſubſidiarium ſit, & loco accuſationis ſubrogetur: quinimo etiam ſi inquiſitio inchoata ſit, ſuperueniente accuſatore, ceſſat, vt Dynus cenſet in l. 2. §. fin. de adulterijs, tanquàm adueniente ordinario auxilio: nam cùm accuſator proprium dolorem proſequatur, meritò inquiſitori præfertur,

l. si maritus, §. peruenit, ff. de adult. & quia in duplici iniuria, quę ex delicto oritur, partis offensæ maioris considerationis
12 est, vt supra ostẽdimus: & hinc dubitari solet, an iudex inquisitor possit imponere pœnam ordinariam delicti, cum extra ordinem procedat, quã disputat Doctor Gomecius delictorum, cap. 1. num. 51. vbi partem affirmatiuam ex multorũ, quos refert sententia sequitur, cum aliqua distinctione iuris ciuilis & Pontificij, vt ibi inspicere licet. & quando de iure ciuili di-
13 catur inquisitio remedium ordinarium, & non extra ordinẽ, tractat Barto. in l. 2. §. finali, de adult. & in d. §. si publico, Bald. in l. ea lege, C. de condictione, ob causam, & in l. nullum, C. de testament. de iure tamen Pontificum nulli dubium est, inquisitionem extraordinarium auxilium esse, vt docet Innocent. in cap. dilecto, de sententia excommunica. quem refert Bald. in d. l. ea quidem, C. de accusat.
14 num. 3. Et ex his, si quid sentio, prędicta diuersitas procedit inter ius ciuile, & Pontificium: nam cũ hoc iure inquisitio auxilium extraordinarium sit, & pœna extra ordinẽ irrogatur, de illo tamẽ iure, cùm ordinarium auxiliũ reputetur, & ordinaria pęna reus plecti potest, quam diuersitatis ratione placuit scribere, cum à nemine animaduertatur, communis enim ratio Doctorum est, pietas iuris Pontificij, quo delinquentes mitius puniuntur, iuxta text. in cap. inquisitionis, de accusatio. & docet glossa, & Abbas in princ. & Felin. nu. 8. qui aliã longè diuersam diuersitatis rationem assignat prætextu accusatoris, quæ antea fuit Cyni, vt ipse refert in l. infamem, C. de publicis iudicijs, vbi Bart. improbat: at in nostra lege non singulorum, sed multorum querela interuenit, quo casu non tanquam accusatores, quod esset absurdum, sed tanquàm promotores inquisitionis habetur, quod suadetur ex pulchra decisione text. in l. 6.
15 tit. 16. part. 3. quæ expressè hoc decidit in querimonia subditorũ super grauaminibus magistratus Regij, & ex prędicta ratione conquirẽdum à Rege, vel ab eo cui committit, sancit, & ipsis subditis grauatis permittit testes producere, & nihilominus inquisitio, & non querela iudicatur, vt doctè animaduertit Gregor. ibi schol. 2. à quo quamuis impugnentur glossa, & Abbas, vbi supra, excusari poterunt, cum nõ loquantur in casu nostræ legis, & prædictæ legis Partitæ, sed in simplici accusatore, vt superius adnotauimus.

IN

IN TEXTV, IBI: *Y desto es fama.*

Scholium II.

16 FAma enim subrogatur loco accusationis,& totus populus reũ deferre videtur, & est illa,quæ ad conquirẽdum lacessit, vt in cap. qualiter, & quando, de accusatio. adnotatur,& in l.iustissimos,C.de of-
17 ficio Rectoris prouinciæ, quæ quãuis duplex sit, secundũ Bal. in l.ea.C.de accusa.in princ. lex nostra loquitur de illa, quæ est inter gentes ex imaginaria opinione,vel credulitate, iuxta l.de minore,§.tormenta, ff. de quæstionib. & tam proba, quã improba fama dictis verbis cõprehenditur,l.3.§.item Diuus, ff.de testibus, hæc est ergo fama
18 inquisitionis preparatoria,sine qua nõ conquiritur, vt probatur in c.cũ oporteat,de accusat. & ibi glos. & Scriptores, & Innocẽtius nu.1.& firmat Bossius in praxi criminali,tit.de inqui-
19 sitione,n.8.& à rumore differt, qui strepitus multarũ vocum est,l.fin.ff.de hæred.instit.l.miles,§.mulier,ff.de adult.qui rumor est minor, quàm fama,cũ sit eius initiũ,& omne initium sit minus suo fine, vt philosophicè docet Bald.in d.l. ea quidem,n.2. quãuis hoc casu leuis infamia sufficiat ad cõquiren-
20 dum, & quæ sit infamia leuis, & quomodo fama probetur inspicere est apud Innocentium in d.c.cum oporteat, nu.3.&.4. Difficultatem tamen habet lex nostra, dum in casu inquisitionis,de quo hic tractat,requirit, vt fama præcedat,cùm in inquisitione generali non deside-
21 retur,vt ex l.congruit,ff.de offic. præsid.omnes admittunt, & ex c.1. vbi Abbas de offic.ordinar. & ex c.Romana,de censib.in 6. & docet Grego.Lop. in l.1.tit. 17.p.3.schol.4.Rursus,quia inquisitio hic fit,de Principis cõscientia, super grauaminibus tollendis: succedit itaq; regula
22 text.in l.nullus,ad l. Iul. Maiestatis: vbi in inquisitione, quæ emanat de Principis motu fama non requiritur,& tradit ibi
23 Bald.nu.1.& 2.& Innocen.in d. c.cum oporteat,num.4.Decius volu.1. consiliorum, cons.174. incipiẽti,in causa falsitatis,n.1. cum sola Principis conscientia suppleat defectũ cuiuslibet solennitatis,Clem.1.de probatio. Sed prædictis non obstantibus defendenda est sentẽtia nostræ l. quæ est iuridica, vt fama necessariò secundum supradicta præcedat ad formãdam inquisitionẽ:neq; obstat d.l.cõgruit, c.1.de offi.ordin.& c.Romana,
24 de censibus: nam secũdùm veriorem opinionem de iure ciuili inquisitio prohibita est,nisi præ-

si prædicta fama præcesserit, vt docuit Salicetus in l. ea quidē, C. de accusationibus, necq; contrarium probatur in dict. l. congruit, quæ solum permittit inquisitionem generalem delictorum: fama tamen, & alijs requisitis interuenientibus, vt declarat Bartolus in l. 2. §. si publico, ff. de adulterijs, numer. 5. & 9. De iure tamen Pontificio permissam esse inquisitionem, fama non præcedente, ex dicto cap. 1. & cap. Romana, & cap. qualiter, & quando, in 2. de accusationibus, nonnulli admittunt, quos refert, & sequitur Monticelus in praxi criminali, regula 1. in principio, qui discrimen cōstituit inter ius Pontificiū, & ciuile, nullo tamē modo differre docent Alcia. in c. 1. numer. 12. de officio ordinarij, & Aretinus in cap. qualiter & quando, de accusationibus, numero. 66. & 67. asserentes vtroque iure prædictā famā requiri. Rursus non obstat illud, quod de conscientia Principis diximus, & vt fama nō desideretur, quando inquisitio ex ea procedit:
25 illud enim verum est, quādo Princeps asserit sibi constade crimine, vt declarat Alexander cons. 89. libr. 1. & cons. 179. libro 2. Decius d. cons. 174. num. 3. Alciat. cap. 1. nu. 55. de officio ordinarij: cùm in nostro itaq; textu Rex non asserat delictum, sed solum propter subditorum querelam inquisitionem formet meritò in ea requiritur, vt fama præcedat, iuxta prædicta iura, & probatur in cap. licet Hely, de simonia, & notat Gandinus in tract. malefi. in tit. quomodo cognoscatur per inquisitionem, & Fulgosius cons. 136. vol. 1. & iudici asserēti in inquisitione infamiā præcessisse non credi, sed aliter probari debere, docuit idē Fulgosius cons. 107. vol. 1. Decius cons. 255. nu. 11. vol. 1. & si fama non precedente, iudex conquirat contra aliquem adstringi, saltem quoad expensas factas à reo, & posse ab eo peti in syndicatu docuit Salicet. in l. ea quidem, C. de accusat. nu. 66.

IN TEXTV, IBI:
Pero si alguno querella al Rey.
Scholium III.

26 Sententia huius legis in secunda eius parte est: magistratum si ab aliquo accusetur, euocari debere, & iudicium cum eo formari: isto enim casu non est propriè inquisitio, cum non fiat ex mero Regis officio, sed ad petitionem, & querimoniam partis læsæ, qua interueniente non deuenitur ad extraordinarium auxiliū, vt in prima nostrę legis parte ostensum est, & probatur in summa, tit. 17. part. 3. Quinimò, si stante prædi-

prædicto legitimo accusatore, Rex conquireret, deberet accipi secundùm iuris formam, vt citatio tunc procederet, & lite contestata, testes reciperentur, vt docuit Hostiens. in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, vt lite non contestata: quo casu, & de prædicta inquisitione, mixta cum partis accusatione, si quid iudico, est accipienda litera nostræ legis in hac secunda parte. Tum, quia ipsa lex, & anteriores de inquisitione loquuntur: tum, quia primo modo sumpta nullã haberet dubitandi rationem, cũ casum planũ decideret: nec hic accusatio præcedens potuit tollere inquisitionis formã vt idem Bal. asserit in d. l. ea quidem, num. 67. Et de effectibus,
27 & diuersitate procedendi, per inquisitionem, denũtiationem, & accusationem, tractat Barto. in l. Diuus, ff. de custodia reorũ, Bald. in d. l. ea, num. 41. & in tribus casibus inquisitionem formari posse, scilicet, per famam, iuxta superius adnotata, & per promotorem, iuxta textum in cap. cum oporteat, & in cap. 1. de rescript. lib. 6. & per denuntiationem, vt in l. Diuus, de custodia reorum, & in l. 1. ff. de officio præfecti vrbis, docuit idẽ Bald. in d. l. ea, num. 39.

I N T E X T V, I B I: *Y si se lo negare, deuelo prouar el querelloso.*

Scholium IIII.

27 Accipienda lex est in negatione facta à magistratu, præcedẽtibus indicijs cõtra eum, nec solam accusationẽ sufficere, vt interrogari possit, dicendũ est, vt videtur innuere litera text. cũ iustè quis à iudice interrogari debeat ex Diuo Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. & Palud. in 4. dist. 19. quæst. 4. Soto in tractatu de ratione tegendi, & detegendi secretum, memb. 2. q. 7. pagin. 63. Nauar. in cap. inter verba, 2. quæst. 2. nu. 730. Quæ si iusta interrogatio nõ præcessit, iusta est negatio, vt ex prædictis doctoribus patet.

Textus quinquagesimus sextus.

E*S a saber, que si algunos hombres posan en alguna posada, maguer sea de noche, e algun hombre, o muger de la posada, o del lugar da vozes, diziendo matan a fulano, e a estas vozes recude algũ hombre de otra posada en que posaua, con armas en vando, o en ayuda de los que matan en aquella posada a su huespede, refiriendo, o deteniendo a los que viene en ayuda del huespede, o teniendoles las escaleras a los que quieren subir en ayuda del huespede, o tirando piedras, o otras armas contra los que vienen en su ayuda del huespede, o poniendo escaleras por do descendieron, e fuyeron los que mataron al dicho su*

su huespede, e no se prueua por la pesquisa, que este hombre que recudio en su ayuda de los matadores, ni hiriesse al huespede, ni tomasse, ni fuesse en consejo, ni fuesse ante sabidor del fecho, si los parientes del huespede muerto piden al Alcalde, que oye el pleyto, que mate, o mande matar a aquel que vino en ayuda de los matadores è les ayudò, segun dicho es, por tal demãda e pedimiento, el Alcalde no lo deue matar, ni meterle a tormẽto: ca el que no en consejo, ni sabidor del fecho, ni fiere, ni mata: e aunque fiera, si otras feridas tiene, de que es cierto e sabidor quien ge las dio, e que no murio por ellas, no es tenido a la muerte, el que recudio a la pelea en vando de otro, mas en tal caso como este, de tal muerte, e de tal fecho, puedeles dezir el Alcalde a los parientes del muerto, que por tal demanda, maguer que el hombre viene en ayuda de los matadores, e les ayudò segun dicho es, que no le deue mandar matar, mas que vean si hã otra demanda contra el. Y es a saber, que los parientes del muerto, que pueden pedir al Alcalde, que porque aquel hombre vino en ayuda de los matadores que matauã a fulano su huespede, e no dexò subir a los que veniã en su ayuda del huespede, que podrian auer presos los matadores, sino por el embargo que les fizo el como en aquel lugar ayan por fuero, assi como lo han en Toro, que los vezinos del lugar pueden prender a los malfechores, que piden que les mande dar los matadores, e sino que les den aquella pena que ellos merecian auer porque mataron aquel su huespede. E si el otro lo negare, e los parientes del muerto prouaren, q̃ por fuero han de prender los malfechores, e que los ouieran presos, sino por el embargo que les fizo: entonce el Alcalde deuele poner plazo a que traya los matadores, e sino los traxere, deuele dar aquella pena que deuen auer aquellos matadores. Y es a saber, que maguer embargasse aquellos hombres que no auian poder de prender, que no los prendiessen, e que no auria pena por ello este que les embargò que no los prendiessen. E si teniendolos presos ge los touiesse, no le deue dar muerte, ni tormẽto por ello, mas deue ser oydo por su fuero cõ aquellos a que lo tuuo, e que les cumpla quanto fallaren por fuero, y por derecho.

SVMMARIVM.

1 *Opus, & auxilium praebens delinquenti, an poena ordinaria puniatur.*

2 *Auxiliator punitur eadem poena, qua ipse principalis delinquens, & quomodo hoc accipiatur.*

3 *Quando opes praestatur post delictum cõmissum, qua poena plectatur opem praebens.*

4 *An receptator eadem poena puniatur, qua principalis, & quomodò hoc intelligatur, & num. sequenti.*

6 *Quando auxilium praestatur prae actum remotum, quid iuris sit, & num. seq.*

8 *Quando actus dicatur remotus, hoc*

hoc num.& ſeq.declaratur.

10 *Diuerſitas conſtituitur inter fauorem propriè,& impropriè, & num.ſeq.*

12 *Conſulens non tenetur, ſi alioqui ille cui cōſilium præbuit, facturus erat, & in caſu dubio ſemper interpretatur contra conſulentem & num.ſeqq.*

15 *Auxiliator non pœna ordinaria, ſed extraordinem punitur.*

16 *Quotieſcunq; à lege pœna nō declaratur,extraordinaria intelligitur.*

17 *In caſibus arbitrarijs ea pœna videtur à lege expreſſa, quam iudex elegerit.*

18 *In pœnis à lege impoſitis, cuius ſit electio,& num.ſeqq.*

21 *Quando quis impedit capturam delinquentis,qua pœna plectatur, & num.ſeq.*

23 *Propria authoritate delinquens an capi poſsit, & quando retineri, & intra quod tempus, & num.ſequentibus.*

Lex LVI.

IN TEXTV, IBI: *Y a eſtas vozes recude algun hombre.*

Scholium V.

1 Sentētia huius legis, in prima ma eius parte, eſt opem, & auxiliū præbentē delinquētibus pœna ordinaria non puniri, ſi per actum remotum ab ipſo facto, & delicto auxilium præſtiterit.

Prædicta aſſertio in materia criminum nō modicæ difficultatis eſt, neceſſariò itaquè nonnulla breuiter præmittemus, quibus ſenſus noſtræ l. qui admodum obſcurus videtur, patefiet.

2 Primo ergo præmitto aliquando præſtari opem,& auxilium malefactori ante maleficium cōmiſſum, vtpotè exempli gratia,ſi quis delinquēti arma, vel aliud inſtrumentū delinquendi tradiderit, vel ſcalam cauſa committendi delictum,vel pecuniam domumvè ad delinquendum, vel aliud ſimile præſtet, quo caſu auxiliator punitur eadem pœna, qua ipſe principalis delinquens ex vulgari textu in l.nihil,ff. ad l. Corneliam,de ſicarijs,l.is cuius ope,ff.ad l. Iuliam, de adult.§. interdum,Inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſcūtur, & ibi gloſſæ ordinariæ, quæ eiuſdem cōcluſionis innumĕra iura allegant,& adducitur quoque glo. in Clement.1. de pœnis, verbo, *defenſam*,quibus conuenit l.10. tit.9.& l.18.tit.14.& tit.8.& 17. part.7.

3 Secundo præmitto aliquādo præſtari prædictam opem poſt crimen commiſſum, vtpotè, ſi

auxilium quis accommodauit ad hoc, vt delinqués non caperetur à iudice, eumvè receptauit, vel consuluit, vt euaderet: æquumquè commodauit, pecuniã mutuauit, vel aliud æquipolens, quo casu non punitur auxiliator eadẽ pœna, qua delinquens, cum factũ & facinus iam commissum sit, nec auxilium ad faciendum, sed ad euadendum datum sit, pœna itaq; extra ordinem irrogabitur iudicis arbitrio, attentis qualitate causæ, & personæ, & auxilij, & alijs accidentijs, quæ possint mouere iudicis animum, vt probatur in l.1.& 2.C. de his qui latrones,& in l.1.ff.de recep-
4 ptat. & ibi Scribentes: quæ lex quamuis statuat perinde puniri receptatorem, ac principalem delinquentem accipi debet, de pœna cõdigna delicto, non verò de simili, vt ibi docuit Accursius communiter receptus, verbo, *latronis*.

5 Tertio præmittẽdũm est, aliquãdo auxiliũ præberi in ipsomet facto, & delicto, quo casu hic socius eadem plectitur pœna, qua principalis l. vnica, C. de raptu virgin. vers. *Quam eorum sodalium*, cap.fœlicis, de pœnis, lib.6. Clementina 1. de pœnis, l. vtrùm, vers. & ait Mecianus, ff.ad l. Pompe.de parricid. vbi Accursius docet,& vtrobique glossę,& Scribentes,& tradit Bald. in l.1.per text.ibi,C. de crimin.pecul.nu.1. vbi prædictam doctrinã admittit, quãdo delinquens fert opem per actum proximũ facto assistendo faciẽti, quæ doctrina verissima est, quamuis qualitas grauans crimen in persona facientis nõ adsit in prębente opem, nihilominus enim auxiliator eadem pœna punitur, cum omni qualitate sua: vnde præstans opem committenti parricidium, parricidij pœna tenebitur, vt pulchrè tradit Felinus in cap.sicut dignum, de homicid.nu.1.

6 Quarto præmittendum est, aliquãdo præstari auxilium per actum remotum ab ipso facto, & delicto, quo casu non eadem pœna, quæ principali adiutori irrogatur, sed benignior arbitraria à iure electa est, vt docuit Bald.in l.1. num.fin. C. de crimine pecul.idẽ Bald.in l.vnica, num.vnico, C. de Nili aggeribus non rumpendis: vbi notat opem ferentem puniri eadem pœna, qua delinquens punitur, quãdo auxilium interuenit per actum propinquum, sin autem per remotum, tunc mitius auxiliatorem puniendum, diuersitatem itaq; magnam constituit ipse doctissimus author inter opem proximam facto, & remotam à facto, cum hæc benigniori, & æquiori pœna digna sit, l.fin.ff. de extraordinar. crimi-

criminibus, & tradit Salicetus in l.vnica, C. de raptu virginũ, & Felin. in cap. ſicut dignũ, de
8 homicidio, nu. 2. à quibus ille actus remotus dicitur, quando præſtatio opis non fuiſſet illa, quę præſtitiſſet cauſam principalem facinori, vt dict. num.2. Felinus adnotauit. De hac igi-
9 tur ope accipienda eſt litera noſtræ legis, in qua cum auxiliator licet arma attulerit, & occiſi auxiliatores detinuerit, impediueritque ſcalarum appoſitionem, ne occiſo fauerent, vel ipſe fauẽdo delinquẽtibus prædictas ſcalas ſuppoſuerit, vt de domo occiſi exirẽt, & à crimine liberarentur, vel lapides, & iacula miſit, vel alio quouis modo opem præbuerit, delicti tamen ignarus eſſet, & nõ ex propoſito, & doloſè, ſed ſimpliciter, & caſu ibi adeſſet iuridicè diſpoſitum extat, vt prædictũ auxilium cenſeatur præſtitum per actum remotum, & pœna ordinaria opem præbens non afficiatur, iuxta ſuperiorẽ diſtinctiõné, cùm hic nõ pręſtiterit cauſam delicto. Succedit itaque prædicta regula Saliceti & Felini, cuius ſupra meminimus, & Felino, & Saliceto ſuffragatur, l. 2. §. homines, ff. vi bonorum raptorum, & l. culpa caret, de regul. iur. & textus in cap. ſicut dignum, de homicidio, & in cap. fœlicis, verb. *Simplici fauore*, de pœnis, lib.6. & ibi gloſſ. & eſt videndus Cardina-
10 lis in Clemen. 1. de pœnis, 11.q. conſtituens diuerſitatem inter fauorem propriè ſumendo, & inter ſimplicem fauorem: inquiſitio ergo propter opẽ præſtitam, de qua loquitur lex noſtra, accipitur de illa ope, quæ dedit occaſionẽ delicto, vt ſentit Bart. cum alijs in l. ſi in rixa, in fin. & in l. qui ſeruo, de ſicar. quibus adijcitur pulchrũ Ancharrani conſilium 212. nu.2. cuius initium eſt: *Nos Bartholomaus*, ad fin. vbi docet auxilium propriè accipi, quando ex propoſito quis ſe immiſcuit, non tamẽ vbi ex accidenti opẽ præbuit, & in dubio præſentiam
11 adhibitam maleficio præſumi caſu adfuiſſe, ibi adnotatur, & his accedit quod de conſulente dicitur, qui non fit noxius, ſi alioqui ille cui conſiliũ præbuit, facturus erat, gloſſ. in l. 1. verb. facere, C. de ſeruis fugiuis, text. in §. interdum, verſ. certè, Inſtit. de obligationibus, quæ ex delicto, & gloſſ. ibi ver-
12 bo, *Non tenetur*: licèt in conſulente aliter ſtatuatur: nam ſi du-
13 bitetur, an eſſet facturus necne, ille cui conſilium datũ eſt, ſemper interpretatur cõtra conſulentem, vt docuit Bald. in d.l. data opera, C. de his qui accuſa-
14 re non poſſunt, nu.52. Quibus addo in materia auxilij, licet nõ

ſoleat

soleat fieri prædicta distinctio: si tamen delinqués alioqui facturus fuisset hoc casu opé præbentem æquius puniri, vt docuit Ioannes Andreas in d.cap. felicis, quem refert Augustin. ad Angelum, verb. Et Sempronium, nu.44. cuius auxilio testatur, quendam auxiliatorem à morte liberasse.

IN TEXTV, IBI:
Non le deue matar, ni metelle a tormento.

Scholium VI.

15 ALIA enim pœna mitiori extra ordinem prædictus auxiliator puniendus est, quæ arbitrio iusdicentis committitur, vt supra ostendimus, quod locum habet in illis, quæ à iure non sunt præfinita, c. de causis, de officio delegati, l. sanctio legum, ff. de pœnis, l. stelio natus, ff. de crimine stelio. & ita hoc casu extraordinaria pœna irrogabitur, l. hodie, ff. de pœn. & quãuis quæstio nõ pœna sit, cùm solum pro eruẽdo delicto sit inducta, l. edictum, de quæst. cùm tamen in casu nostræ legis opem præstãs per actum remotum non sit plectendus pœna ordinaria, neq; etiam torquendum text. decidit, cùm in atroci, & graui delicto, ex quo imponatur grauissima pœna quæstio solũmodo adhibeatur, iuxta d.l. edictũ: alioqui enim maior pœna tormentũ esset, quàm illa, quæ de ope speraretur, vt adnotauit bonus Gomecius delictorúm, cap.13. nu.13.

IN TEXTV, IBI:
Mas q̃ vean si han otra demanda.
Scholium VII.

16 ALludit enim in hoc l. nostra, in eius 2. parte, ad pœnã extraordinariã, cuius in prædictis scholijs meminimus: nam quotiescunq; à lege pœna nõ exprimitur, debet intelligi extra ordinẽ ad arbitriũ magistratus cõmissa, iuxta tex. in d.l. hodie, ff. de pœnis, & in l. lex Iulia, §. hodie, ad legem Iuliam repetundarũ, l.3. C. de crimine stelio. l.1. ff. eod. l.1. versic. idcircò, ff. de effractorib. l.1. §. ait prætor, ff. de iure deliber. in illis verbis: *Cum dicit tempus, neque adijcit diem, sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate, quem diem præstituat*: & probatur in l. in venditione, §. de tempore, ff. de bonis author. iudicis posśid. & in l. si quis à filio, §. si quis plures, de legat. 1. & in l.1. §. expilatores, ff. de effractorib. & docet Bart. in d.l. hodie, num.1. & 2. & ibi Scribẽtes, quo casu pœnã à iusdicente electa, ea videtur à lege expressa, cum eius arbitrio commendetur: argum. text. in l. vnum ex familia, de leg.2. in princip. & l. asse toto, ff. de

ff. de hæred. inſti. & l. inſtitutio, ff. de condit. inſt. per quæ iura docet Bartol. in l. Sanctio, ff. de pœnis, in princ. & an in pœnis, quæ non ſunt à lege impoſitæ, ſed arbitrio iudicantis cõmiſſę, habeat locũ duplicatio pœnarum, diſputat Bart. in d. l. San-
18 ctio, nu. 8. & vlt. Et in pœnis alternatiuis à lege irrogatis, cuius ſit electio, & an in his iudex poſsit arbitrari, tractat Bart. in l. 1. §. expilatores, ff. de effractor. nu. 2. Bald. in l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fugit. nu. 8. in qua re ver-
16 ſari arbitrium iudicis, vt pro facti, & perſonarũ qualitate ipſe elector pœnæ ſit, tradit Menochius de arbitr. lib. 2. centur. 6. caſu 570. num. 1.

IN TEXTV, IBI:

Prouaren, que por fuero.

Scholium VIII.

20 AIt lex hæc, ſi forus negetur ab auxiliatore, ab accuſatore debere probari: noſtra itaque lege ſatis deciditur vulgaris regula, vt allegãti legem Fori onus eam probãdi incumbat, ſecundum Rodericum Xuarez in proœmio Fori,
21 in princ. Greg. Lop. in l. 7. tit. 2. p. 1. & eſt cõmunis & receptiſſima ab Scriptoribus opinio, nullus tamẽ pro ea memor huius legis fuit.

IN TEXTV, IBI:

Deuele dar aquella pena. Schol. IX.

22 SEntentia huius legis in eius 3. par. eſt, impedientem, vt capiatur ille, qui de iure à priuato capi poteſt, eius pœna puniendum.

Propria authoritate delinquẽtem capi à iure prohibetur, iuxta text in l. fin. C. de exhib. reis, & ideò à noſtra l. allegatur forus Tauri, quo (iure reſſragãte) prædicta priuata captura permittitur, ſed & priuatã perſonam poſſe capere delinquentẽ in ipſo actu criminis, & iudici offerre intra 20. horas, in l. capite 5. de adult. adnotatur & in l. interdũ, in 2. §. qui furẽ, ff. de furt. & in l. 1. C. de priuat. carce. & quãuis illa l. tantũ in apprehenſo in adulterio locuta ſit, in omni tñ malefactore admiſit, Bald. in d. l. fi. n. 1. & in l. nec timorem, ff. quod met. cauſ. n. 2. arg. text. in l. fin. C. de malef. & math. & l. ſi quis in ſeruitute, ff. de furt. & Innoc. in c. vt famæ, de ſent. excom. idẽ docet Bart. in l. cũ eo, ff. ad l. Iul. pecul. nu. 2. ex text. in l. 1. C. de rapt. virg. & l. 1. C. de falſ. mo. ad cuius ſentẽtiæ probationẽ adducitur quoque tex. in l. 1. & 2. C. qu. lic. ſin. iud. ſe vind. & in l. interdum, §.
23 qui furẽ, de furt. & in aliquibus ſpecialibus criminibus, etiã ex interuallo poſſe reũ prehẽdi, docuit Accurſ. in d. l. fin. C. de exhiben.

hibend.reis,schol.vnico,cui assentitur l. Partitæ,2. tit. 29.p.7. quod si ita accipiamus frustra à lege nostra forus municipalis desiderabatur,l.1.C. de iure liberorum: ego tamẽ semper fui anceps de hac DD. opinione, nec prædicta iura probãt: decidunt enim casus speciales,nempè in adulterio deprehensum, vt in d. l. capite 5. virginis raptorem,in d.l.1.C. de rapt. virg. falsarium monetæ, in d.l.1.C. de falsis monet. militiæ desertores, in d.l. 1. & 2. C. quando liceat vnicuiquè: publicum latronem,in d.l.interdum,§. qui furem, & omnia prædicta iura, quæ speciales tãtum casus narrant, Scribentes allegant, nitẽtes probare ex eis in omni genere delicti licitũ esse vnicuiq, in ipso actu criminis delinquẽtem prehendere,quãuis sua nõ intersit: & in prædictis casibus specialibus ex interuallo quoq, retẽtionem permitti testantur, ex gloss. in d.l. vltima, quæ tamen, nec prædicta lex Partitæ, prædictam distinctionem non faciunt:itaq, non abs re putarẽ, vt dum prædicta iura permittunt, prædictam capturã in dictis criminibus specialibus in actu criminis intelligamus, ex postfacto tamen nequaquã: extra hos tamẽ casus carcerẽ priuatum, etiam in ipso criminis actu permitti nullatenus dicẽdum sit, & huius opinionis inuenio grauissimum authorem Florian. de Sancto Petro in l.si seruus,ff.ad l. Aquil.num.5.cui accedit decisio l. Partitæ 5. tit. 7. part.7. Vbi permittitur vnicuiq, captura fabrincantis falsam monetã in ipso actu criminis,& rationem reddit lex,eam nempè,quia prædictum facinus quilibet potest accusare,cũ publicum sit,ex quã l.satis probatur prædicta conclusio,cum ibi duo requirantur, captura scilicet in ipso maleficio, & non ex interuallo : & in casu speciali falsæ monetæ,alijvè publici criminis,quorum prædicta glossa meminit in d.l.fin.C.de exhib. reis,quam distinctionem verissimam puto:nam si aliam legum mentem conficiamus , plura damna sequi possent: quæ quilibet animaduertere poterit, si nec à iudice,neq, ab eius ministro caperetur, cũ igitur ex dicto foro municipali iure reclamãte prædicta priuata captura malefactorũ hic permitteretũ, ille,qui ei impedimento fuit,si criminosos nõ offerat,& adducat in iudiciũ eorũ pœna coercetur:arg.text.in l.qui occidit, §.in hac,ff.ad l. Aquil. & idem admittemus ex prędicta doctrina in omnibus illis criminibus publicis,in quibus de iure quilibet,& à quolibet capi potest, vt supra ostendimus.

Textus

Textus quinquageſimus ſeptimus.

Otro ſi es a ſaber, que ſi muchos hombres firieren vn hombre de muchas feridas, ſi ſaben de qual ferida murio, e qual ge la dio, y eſtas feridas acaecieron en pelea que acaecio, que no vinieron ellos a ſabiendas a ferirlo, o encontrãdoſe con el, no corriendo con el, o yendo el fuyendo, entonce el que firio la ferida de que murio, ſerà tenido a la muerte, e los otros ſeran tenidos por las otras feridas de fazer enmienda. Mas ſino ſaben de qual ferida murio, ni quien ge la dio, maguer a ſabiendas no fueron en ferirlo, todos ſeran tenidos a la muerte, pues muchas fueron las feridas, e la pena del vno, no libra a los otros, que ſe a y acaecieron en el fecho quando fue ferido. Y eſto miſmo, ſi muchos fueron encontrandoſe con el corriendo, con el fuyendo, el maguer ſepa de qual ferida murio, e quien dio la ferida, todos los que fueron a ſabiendas, e feridores, e ayudadores, o lo mandaron quando fue ferido, ſeran tenidos a la pena por la muerte, quier aya el muerto vna ferida, o muchas. Y es a ſaber, que quando muerte acaeciere ſobre palabras, o en pelea, contra hombres que no aya tregua pueſta por muchos que ſean de la vna parte, o de la otra, no deuen auer pena ſino aquellos tan ſolamente que lo mataron, o lo mandaron, o la ayudaron. Mas quando muerte acaeciere fecha ſobre conſejo, todos aquellos que fueron en el conſejo, y en matar, y en ayudar, todos deuen recebir pena por ello, mayormente quando matan ſobre tregua. Mas ſi muchos fueron en la pelea que acaecio, que no vino el fecho por ſabiduria a ſabiendas, e no huuo el muerto mas de vna ferida, e no ſaben quien ſe la dio, entonce no ſeran tenidos ningunos dellos que a y ſe acaecieron a la muerte: mas el Rey deueles dar merced: pero que les daran alguna pena extraordinaria, aſsi como que pechen omecillo, o otra pena qualquiera que viere el Alcalde que ſera guiſado: e aſsi ſe entiende la ley Item Mella, in §. ſed & ſi ſeruum, ad l. ad Aquil. ff. Pero quando tal fecho acaecieſſe, que el ferido no ha mas de vna ferida, ſi ſon tales hombres aquellos que ſe acertaron en el fecho, algunos dellos, que puedan, e deuan ſer metidos a tormento, deuelo fazer el Alcalde, por ſaber qual lo hirio. Otro ſi, ſi el fijo va con ſu padre, o el hombre con ſu ſeñor, o no fiere, o ſi fiere por ſu mandado, no ſerà tenido a pena: mas ſi fiere ſin ſu mandado, tenido ſerà ſi hiriere, o matare, maguer vaya con el, ſaluo ſi tornare ſobre el.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Rixa ex accidenti mota, si ex ea lethale vulnus illatum sit, & constat quis intulerit, ipse solus tenetur, licet multi rixātes fuerint.

2 Ex lethali vulnere constat animus occidendi.

3 Quando delinquentes æqualiter delinquunt, æqualiter quoq; puniuntur.

4 Si ex proposito multi delinquant, omnes rei mortis efficiuntur, licet vnus tantum vulnus lethaliter inferat, & num. seq.

6 Occidens aliquem per errorem nō coercetur pœna ordinaria.

7 Percutiens aliquem citra animū occidendi, non plectitur pœna ordinaria, quæ voluntas ex genere armorum præsumi potest.

8 Citra animum, & dolum omnia maleficia simplicia sunt, & nu. sequenti.

10 Vulneribus multis illatis omnes delinquentes tenentur, nec hoc casu ictus cuiuslibet considera-tur.

11 Ex dolo, & deliberatione si multi occidant, omnes condemnantur, etiam si vnicus ictus reperiatur in persona occisi, & noscatur, vel ignoretur, quis intulerit? Secus tamē, si ex accidenti rixa sit orta, & numeris sequentibus.

15 Intelligitur text. in l. item Mella, §. sed & si seruū, ff. ad l. Aquil.

16 Omnes auxiliatores tenentur, licet non percutiant quando homicidium dolose sequutum fuit.

17 Rursus interpretatur text. in d. §. sed & si seruum, & eius sententia, & conciliatur cum l. nostra styli, & numeris sequentibus.

21 Quando agitur ciuiliter, omnes tenentur, licet vnicus lethalis ictus tantū appareat: secus verò quando agitur criminaliter, si de persona enim occisoris non cōstet ratione incertitudinis nemo pœna ordinaria plectitur, & num. seqq.

26 Lex Cornelia dolum tantum desiderat, qui si interueniat ad vulnera non attenditur.

27 In l. Aquilia cùm agatur ciuiliter, leuissima etiam culpa consideratur, & in hoc sensu accipitur dictus §. sed & si seruum.

28 Ratione incertitudinis possūt delinquētes torqueri, licet de vulnere constet.

29 In casu incerto, & dubio pro eruēdoq; delicto, tormentum permissum est.

30 Omnis ille qui prohibitus non reperitur, torqueri potest.

31 Quod facit filius in præsentia patris, præsumitur factum de eius voluntate.

32 Filius defendere patrem potest.

33 Siue legitimus, siue illegitimus filius sit, patrem defendendo excusatur.

34 Non solum filio, sed & consanguineo,

guineo, & alijs pro alio defensio datur.

35 *Aggressio, & iniustitia ex parte aggressoris operatur, vt etiam ab extraneo defedi aggressus possit.*

36 *Affectio, an desideretur ad defensionem.*

37 *Si aggressus clamat, defendi potest etiam ab ignoto.*

38 *Qui defensionem recusat, non punitur, licet defendere offensum possit.*

39 *Filius tamen vsque adeò defendere patrem debet, vt si recuset defensionem, pœna afficiēdus sit.*

40 *Si iniuria non sit ex atrocibus, pater mandans non filius obediens tenetur.*

Lex LVII.

IN TEXTV IBI:
Si saben de qual herida murio.
Scholium Primum.

Prima pars huius legis, ait, rixa ex accidēti mota, & nō ex proposito, ex qua lethale vulnus illatum fuit, si constat quis intulerit ipsum solum plecti, alios tamen vulnerātes de vulneribus non de morte reos effici: hanc verissimam sententiam probat textus in l. si in rixa, ff. ad legem Corneliam, de sicarijs, & ibi Accurs. docet Schol. fin. & text. in c. fin. 23. quæst. vltima, cum ibi adnotatis per glossam, & habe- 2 tur Exod. 21. Ex lethali enim vulnere cōstat animus occidendi, iuxta legem primam, §. Diuus, ff. eodem titul. & docet Bart. numero octauo, Angelus in dict. l. si in rixa, num. 6. Albe- 3 ric. num. 3. Quando enim omnes delinquentes æqualiter delinquunt, æqualiter quoque puniuntur, iuxta text. in l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam, & in l. si plures, ff. de iniurijs, & in l. si plures, ff. arbo. furtim cæsarum, & in l. vulgaris, §. si duo, de furtis: si verò delinquunt inæqualiter, vt in nostra lege, quilibet punitur, secundum qualitatē criminis, & hoc casu ictus cuiuslibet contemplatur, iuxta textum in d. l. si in rixa, & in l. item Mela, § sed si seruum plures, ad l. Aquiliam, docet Bart. in d. l. si in rixa, nu. 9. & ideo in textu hic inferens vulnus lethale, de homicidio, alij tamen solum de vulneribus tenentur; & quia in his reis non præsumitur occidendi voluntas, vt adnotauit Albericus in d. l. si in rixa, in principio, & ideo supponit lex nostra in eius sententia ex accidenti, rixam ortam fuisse, & nō ex proposito: hoc enim casu licet vnicus ictus esset, omnes rei mortis efficerentur, cū animus, & non vulnera inspici debeant, iuxta legem 1. ff. ad legem Corneliam, de sicarijs, cap. sicut dignū, de homicidio, & docet Accurs.

curs. in l. vltima, de sicarijs, glo. fin. & Bart. ibi, num. 1. Idē Bart. in l. 1. §. Diuus, eod. tit. Cinus in l. is qui cū telo, C. eodē Bald.
5 cōs. 81. lib. 5. per totū. Animaduertò tamen Alber. in d. l. si in rixa, nu. 2. vers. *Quid ergo si ex proposito*, cēsisse humaniorē & ęquiorē sententiā esse, vt si ex proposito & deliberatione à pluribus homo sit interfectus, & noscatur cuius ictu, cæteri mortis pœna non afficiantur, sed hæc opinio nulla ratione ex superioribus defendi potest, cū dolus, animus, propositū, & deliberatio tantū desiderentur ex prædictis iuribus, & ex l. 3. ad leg. Iuliā, de vi priuata, l. Diuus, ad l. Corne. de sicarijs, l. qui iniuriæ, ff. d fur tis, & l. is qui cū telo, C. ad legē Cornel. de sicarijs, c. significasti de homicidio, clem. 1. de pœnis.

6 Ex quibus infertur occidentē aliquē, alium occidere volentē, nō coerceri pœna ordinaria, cū animus, & dolus in persona occisoris deficiāt, docuit Plaça lib. 1. delict. c. 27. n. 1. & Mēchaca controuers. illustriū, c. 96. n. 32.

7 Infertur deinde, percutientē aliquē citra animum occidēdi, ex qua tamē percussione mors sequuta sit, pœna ordinaria nō plecti, animus tamen hoc casu præsumitur ex genere instrumenti cū quo illata fuit percussio, docet Grammatic. voto. 23. per totū, Marsil. cons. 67. nu. 18.

8 Vlterius infertur, si quis animo neminē percutiendi, aliquē percutiat, non puniri, licet percussus moriatur ex prædicto ictu, vt docuit Signor. cons. 27.

9 Deniquè infertur citra animū, & dolū omnia homicidia simplicia esse, & ideo à mortis pœna excusari delinquentes, vt consuluit Bald. cons. 36. lib. 2.

IN TEXTV IBI:
Mas sino sabē de qual herida muria
Scholium Secundum.

10 Secūda pars nostræ legis probat, vulneribus multis illatis, quorū nullum lethale sit, si ex omnib⁹ mors sequuta est, omnes vulnerantes mortis pœna affici, licet nō ex proposito, sed ex accidenti rixa mota sit, quæ conclusio ex d. l. si in rixa, iunct. gl. deciditur, & ratio ea videtur esse: nā cum ex omnium vulneribus mors sequuta sit, ab omnibus videtur offensus interfectus, cū ignoret ex quo vulnere in specie mortuus fuerit.

IN TEXTV IBI:
Todos los que fueron à sabiendas.
Scholium Tertium.

11 Tertia nostræ legis pars probat, occidētes aliquē ex dolo, & proposito, omnes mortis pœna esse plectendos, licet cōstet cuius ictu mors illata sit, quæ decisio in dict. lege, si in rixa (per argumentum à cōtrario sensu, quod in iure validissimum est, ex l. 1. §. eius, ff. mādat.)

dat.) satis patet, & probatur in l. 1. vers. Diuus, ff. ad leg. Corneliã de sicarijs, in c. sicut dignũ d homic. vbi ex deliberatione animi, homicidiũ cõmittẽtes mortis pœna afficiuntur, licet arma
12 non mouerint: quãdo igitur deliberatũ homicidiũ est indistinctè admittenda est nostræ legis sententia, vt omnes qui in ipso homicidio interuenerũt pœna ordinaria coerceantur, siue percussus ex vnico lethali vulnere decesserit, & de percussore constet, siue ex pluribus lethalibus vulneribus, & aliquibus non lethalib⁹, & siue appareat omnes percussisse, necne, siue sit dubiũ, ex quo vulnere defunctus occisus sit: vtroq; enim casu omnes rei mortis efficiũtur, vt docuit Plaça, d. c. 12. n. 1. Estq; cõmunis omniũ sententia, vt in primo Scholio memini.

IN TEXTV IBI:

Entonces no seran tenidos ningunos.

Scholium quartum.

13 QVarta pars huius nostræ legis probat vnico vulnere ab vno ex multis illato, ex quo mors sequuta sit, neminẽ ex eis reũ mortis effici, si non apparet quis illud intulerit, & ex accidẽti rixa mota sit: & ratio huius receptissimæ sen-
14 tentiæ est, quia ictus cuiuslibet cõsiderari debet, vt supra monstrauimus, ex d. l. si in rixa, de sicarijs, & sic si non constet de inferente ratione in certitudinis nemo pœna ordinaria coerceatur, & hanc sententiã textus noster cõfirmat ex Iurecõsulti res-
15 ponso in l. itẽ Mela, §. sed si seruũ, ad legẽ Aquil. cuius verba referã: *Sed si seruũ plures percusserint, vtrũ omnes quasi occiderint, teneãtur Videamus: & si quidẽ appa ret cuius ictu perierit, ille quasi occiderit, tenetur, quod si nõ apparet omnes quasi occiderint, Iulianus, ait teneri:* hæc lex, quæ in confirmationẽ prædictæ conclusionis à nostra adducitur expressè videtur contrariũ innuere, cũ in d. §. ignoraretur, cuius ictu perijsset percussus, & tamẽ omnes tenẽtur? Rursusquè & prædicta lex, itẽ Mela, diuersum factum constituit, ibi enim multi percussores fuerũt, & vulnera intulerũt, ex quib⁹ vnũ tãtũ lethale fuit, quo casu si non appareat quis illud intulit omnes mortis pœna afficiuntur, in facti tamẽ positione nostræ legis in hac, 4. par. solum consideratur vnicum, & lethale vulnus ex rixa multorũ: itaque ex d. §. sed si seruum, potius videtur probari 2. pars nostræ legis, cum in ea proponatur factũ in pluribus percussoribus, ex quorũ vulneribus quis occisus fuit: nam cum de vulnere lethali non cõstet omnes tenẽtur: sed si bene animaduertatur prædicta, 2. pars, multũ dif-

V 2 fert

fert à d.l. §. sed si seruum, nã in eo cõstat ex multis vulneribus vnum tamen fuisse lethale. In secunda verò parte nostri textus, plura vulnera fuerunt, ex omnibusquè, fuit sequuta mors, quo casu rectè deciditur omnes teneri, cum ex vtriusquè vulneribus offensus occisus fuerit? In hac tamen quarta parte nostræ legis, rixantes plures fuerunt, & vnus eorum tantum intulit vulnus & istud lethale, & cum non possit apparere quis fuerit percussor, meritò omnes à morte liberantur, cùm satius sit nocentis facinus relinquere impunitum, quam innocentem coercere, ex ratione vulgari textus in l. absentem, de pœnis: itaquè cũ iudicio supponit lex nostra ex accidenti rixam fuisse ortã, vt superiori rationi, l. absentẽ,
16 locus sit. Nã si dolosè, & ex deliberatione procederet, sola opes & auxiliu sufficiens esset, vt supra ostendimus adhoc, vt omnes auxiliatores, etiam nõ percutientes, tenerẽtur, c. non fæli cis, de pœnis lib. 6. Ex quo fundamento & ratione dictæ legis absentem vers. *Santius*, prædicta nostri textus sententia placuit Accursio in d. lege. item Me-
17 la, §. sed si seruũ, Schol. i. ad leg. Aquiliam: aliamquè diuersitatis rationem adducit, Bald. in d. §. sed si seruum, num. 2. eam, scilicet, quia ibi non constabat, omnes deliquisse, & percussisse; hic tamen non constat de persona delinquentis, ex qua ratione
18 Accursiũ in d. 1. Scholio, sequitur Bald. in d. §. nu. 2. adijcitquè quãdoquè dubium esse circa factum, quandoquè circa personam: & si de facto constat, & nõ apparet, quis expluribus fecerit, nemo teneatur, & ita accipi debet tex. in d. l. itẽ Mela, §. sed si seruũ, & docet Albericus ibidem post principiũ, Innoc. in d. c. sicut dignum, Felin. in c. significasti, de homicidio, in secũdo,
19 nu. 9. Prædicta itaquè nostræ legis decisio admodum fuit necessaria, cùm nulla alia lege Regia, nequè iuris communis prædicta quæstio definita fuisset, vt animaduertit Felinus in d. nu. 9. vers. *Sed difficilis quæstio est, & non decisa*, estquè deffendenda, & admittenda nostræ legis sententia, iudicando, & consulẽdo, & disputando, cũ vsus Stylus cõsuetudo praxis & cõmnnis Doctorũ opinio eã receperit, & iuris subtilitate fulcita sit, vt om-
20 nes scribentes docẽt in d. §. sed si seruũ, qui nõ obstat nostræ verissimæ conclusioni: ibi enim plures percussores fuerunt, hic tamen vnus expluribus percussit, vt satis ostẽsum est. Animaduerto tamen, Baldũ Alber. Innoc. & Felin. vbi supra post Accurs. in d. §. sed si seruum illum textũ & eius decisionẽ solũ admittere,

mittere, quãdo agitur ciuiliter, quaſi hoc caſu omnes de occiſo teneantur; ſecùs verò, quando agitur criminaliter, tunc enim nemo ex percuſſorib' plectitur pœna mortis, ſecundum prædictorum Doctorum interpretationem; & docet gloſſa in d. l. ſi In rixa, quam ſequuntur Bart. & Angel. ibi ex gloſ. in c. nolite 21. quæſt. 3. & in c. quieſcamus, 42. diſtinctione, & docet Ancharanus conſ. 112. & Alexand. cõſ. 25. per totum 1. voluminis conſiliorum, & in conſi. 46. & 50. volum. 4. rationemque eam eſſe putò, quia quãuis multi percuſ
22 ſores ſint, cum tamen vnicũ lethale vulnus illatum ſit, ex hoc dicendum eſt, offenſum mortuum eſſe, & ſic cum non appareat, quis intulerit, nemo tenebitur pœnã ordinaria; ratione prædictæ incertitudinis: nec diuerſitatem reperio, ſiue ibi aſſiſtentes percuſſerint, necne omnes, cùm in effectu ex ſolo vno lethali vulnere percuſſus mortuus fuerit. In ſecunda verò par
23 te noſtri tex. diuerſitas eſt, nam ibi multi fuerunt offendentes, & vulnerantes, & nullus ictus de per ſe lethalis fuit ſi tamẽ ex omnibus mors procedat, meritò omnes de homicidio plectũtur, & pœna ordinaria in eos irrogatur, cùm nõ verſetur hoc caſu ratio d. l. abſentẽ, verſ. Sãcti'. Duo tñ. caſ' anteriores ſimilitudinẽ habẽt, & ideò prædicti Doctores allegati ſentiũt, vno vulnere lethali a multis illato, cùm de perſona nõ conſtet, omnes à pœna ordinaria liberari, & ta-
24 mẽ extra ordinẽ puniendos, vt noſtra lex ſtatuit: nam quãdo à multis illatũ fuit vnicũ lethale vulnus, (de perſona tamẽ, quæ illud intulit, ignoraretur) neminẽ teneri nulla lege ſanci.ũ erat, quod noſtra lex decidit, argu-
25 mẽto d. §. ſed ſi ſeruum, in quo cùm ſtatuatur, criminaliter ratione incertitudinis, omnes percuſſores nõ teneri, quando vnũ tãtũ vulnus fuit lethale, eadẽ & maiori ratione decidit text. noſter: neminẽ etiã ex rixãtibus vltimo ſupplitio affici, quãdo nõ omnes percuſſerũt, ſed vnus tãtũ, & tamẽ lethaliter, nã ſi d per ſona nõ cõſtet omnes abſoluentur à d. ordinaria pœna, & ſic ratione ſimilitudinis hoc quoque caſu, ſicut in anteriori, ſtatuit lex noſtra eſſe intelligendã, l. Item Mella, §. ſi ſeruũ plures, ff. ad legẽ Aquiliã. Et hic eſt verus noſtri tex. intellectus, & legiſlatoris illatio de vno caſu ad alium, *mentiõ tenẽdus*, nã quamuis à noſtratibus allegetur prędicta lex noſtra ſtyli, non tamen ab eis declaratur, nec ei' ſenſus percipitur. Quibus adhæret, quod
26 de l. Cornelia dicitur, quæ dolum requirit, qui ſi interueniat, ad animum ſolùm, non

ad vulnera attenditur.l.1.ff. ad
legem Cornel.de sicar.sed in l.
27 Aquilia cũ agatur ciuiliter,le-
uissima etiã culpa cõsideratur,
quanuis nõ adsit dolus, & ideo
omnes percussores de homici-
dio teneri,dicitur in dict.l.item
mella. §. sed si seruum, debe-
mus tamen accipere ciuiliter,
iuxta superius dicta, quod vel
ex eo suadetur,est enim prædi-
cta l.sub titulo legis Aquiliæ.

IN TEXTV, IBI:
Ser metidos a tormento:

Scholium. V.

28 IN quinta parte probat hæc
lex, ratione incertitudinis
posse Magistratũ rixãtes tor
quere,vt cõstet quis vulnus in-
29 tulerit lethale. Nã prædictũ tor
mẽtũ iuridicũ est,ratione incer
titudinis delinquentis, iuxta l.
edictum, ff. de quæstionibus, l.
verũ ad l.Põ.de parric.vbi quæ-
stio permittitur in casu incer-
to,& dubio,&cũ capitalia male
ficia aliter explicari non pos-
sint,& ideo de iustitia tormenti
non dubitauit lex nostra, sed so
lum de qualitate personæ, ad
quod alludũt verba illa: *Si son ta-*
30 *les omes aquellos.* Quorum cogni-
tionem habuerimus, regula ge
nerica præmissa, vt omnes illi
torqueri possint,qui non repe-
riantur prohibiti.l.1. vbi Scri-
bentes.ff.de quæstionibus.

IN TEXTV, IBI:
O siguiere por su mandado.

Scholium. VI.

31 QVinimo,& quod facit filius
in præsentia patris, præsu
mitur factũ de eius volũtate, vt
docet Curt. Sen.cõs.41.n.7.vbi
in facti contingentia consuluit,
patrem teneri saltem pœna ex-
tra ordinem de homicidio cõ-
misso per filium eo præsente, &
nõ prohibente.

IN TEXTV, IBI:
Saluo si tornare sobre el.

Scholium. VII.

32 EX vltima huius legis nostræ
parte colligitur, filiũ posse
defẽdere patrẽ,nã sicut ipse pro
uocatus se defendere põt, ex l.
vt vim.ff.de iustitia & iure cũ
vulgaribus,ita aggressum,& la-
cessitũ patrẽ filius tueri debet,
& aggressorẽ offendere impunè
poterit.l.verũ.ff.ad legẽ Pompe
iam de parricid.& in auth.vt cũ
de appellatiõ.cognoscitur.§.a-
liud quoque capitulũ,quod de-
33 bet accipi siue legitimus,siue il-
legitimus sit filius,cũ natura cõ
munis sit.l.hos accusare. §. fin.
ff.de accusatiõ.& Bald.docet in
l.1.C.vnde vi,num.17. & seqq.
qui multos casus congerit, in
quibus vni pro alio defensio
34 datur. Sed profecto hæc ani-
maduersio paternæ defensio-
nis excusari à lege nostra po-
terat, cum non solum filio,
sed

ſed & conſanguineo: quinimo, & extraneo permiſſa defenſio ſit, vt probatur in lege lex Cornelia, ff. de iniur. & in capit. non inferenda: & in cap.fortitudo.23.quæſt.3. quibus iuribus cauetur, licite poſſe quem repellere iniuriam inferendam, vel illatam vicino, vel proximo, & aggreſſorem of fendere, & docuit Bart. in dict. l.vt vim, num.7. Aggreſsio e-
35 nim, & iniuſtitia ex parte aggreſſoris operatur, vt à quocunque extraneo offendi poſsit, vt Bart. placuit dicto numer. 7. & Iaſoni in d.l.vt vim, num. 29. & communiter prædicta ſententia recepta eſt ab omnibus iuris interpretibus in dict. l.& in l.1.
36 C.vnde vi. Non tamē improbo Accurſij opinionē in d l.vt vim ſchol.2.aſſerētis, affectionē deſiderari adhoc, vt poſsit quis aſſumere defenſionē hominis ignoti enim alioquin, fruſtra affectionis caſus recenſerentur ab Scribentibus, quos congeſsit Baldus in dicta lege. 1. ex numero. 16. vſque ad 23. Ipſe tamen Baldus in dicta l.1.ex numero. 16. præcipuè in dicto numero. 23. gloſſam defendendò in d. l. vt vim, eam ita interpretatur, quādo aggreſſus clamet, & auxilium petat, quo caſu iam affectio naturalis conſideratur, &
37 affectio reipublicæ, cum & ipſa quoque iniuriā recipiat, & cuiuslibet intereſt eā tueri. l. licitatio. §. quod illicitè, ff. de publican. & vectig. & teſtatur Innocētius in cap. ſi vero, in 1. de ſententia excommunicationis, nu. 2.
38 Ego tamen & pro intellectu noſtræ legis inter prædictas opiniones eam diſtinctionem, & diuerſitatis rationem cōſtituo, nempe, vt ſiquis conſanguinei, proximi, vicini, extranei, & penitus ignoti hominis (licèt defendere poſsit) defenſionem tamen recuſauerit, non puniatur, l. culpa caret, ff. de regulis iu-
39 ris. Filius tamen defendere patrem debet, ita vt ſi non tueatur, pœna in eum irrogari poſſit, argumento textus, in l. vtrum. ff. ad l. Pompeiam, de parricidijs, & Baldus docet in l. 1. C. vnde vi, numer. 20. & hic erit noſtræ legis ſenſus.

IN TEXTV, IBI, *Non ſerà tenido a pena.*

Schol. VIII.

40 HVnc textū accipere debemus, ſi iniuria nō ſit ex atrocibus, tūc enim pater mandans, non tamen filius obtemperans tenetur, vt Albericus adnotauit in l. non ſolum. §. Proculus, in principio, ff. de iniurijs.

Textus quinquagesimus octauus.

SI alguno hombre mouio con otro pelea, que no fuesse dado por enemigo, ni lo ouiesse desafiado por deshonra que le ouiesse fecho, seyendo hijodalgo, ò que lo podiesse assi desafiar por fuero, è hiriesse aquel hombre con que mouio la pelea, è luego a la hora fuyesse: è luego el otro herido ante que la pelea fuesse departida, ni otro alongamiento en el fecho ouiesse, luego sin otro detenimiento fue en pos de aquel que lo hirio, è lo matò, es a saber, que no es tenido por la muerte, y esto porque fue luego enpos de aquel que lo hirio, y lo matò. Quia ea quæ incontinenti fiunt inesse videntur. E lo al porque este mouio la pelea, è lo firio, è despues el lo matò, yendo fuyendo mouio la pelea sin razon, no le seyendo dado por enemigo, ni teniendole desafiado, segun dicho es: è aun maguer se metiesse este que yua fuyendo en alguna casa, y el otro lo matasse luego dentro en la casa, no ay quebrantamiento de casa.

SVMMARIVM.

1 *VIM vi repellere licere notissimum est.*

2 *Et in animātibus defensio permissa est.*

3 *Duobus equis currētibus, & sibi obuiātibus, si vnus moriatur, dominus eius non tenetur pro noxa.*

4 *Furiosum, & dormientem aggressorem, impunè quis offendere poterit.*

5 *Moderamen in quibus consistat.*

6 *Aggressore iam recesso, an defensio permittatur, & hoc casu, an potius dicatur ius vindictæ?*

7 *An vxor in adulterio deprehensa, post actum criminis occidi posset?*

8 *Quando quis excedit defensionis modum, puniendus est, non tamen pœna ordinaria.*

9 *Leuissima leui lata culpa, aut dolo excessus fit, & inter hos casus distinctio est.*

10 *Lata culpa punibilis est, cum temperamento tamen.*

11 *Quando in excessu dolus est, grauiori pœna afficitur aggressus, neutro tamē casu pœna ordinaria puniēdus est.*

Lex LVIII.

IN TEXTV, IBI:

Fue en pos de aquel que lo hirio:

1 VIM vi repellere licere notissimum est in iure, l. vt vim. ff. de iustitia. l. 1 §. vim. ff. de vi, & vi armata, l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. l. 1. C. vnde vi, vbi prædictum iuris principium adnotatur, quod tamen accipitur cū moderatione inculpatæ defensionis, iuxta Clementinam primam

mam de homicidio cum vulgaribus, quibus conuenit lex.2. titul.8.7.parr.& l.3.titulo.16.6. part.& l.3.titul.13. lib.8. ordi-
2 namenti, quinimo & in animātibus prædicta defensio permiſſa eſt, cum dominus animantis aggreſsi excuſetur à dāno noxæ.l.1.§.cum arietes, ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dica. Idemque dicimus in duobus equis currētibus, & ſibi obuiantibus, nam ſi vnus equus moriatur, pro alterius noxa dominus
3 non adſtringitur, cum equus viuus ſemper aggreſſus præſumatur, & mortuus aggreſſor, argumento text. in l. ſcientiam.§.1. ad l. Aquil. Rurſus & aggreſſorem furioſum mentecaptum
4 & dormientem impune quis offēdere poterit, vt docuit Bar. in d.l. vt vim, vbi Scribentes, & in l. ſed & partus. §. quæri potuit. ff. quod met. cauſa, et in l. furem nocturnum ad l. Cornel. de Sicar. & in l.2.& 3.C. eodē, & in l. ſcientiam.§. qui cum aliter ad l. Aquiliam, & in cap. ſi verò, de ſentent. excommunicat, vbi iuris interpretes latiſsimè tractant, & ideo hāc tritam & vulgarem quidem materiam conſultò ommitto, & deciſionem noſtræ legis ſolita breuitate interpretabor. Illo prius præmiſſo, moderamen dictæ l.
5 1.C. vnde vi, conſiſtere in qualitate, tempore, & defenſione ipſa, vt doctè interpretatur Baldus in d.l.1.C. vnde vi, nume. 2. & de qualitate, defenſioneque huc nō ſpectat: de tempore ita-
6 que ſolum quæſtio erit: hoc tamen in continenti cōſideratur in ipſo actu criminis, & rixæ, vt ſuperius Baldus docet, quod deficit in litera noſtri text. cum in ea defenſio, & offenſio, permittatur aggreſſore iam receſſo, & ideo noſtra lex non modicam habet difficultatem, & de eius deciſione quæſtionē mouit Baldus in d.l.1. num. 5. indeciſamque reliquit, quanuis hoc caſu propriùs ius vindictæ, quam defenſionis ineſſe, prædictus auctor doceat, at noſtræ legi videtur ſuffragari
7 Iureconſ. reſpōſum in l. ſi adulterium cum inceſtu.§. Imperatores. ff. de adulterijs, vbi licèt maritus non poſsit vxorem, niſi in adulterio deprehēſam occidere: tamē ſi pòſt occidat, pœna ordinaria non coercetur cū difficillimum ſit iuſtum dolotemperare, ignoſcendumque ei qui laceſsitus vlciſci voluit, argumento text. in l. qui cum maior.§. ſi libertus. ff. de bonis libertorum, & in l. quoniam multa, C. ad leg. Iul. de vi: & in hunc ſenſum accipienda eſt noſtri text. deciſio, nēpe vt aggreſſus eggreſſus in defenſione pœna ordinaria non afficiatur ex prædicta ratione, & ea, quā red-

dit nostra lex, illa scilicèt, quia
quæ incontinenti fiũt, inesse vi
8 dentur, excessus tamen punien
dus est, secundum præfata iu-
ra, & iuxta text. in l. 1. §. quæri,
ff. ad Turpilian. l. si quis in gra-
ui, §. si maritus ad Silan. l. Grac-
chus. C. de adulterijs, l. Diuus
ad l. Pomp. de parricidijs: & tra
dit Baldus in dict. l. vt vim, & in
d. l. 1. Gregorius, in d. l. 2. titul. 8
part. 7. gloss. 2. & sentit nostra
lex, quæ à pœna mortis tantùm
liberat aggressum, quãdo eg-
gressus est in modo defensionis:
pœna verò mitiori non libera-
9 bitur reus, respectu excessus. Ad
cuius cognitionem animaduer
tendum est, leuissima culpa le-
ui, aut lata, aut, dolo excessum
fieri, leuissimaquè culpa in de-
fensione non consideratur, iux
ta text. in l. Imperator. ff. de sta-
tu homin. l. quamuis, ff. de con-
dition. & demonstration. Rur-
sus neque leuis culpa hoc casu
punibilis est, saltem criminali-
ter: lex, magna negligentia, vbi
Accursius de verborum signifi
10 cation. Quando exceditur ta-
men lata culpa, tùnc aggressus
punitur, temperatè tamen, l. Di
uus ad l. Pomp. de parricid. l. si
adulterium cum incestu. §. Im-
11 peratores de adulterijs. Quarto
tamen casu, quandò in excessu
dolus adest, grauiori pœna affi-
ciendus aggressus est, sed neu-
tro casu pœna ordinaria, sed iu
dicis arbitrio, iuxta nostram le-
gem: & egregiè considerat Bal-
dus in dict. l. vt vim, num. 27. &
in dict. l. 1. num. 23. Alexand. cõ
sil. 76. volum. 1. numer. 4. quod
antea docuit Bartolus in dict.
§. tabernarius.

Textus quinquagesimus nonus.

EN Las Decretales, en el capitulo de homicidio, sobre la Decretal, que comiença, Si perfodiens inuentus fuerit, es esta glossa ordinaria que se sigue ansi. Pone, quòd aliquis vult me interficere, nunquid possum eum præuenire? dicunt quidam, quod sic: & pone, quòd percusit, & recessit, nunquid possum eum insequi, vt percutiam? Huguitius dicit quòd non: quia iniuriam sic vellet vlcisci, non repellere eam; quod non licet, quia illud incontinenti licet, & sine interuallo vim vi repellere.

SUMMARIUM.

1 *Moderamen quis egreditur; quando aggressorem insequitur.*

2 *Vbicunque culpa est in defensione, im moderamen appellatur.*

3 *Quando necessitas defensionis non adest.*

adeſt, excedere quis dicitur, ſi aggreſſorem offendat, & num. ſequenti.

5 *Defenſio propriè illa dicitur, quæ eſt quanta expedit.*

6 *Occaſio rationem exeedit, & ideo exceſſus in defenſione non eſt punibilis pœna ordinaria.*

7 *An & quando aggreſſus fugere teneatur? diſputatur.*

8 *Recèdere tenetur aggreſſus, quando ſecurè fugere poteſt.*

9 *Ratione exceſſus punitur aggreſſus pœna extraordinaria, & non ratione facti, & delicti.*

10 *Offenſorem non ſolum quis offendere poteſt, ſed & etiã præuenire, & quomodo hæc præuentio accipiatur, declaratur, & numeris ſequent.*

13 *Si ſolæ minæ præcedãt, an minatus poſſit percutere minatorem? quæſtio eſt.*

14 *Minæ metum inferunt.*

15 *Qui minatur, non facto, ſed verbo, offendit: dubitatur itaque an facto, verbis verò reſiſti debeat?*

Lex LIX.

IN TEXTV, IBI: *Es eſta gloſſa ordinaria que ſe ſigue anſi.*

1 HÆc gloſſa cuius noſtra lex
meminit ab omnibus Scri
bétibus, ibi: & in d. l. vt vim
de iuſt. & iur. & in l. 1. C. vnde vi,
cõmuniter recipitur, quibus iu
ribus defenſio permiſſa eſt, cũ
moderamine, de quo ibi: in co
tñ quis egreditur quãdo aggreſ
ſoré inſequitur, cũ hoc caſu im
moderamẽ potius dicendũ ſit;
quo cognito & moderamen no
tũ fiet, cũ cõtraria cõtrarijs con
ſtẽt, l. manumiſsionis. ff. de iuſt.
2 & iur. Immoderamen ergo eſt,
vbicunq, culpa eſt, vt docte ani
maduertit Bald. in d. l. vt vim,
n. 20. ea tñ carere aggreſſũ, nõ
eſt dicẽdum, qui recedentẽ ini-
micum ſequatur, cùm hoc caſu
neceſsitudo defenſionis nõ ad-
3 ſit, quæ ſi nõ ſuadeat, delictum
non eſt excuſabile, iuxt. d. gloſ.
à noſtra lege relatã, & adnotata
ab Accurſio in ſcholijs, ad d. l.
1. C. vnde vi, vbi Bald. n. 14. quod
vel ex ipſa alluſione moderatio
4 nis conſtat, quæ tunc verſatur,
quando nõ tranſgreditur incul
patam tutelam, vt Bald. teſtatur
in d. l. 1. n. 3. Defenſio enim illa
5 vera eſt, quæ eſt quãta expedit,
cũ moderatio cõſiſtat in æqua-
litate factorum: æquo enim mo
do, & actu cõgruẽti debet reſi-
ſti, vt voluit Accurſ. in d. l. 1. &
ideo fugientem percutere inci
uile iudicatur à noſtra lege. Cũ
tñ ex ſupradictis in lege ante-
riori, cũ prouocato, laceſsito-
que mitius agẽdum ſit, imputa
6 riq, debeat aggreſſori, qui cau-
ſam delicti præbuit, arg. tx. in l.
quoniã multa facinora. C. ad l.
Iul. de vi, & laceſsitus nequeat
recte deliberare, cũ occaſio ra-
tioné excedat. l. quãuis, ff. de cõ
dit. & dem. exceſſus prædictus,
de quo in noſtra lege, punitur
pœna extra ordinem iudicis ar
bitratu, qui arbitrabitur cõſide
rata leuiſsima, leui, lata culpa,
vel

vel dolo, cum solum his modis
delinquatur, vt superius ostēdi:
7 ex opposito tamen, quando, sci-
licet, aggressus fugiendo possit
offensā excusare, an fugere te-
neatur, & si non fugiat, sed ag-
gressoré offendat, an hoc casu
excedēs defensio dicatur, dubi
tatū est? & sane si prædicta fuga
iustū timoré adduceret, vtporè
si aggressor propè aggresso es-
set, & facilè offendere fugienté
posset, nō adstringi aggressū fu
gere, cōmunis assessus est; quin-
imo se tueri poterit, aggressoré
què impunè offendere l. scien-
tiā. §. qui cū aliter ff. ad legé A-
quiliá: idéq; statuitur, si in fuga
versaretur periculū honoris: ho
nor enim propri⁹ omitti nō de
bet, imo omni cōpendio præfe-
rendus, iuxta tex. in l. Iulianus
vers. 1. ff. siquis omnissa causa
testam. si tamé securè, & sine al-
8 liquo vitæ, nec honoris discri-
mine aggressus fugere potuit,
tūc teneri recedere; argumento
tx. in l. 2. §. itē varus, ff. de aqua
pluuia arcēd. testatur Bar. in d.
l. vt vim, ad finé, Bald. in d. l. 1. n.
12. nec etiā leué *honoré cōsideratio
nis esse*; ibidē adnotauit argumē-
to legis iniuriarū §. siquis de ho
9 nore, ff. de iniurijs, sed & hoc ca
su, sicut in anteriori, aggress⁹ nō
pœna ordinaria, sed extraordi-
nē coercēdus est, & hoc ratione
excessus, nō tamé ratione facti,
quod cùm defensionem respi-
ciat, permissū est, & indiuiduū:
scindi itaq; nequit. l. stipulatio
nū quædā, ff. de verb. quā generi
cā doctrinā statuere debem⁹ in
omni defensionis materia, in
qua (vt supra mōstrauimus) nū-
quā secūdū ordiné, sed extraor-
dinē aggressus punitur, vt hæc
extraordinaria pœna imponatur
tur nō ratione facti, quod de ei⁹
natura in actu defensionis ex-
cusabile est, sed ratione excess⁹,
cùm modū à iure præstitutū la-
cessitus nō seruauerit, teste Bal.
in d. l. 1. nu. 23. & hæc est verissi
ma interpretatio nostræ legis,
& gloss. in c. si perfodiens ab eā
10 allegatę: quæ glossa in alia eius
parte, dùm docet, volēté me in
terficere posse eū præuenire; re-
ceptissima quoq; est ex Accur.
in l. 1. verbo, *moderatione*, C. vnde
11 vi: hæc tamé nostrę legis, & præ
dictæ glossæ præuētiō ita accipi
debet, vt scilicet, aggressus de-
beat cōsiderare aliqué actū ag-
gressoris, ex quo inferri possit
percutiēdi volūtas, quæ à no-
12 stro tex. desideratur: qui tamen
actus iste esse debeat, interpreta
tur à gloss. in d. l. 1. versi. *modera-
tione*, nēpè armorū terror, aliud
vè vrgēs signū, vt docuit Bar. in
d. l. verū, & probatur in l. is qui
aggressoré, C. ad. l. Corn. de sica
rijs ibi: *Is qui aggressoré, vel quem-
cunq; aliū in dubio vitæ discrimine
cōstitutus occiderit, nullā ob id factū
calūniā metuere debet*: cui accedit

lex

lex.3 eiuſdem tituli, & lex quoniam, C.ad l.Iul.de vi, & l.1.ff. de ſicarijs ad finē,& lex, ſi quis fumo, §.1. ad l. Aquiliam quibus conuenit,l.2.tit 8.7.p. quæ in hoc eſt notabilis,& cōfirmat gloſſæ opinionem, in dict.c. ſi perfodiens, à noſtro tex.allegatæ.
13 At ſi ſolæ minæ præcederet, maior dubitatio eſt, & minatū quoquè poſſe percutere minatorē,ſi ſuas minas exequi ſolebat, eidē Accurſio placuit, vbi ſupra,cōſuetudo enim,& qualitas perſonæ in his debet cōſiderari,l.1.ff.ſi quis Imperat. male dixer.l.finalis,de actionibus, & obligat.l.licet,ff.de arbitris? cū prædictæ minæ metum inferāt; iuxt.l.1.ff.ſi quacumque prædi-
14 tus poteſt, & legem.1.ff. ſi Rector prouintiæ. Accurſio tamē non aſſentitur,Bald.in dict.l.1.
15 nu.16. ea nempe ratione, nam qui minatur,non incipit delinquere facto, ſed verbo tantum: & ideo verbis contrarijs reſiſti debet, niſi in mora periculum eſſet, iuſtèq; minatus metuere poſſet minas eſſe exequendas quo caſu opinionē glo.admittēdam prædictus author docet d. nu.16. ex quibus cum prædicta interpræratione,conſtat receptiſsimam,& admodum iuri cōſentaneam eſſe noſtram legē,& gloſſam in d.c.ſi perfodiens, in vna, & altera eius parte, caſusque hic ad notatur, vbi gloſſa in regni legem redigitur, quod animaduerſione dignum eſt.

Textus Sexageſimus.

OTROSI es à ſaber,que ſi alguno dixo Palabras de amenaza contrà otro, è acaece que matan, o fieren deſpues de la amenaza à eſte amenazado, ſino puede ſer ſabido quien lo matò, ò le hirio: eſte que lo amenazò, ſi es prouado por pruevas, e por peſquiſas que le amenazò, è las pruevas, è las pequiſas ſon à tales que no pueden ſer deſechadas; ſera tenido à la muerte è a la ferida: è cumple contra el que ſe prueue, que lo amenazò.Ca prouado eſto tan ſolamente ſeran tenidos por la muerte, ò por la ferida: è ſino es ſabido por verdad aquel que lo matò,ò que le firio,entonce el amenazador ſera metido à tormento,que diga la verdad de lo que ſupiere deſte fecho. Mas ſegun dize en el Speculum iuris,el amenazador ſi ſuele hazer tales fechos, è no pueden ſaber lo que fizo, eſtonce ſera tenido al fecho. E ſino ſuele hazer tales coſas, ſera metido à tormento.

SVMMARIVM.

1 *Minans reus efficitur quando minatus, occisus, vel percussus reperitur.*

2 *De iracundia aliqua adnotatur*

3 *Per præsumptionem nemo condemnatur.*

4 *Minæ in dubio accipiuntur, vt vindictam quis sumere cupiat non sua, sed iudicis authoritate.*

5 *Ex minis, vehemens præsumptio oritur, cum distinctione tamen numeri sequentis.*

7 *Si res furtiua reperiatur in domo alicuius, quid iuris sit?*

8 *De metu illato à iudice nonnulla considerantur.*

9 *Minæ, iudicis arbitrio relinquntur*

10 *Minax siue vllo alio adminiculo punitur, si tamen non sit solitus minax exequi torquetur.*

11 *Speculatoris locus declaratur.*

12 *Si aliquis interfectus sit, & ignoretur à quo, cõtra inimicum præsumptio est, ita vt ex prædicta præsumptione torqueri possit.*

13 *In causis criminũ, veræ, & legitimæ probationes desiderantur, & ideo non præsumptio sufficit.*

14 *Si præsumptio est à lege approbata, sufficiens est ad condemnationem.*

15 *Declaratur quid sit inditium in dubitatum.*

16 *Allegantur innumera iura, in quibus quis condemnatur sola præsumptione.*

17 *Quoties à iure requiritur liquida probatio, sufficit probare eam per præsumptionem à lege inductam.*

LEX LX.

INTEXTV IBI.

Y cumple contra el que se prueue que lo amenazo.

Scholium Primum.

1 SEntẽtia huius legis est minãtem reum effici, quando minatus post minas emissas occisus, vel percussus appareat, & tamen de occisore, percussoreve non constat. Quæ sententia dubitationem profectò habet, & non mediocrè, cùm solis minis contẽta sit, lex nostra sæpequè ex iracũdia aliqua verba proferantur,
2 quæ tamen exequi non solent: argum. tex. in l. famosi, vers. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. Est enim iracũdia indignatio quędam, quæ facile deponitur, & hinc Terentius in Adelph. *Tandem reprime iracundiã, & ad te redi.* Et rursus eodem loco: *Me miserum vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.* Et Cicero. 8. Philipp. *Nam me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita vehementer me agere fateor iracunde nego.* Et quod iracundiæ calore dictum est nocere nõ debet, iuxta regulã quod calore, de regulis iuris, c. notandũ, 2. q. 3. metusque non ex iactationibus, sed ex facti atrocitate probari conuenit, l. metum, C. quod

quod metus cauſa, nec per præſumptionē cōdemnari quis poteſt, l. abſentē, de pœnis. Vlteri⁹
4 quia minæ in dubio accipi debēt, vt vindictā quis ſumere cupiat non ſua, ſed iudicis authoritate, argum. tx. in l. ſi vxor, C. qui accuſare nō poſsūt. Et ideo minas non ſufficere nedū ad cōdemnationē, ſed etiam ad quæſtionē, niſi alia adminicula eis ſint adiūcta; docet Bart. in l. fin. ff. de quæſt. nu. 5. Bald. in d. l. metū, nu. 2. & in l. fin. C. de hæred. inſt. nu. 7. & ex recētioribus bonus Gomecius delictorū; c. 13. n. 11. Noſtræ tamē legi ſuffragātur adnotāta à Iulio Claro in §. fi. q. 21. n. 37. aſſerente, Senatū non vti prædictis adiunctis, ſed minis ſolis præcedentibus, reos
5 tormentis ſubijcere. Accedit quoquè vehemēs illa præſumptio, quæ ex minis oriri ſolet, de qua eſt inſpiciendus. text. in l. ſi qui adulterij, C. de adulterijs, & in l. ſi verò nō remunerādi, ff. mādati, & in l. Labeo, ff. de ſupelect. legata, & in l. 3. ff. de repudijs, nec omittendus Terētij locus in Andria. *Si illū relinquo eius vitæ timeo, ſin opitu'or huius minas:* hac tamen in re hac diſtinctione vtitur Baldus in d. l. fi. d. n. 7. & 8. nempe, vt ſi minas inferēs
6 probæ famæ ſit: hæ ſolæ nō ſufficiāt, ſed inditiorū coniecturæ ſuſpicionisvè adminicula deſiderētur. Si tamen improbæ famæ ſit, minæ tantūmodo requirantur ſine vllo alio adminiculo: ita tamen; vt reproba fama hoc caſu accipiatur in eodē genere maleficij, nēpe quando minator minax eſſet; id eſt ſolitus ſimilia facere: nā ex diſsimilib⁹ nō ſumitur coiectura, iux. tx. in l. ſpadonē, §. quid nimius, ff. de excuſat. tutorū, & l. iubem⁹, C. de probat. & l. ſi quis ex argētarijs, §. 2. C. [illegible] edēde, ſicut & de re
7 furtiua dicim⁹: quæ ſi in domo bonæ famæ hominis inueniat, nō præſumitur cōtra eū, ſecus tamē ſi malę famæ eſſet, præſumit enim ſubtraxiſſe, l. nō omnis, §. à Barbaris, ff. de re milit. l. de minore, §. tormēta, ff. de quæſt. Et
8 de metuquoquè illato à iudice adnotari ſolet; vt ſi quis dixerit per metū non appellaſſe, attēdatur iudicis perſona, an ſolitus ſit iraſci, necne, vt teſtatur Bar. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, ff. de operis noui nunciatione, & prædictā Baldi diſtinctionē admittit Imola in d. l. fi. ff. de hæredibus inſt. n. 10. Blancus de inditijs, nu. 183. Dueñas de regul. 192. Boſsius, tit. de indicijs; numer. 41. Hippolytus de Marſil. in l. 1. §. præterea, ff. de quæſ. n. 24. Felin. in c. 1. de offi. delegati, n. 2. qui docet prætextu perſonæ minas diſtingui, ea enim poteſt eſſe, cuius etiā blanditiæ vim minarū habeant, & tradit Accur. in l. 1. C. ſi Rector prouinciæ;

tiæ, & præfatã distinctionẽ cõ-
muniter receptã firmat Masc.
conclus.1061.n.14. Cùm tamẽ
difficilis probationis sit, an quis
ad delinquendũ sit assuefactus,
& ex quot minis, delictisquè
mox subsequutis frequẽtia dica
tur? Vnico verbo pro intellectu
9 nostræ legis assero, totã hanc iẽ
ius dicẽtis arbitrio cõmitti, vt
docuit Bald. in d.l. metũ, n.2. &
in l. vnica in fin. C. si quis Imp.
maledix. Mascard. prædicta co
clus. in princip. quibus adstipu-
latur decisio tx. in l. de minore,
vers. pluriũ, ff. de quæst. & cap.
præterea, de testibus.

INTEXTV IBI:
Mas segũ se dize en el Speculũ iuris
Scholium II.

Sententia huius nostræ legis
10 in secũda parte est, minãtem
si solitus sit minas exequi,
puniri posse sine vllo alio admi-
niculo. Si vero minetur ille qui
minax nõ sit, nõ statim diffini-
tiuè condemnãdũ, sed tormẽto
subijciẽdũ. Minacẽ enim hic ac
cipimus qui frequẽter minat,
Virgilius, lib.3 Geor. *Primus et*
ire viã, & fluuios tentare minaces,
Audet & ignoto sese cõmittere põto.
Cicero. in Philipp.5. *Nũ putatis*
P.C. dixisse eũ minaci' quã facturũ
fuisset: quã sentẽtiã noster tx. ad
mittit Speculi authoritate, locũ
11 tamen supprimit. Inueni tamẽ
huius opinionis fuisse in tit. de
præsumpt. §.2.n.7. ad finẽ, vbi
expressè asserit homini non as-
sueto delinquere quæstionis cõ
demnationẽ irrogandã: si verò
frequẽtiam delinquẽdi habeat
pœna ordinaria plectendum.
12 Sed hæc profectò Speculatoris
opinio, cui nostra lex assẽtitur,
difficile sustineri potest, cum ex
præsumptionibus quantumuis
violẽtis nemo damnari debeat,
l. absentẽ, ff. de pœnis, l.7. tit.31.
13 7.p. In causis enim criminũ ve-
ræ & legitimæ probationes de-
siderãtur, l. singulis, C. de accu-
sat. c. sciãt, 2.q.8. l.26. tit. 1.7. p.
cõmuniterquè conclusio hæc re
cepta est, teste Innoc. in c. quia
verisimile. n.2. de præsumptio.
atg. tx. quẽ prædictus author re
fert in c. afferte, de præsumpt.
vbi Rex Salomõ ex violẽta præ
sumptione adiudicauit filiũ ma
tri suæ, aliã tamen mulierẽ non
condemnauit, cũ sola licet vio-
lẽtissima cõtra eã præsumptio
14 orta fuisset. Quæ tñ doctrina ac
cipiẽda est, nisi præsumptio sit à
lege approbata, quo casu iudex
ex ea reũ damnare potest, vulga
ris tex. in l. si hi qui, C. de adul-
terijs, vbi Accurs. & scribentes,
& Bal. docet in l. fi. C. de prob.
n.2. ex qua elicitur iudicem diffi
finitiuã sentẽtiã proferre posse
ex Inditijs indubitatis: quæquè
hæc sint; Bald. dubitat, asserit-
què illa esse quæ à lege appro-
bata sunt, ex dict. l. si qui adulte-
rij, vbi præsumptio illa à lege
appro-

approbata est, & de similib⁹ præsumptionib⁹ alia iura loquũtur,
16 vt videre licet ex c. inter solicitudines, de purg. Canonic. & ex cap. porrecta, de cõfirma. vtil. & ex c. de hoc, de simonia, & ex authen. vt omnes obediant iudi. §. nec latet nos, & ex l. ex aula, C. de priuileg. cor. qui in sacr. palat. & ex l. 1. C. de numera. lib. 12. & ex auth. de litigio. & ex authen. de executor. in princi. & ex l. neminem, C. de suscep. lib. 10. & ex l. vlt. C. de custod. reor. & ex l. carceri, in fi. ff. eod. & ex auth. vt liceat matri & auiæ, §. quia verò ita, & ex l. si tutor, C. de pericul. tuto. & ex l. meritò, ff. pro socio, & ex l. Campanus, de oper. libert. & ex l. cũ de indebito, de probationib. & ex c. dudum, de præsumpt. Aliæquè præsumptiones sunt in l. seruos, C. mancipijs, & in l. ius iurandi, C. de probatio. & in l. siue possidetis, C. de probatio. & in l. 1. C. ad exibendũ, & in l. Quintus Mutius, ff. de donatio. inter vir. & in l. pactum, ff. de pact. & in l. Cõsiliarius, C. de assess. Vbi iura ex sola præsumptione cõdemnationẽ irrogãt: extra casus igitur, in quibus prædictæ leges, aliæq;, quas eis contenti nõ recẽsemus, præsumũt, sine controuersia est neminẽ ex violentissima etiam præsumptione puniri posse: itaq; in hac doctrina omninò hallucinatus est Durand. in d. iuris Speculo, sed cum eius opinio sit à nostra lege approbata, præsumptioq; legis sufficiẽs sit ad pœnæ ordinariæ punitionẽ, nõ auderẽ recedere à nostri text. sententia: quinimò hæc legis præsumptio legitima probatio erit, l. licet Imperator. & ibi scribentes, ff. de legat. 1. glos. in l. si tutor petitus, C. de pericul. tut. docet Marsil. multis exornans in rubric. C. de probat. nu. 183. cui adstipulatur Baldi do-
17 ctrina in d. l. si tutor, Vbi ait, quoties à iure vel statuto requiritur liquida probatio, satis esse probare per præsumptionem à lege inductã, quam opinionem defendit Felin. in rubr. de probat, in prin. pro quibus adduco tex, in cap. dixit Dominus, 32. q. 1. & in c. literis, de præsumpt. & in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & indiuidualiter casum nostræ legis adnotauit Bald. cons. 364. per totum lib. 3, Aymon cons. 6. nu. 42.

Textus sexagesimus primus.

SI alguno ferio a otro de alguna ferida, y el ferido murio della, y el que la ferio es acusado de la muerte, por razon de la ferida que le dio, y este q̃ le ferio conoce q̃ le ferio. Mas dize que aquella ferida que le dio era tal ferida que pudiera guarecer della. E otro si dize, que se guardò mal boluiendose a mugeres, o haziendo otras cosas q̃ eran contrarias a las feridas, prouando el estas dos cosas, no seria tenido a la muerte, mas sera tenido a la pena de la ferida.

SVMMARIVM.

1 *Percussor de homicidio non tenetur, quando percussus ipsius culpa, & negligentia decessit.*
2 *Iudicio medicorum standum est.*
3 *Iudex eligit medicos, nisi partes conueniant de medicis assumendis.*
4 *Medicorum iudicium non habetur pro re iudicata.*
5 *Ad retractationem sententiæ requiritur probatio per euidentiã.*
6 *Interpretatur Baldi locus in l. si quis testibus, C. de testibus.*
7 *Publicatione facta, periti deponere possunt.*
8 *Medicorũ assertio, an & quãdo debeat esse cum iuramẽto, & in forma iudicij.*
9 *An vnico medico credatur.*
10 *Si copia medicorum non adsit vicina prouincia requirenda est.*
11 *Quando testes non deponunt de certa scientia, sed de credulitate, & æstimatione plures esse debent.*
12 *Interpretatur l. 1. de verb. oblig.*
13 *Vulneratũ decessisse, necne ex percussione, an presumatur quando constare non potest.*
14 *Si vulneratus medicũ non adhibuit imperitumvè, an eius negligentia præsumatur mortuus.*
15 *Distinguitur, an ex vulnere, an culpa vulnerati mors sequuta fuerit.*
16 *In casu dubio præsumitur ex uulnere percussum fuisse mortuum.*
17 *Nullus lethaliter uulneratus viuere potest vltra 40. dies.*
18 *Probata negligentia, culpaq; percussi de percussione, non verò de occisione, percutiens tenetur.*

LEX XVI.

IN TEXTV IBI:

E otrosi dize, que se guardò mal bebiendose a mugeres, e haziendo otras cosas que eran contrarias a las feridas.

Scholium Primum.

1 Sententia huius legis est, percussorẽ de homicidio non teneri, quando vulneratus ipsius culpa & negligentia decessit, quæ sententia probatur in l. qui occiderit, §. final. ff. ad l. Aquil. in illis verbis: *Si vulneratus fuerit seruus, non mortiferè, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiso:* quæ verba trãscripta sunt in nostra lege, & eius exẽpla à
2 Baldo in d. §. fin. n. 1. Qua in re iudicio medicorum standũ erit, vt ibidem Bald. animaduertit, cui adstipulatur vulgaris lex, semel, C. de re mili. lib. 12. cap. ad aures, de ætat. & qualita. cap. vt constitueretur, 50. distinct. cap. nemo, de simonia, cap. testimonium, de testib. & aliorum peritorũ mentio fit in l. magis, §. nec tñ. ff. de reb. eo. & in l. si quis De

curio,

cutio, C. de falſ. & in l. ſi irruptione, §. 1. finium regund. & in l. 1. ff. ſi menſor falſ. mod. dixerit, & in l. interrogari, C. de quæſtionibus, l. item nõ nouam, §. patroni, C. de iudicijs, l. 1. C. de officio magiſt. & in authent. de non alienand. aut perm. §. quod autem. Prædicti ergo medici ſuper qualitate ictus deponere debent, l. ſi in rixa, ff. de ſicarijs, cap. ſignificaſti, de homicidio, l. item nulla, §. ſi ſeruum plures, ff. ad legem Aquil. & de hac medicorum aſſertione debet conſtare in actis, vt teſtatur

3 Bart. in dict. l. ſemel, num. 1. In quo commune Doctorum placitum eſt, vt ſi pars vulnerati, & vulnerantis conueniant de medicis, vno pluribuſuè aſſumendis, iudex eis acquieſcat, l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecundis nuptijs: ſi verò non conueniant, tunc iudicis electio erit ſicut de pluribus tutoribus dicitur in §. ſi autem, inſtit. de de ſatiſd. tutorum, docet Ioan. Andre. in additio. ad Speculat. in rubrica de homicidio, additione 3. litera C. & Alexand. in addit. 1. ad Bart. in dict. l. ſemel, & Abbas in cap. propoſuiſti, de probationibus, Felinus in cap. ſignificaſti, in 2. de homicidio, nu. 3. Bart. in l. in venditione, §. fin. per tex. ibi, ff. de bonis auth. iudicis poſſid. vbi ſuperior eligit quando electores non conueniunt, & de eligendo conſultore Specul. docuit tit. de requiren. conſ. poſt princip. Baldus in l. hac lege, C. de ſentent. ex vtroq; recit. Secundum hanc igitur medicorum declarationem, iudex debet iudicare in caſu, & ſpecie noſtræ legis, an vulnus fuerit lethale necne, & an ex eo, an verò ex exceſſu defuncti deceſſerit? non tamen hoc medicorũ iudicium pro re iudicata habetur, contra id enim probatio admittitur per alios peritos, vt Ioan. Andre. priori loco oſtẽdit, & adnotauit Bald. in l. ſi ab hoſtibus, §. 1. ſolu. mat. nu. 5, docens magiſtratum, qui ſequutus fuit medicorum iudicium, poſſe reuocare atteſta-

4 tionibus aliorum: etſi ſententia mortis à iudice lata eſſet ex iudicio medicorũ, & ſecundum eorum declarationẽ exiſtimantium vulnus fuiſſe lethale: alij tamen peritiores putẽt lethale non fuiſſe, ſententiam poſſe ab ipſomet iudice retractari, ſicut dicitur delata per falſos teſtes, & inſtrumẽta, iuxta l. falſam, & l. final. C. ſi ex fal. inſtrum. & l. Diuus, & l. Imperator, & l. admonendi, ff. de iure iurando, & c. cauſam, in 1. de officio deleg. & cap. 2. de purgatione vulgari, & c. cum venerabilis, de excep. ipſe Ioan. Andreas docuit in d. addit. ad fin. cui doctrinæ ſuffragatur deciſio tex. in l. ſi qui adul

cap.quia indicante, de præscriptionibus: *Agrimensoris definitione, &c.* docet Bartol. in l.1. §.1. nu.12.ff.de vent.inspicien.con-
10 trariam tamẽ sententiã docuit Bald.in addit. ad Specul.Rubr. de homicidio,1.additione,vers. *An mortuus ex febre*, vbi firmat vnici medici attestationi non standum, licet in illo loco medicorum copia non habeatur, est enim causa ardua magniq; præiudicij: argu.text. in l. maritus. ff. de quæstionibus, vers. *Vnius testimonio*: idem testatur Abb.in c.propofuisti, de probationibus,nu.5. asserens in casu nostræ legis, vbi de vita hominis tractatur, & an vulnus fuerit lethale necne? & an ex eo, negligentiavè medicorum, vel culpa vulnerati, defunctus decesserit? non sufficere testimonium vnius periti, & si ibi non reperiatur medicorũ numerus, vicinos medicos perquirẽdos, & adnotauit Bart. in l.1. C. de can.largit.tribut.lib.10.vbi inquit, deficiente perito vnius prouinciæ, aliam adiri debere, dummodò nõ esset admodum remota,iuxta tex.in cap.vnico, ne sede vacante,lib.6.ad fi. hoc enim casu vnico medico credendum est, perito tamen l.se-
11 ptimo mense,ff.de stat.homin. ibi: *Doctissimi Hippocratis*, illeque dicitur peritus,qui se benè gessit in arte, secundùm Bart. in l.1.in principio,C.de athle-
12 tis, lib.12. Nec quidquam obstat dicta lex 1. §.fin. in fine, de verborum, quæ loquitur tantũ in interprete alterius linguę,vt ex ipsius litera liquet. Si verò causa esset modici præiudicij, & immineat explicanda res facilis,in qua nõ exigatur magna industria vnicus peritus sufficiet,licet plures in loco essent, vt respondit Abbas vbi supra, num.6.& 7.Verissimaq; distinctio est, in qua omnes conueniunt, neque admitto opinionem Bartoli in l.quoties, C.de ponderatorib. & auri illat. lib. 10.numer.1.docentis,standum vnico medico,si stipẽdium publicum habeat,cùm huius fides electa sit, sicut in prædicta lege dicitur de eo qui præest põderi,cui soli creditur,cùm hæc illatio improbetur ex ratione textus in dict.l.in seruorum,§.in personis:quę omnia non abs re narrauimus ad nostræ l.intelligentiam:quippè, quæ secundũ prædicta accipienda est, & ex peritorum sententia, ex quorũ decclaratione magistratus iudicabit, an mors, vulnerati occasione sequuta sit.

IN TEXTV, IBI:

§ *Prouando el estas dos cosas.*

Scholium II.

13 RVrsusq, hìc dubitari solet, si non constet offensum, &

vulneratum decessisse ex vulnere, nec probetur in eo culpa, negligẽtia, aut excessus, an præsumatur decessisse ex percussione, an verò ex eius negligentia, & excessu? Ad cuius quęstionis cognitionem communiter adducitur Accurs. in l. 1. vers. depulsa, C. de emend. seruorũ, vbi docet, non præsumi vulneratum ex percussionibus decessisse, sed eius excessu, & negligentia, *Quando post triduum à lecto surrexit*, quam glossam sequitur Barto. ibi numer. 1. & in l. si in rixa, nu. 12. ff. ad l. Cornel. de sicar. pro qua allegat tex. in c. 2. de cler. percu. & adnotauit Bal. in l. si ab hostibus, §. 1. ff. soluto
14 matr. nu. 5. vbi asserit: si vulneratus medicum non adhibuit, præsumi eius culpa non ex vulnere obijsse, quod in hac materia est notatu dignum, mentiq́ tenendum, & sequitur Felinus in cap. presbyterum, nu. 1. & in c. significasti, de homicid. nu. 2. extẽdens ad medicũ imperitũ, cùm paria sint adhibere imperitum, ac nullum, quod & Bald.
15 docuit in d. §. 1. nu. 6. Tres itaq́ casus adducit Felin. in d. c. presbyterum, d. nu. 1. Primus est in vulnere lethali, tũc enim nõ cõsideratur quanto tẽpore superuixerit defunctus, l. si ex plagis, in princ. ad l. Aquil. Secundus, quando constat vulnus nõ esse lethale, non enim mors sequẽs nocebit vulneranti, l. qui occidit, §. erit, ad l. Aquil. Tertius casus est, quando dubium versatur, & tunc si post triduũ surgat, procedat glossa: si verò intra paucos dies iacens mortuus fuerit, præsumatur ex vulnere mortuus: & Accurs. sequitur Marsilis in d. l. si in rixa, nu. 59. & in praxi criminũ, §. & quia, num. 16. & consil. 7. num. 16. & Padilla in l. transigere, num. 30.
16 C. de transact. Sed in casu dubio semper præsumendum, defunctũ ex vulnere decessisse, improbata, & declarata gloss. dict. l. 1. de emend. seruorum, docet doctus Gomecius delictorum, cap. 3. numer. 29. cuius opinionem probat l. nostra styli, dum in casu dubio desiderat probationem excessus, culpæ, & negligẽtiæ: alioquin enim ex vulnere pręsumendum percussum
17 mortuum fuisse decidit. Animaduertenda tamen hoc casu erit Angeli opinio, in dict. l. vnica: quippè, qui ait ex medicorum sententia nullum lethaliter vulneratum posse viuerẽ vltra quadraginta dies, & communem stylum ita obseruare refert Riminaldus consil. 281. num. 2. Itaque si post hoc temporis interuallũ percussus moreretur ex negligentia, & excessu, vel alia causa, & morbo decessisse præsumendũ est, non tamẽ ex vulnere. Est enim hæc præ-

præsumptio naturæ, quę est fortior, quàm iuris præsumptio, secundum Aristot. 8. Phisicæ, cap. 3. limitabitur itaq; hoc casu nostræ legis sententia.

IN TEXTV, IBI: *Mas será tenido a la pena de la herida.*

Scholium III.

18 Probata ergo prædicta negligentia, vt supra docuimus, non de occisione, sed de percussione, reus tenebitur, cum in ea sit maleficium consummatum: argum. text. in l. si ita fuero stipulatus, in fin. cum l. seq. ff. de nouationib. Qualitas enim requisita ad actum accipi debet tempore quo actus sumit effectum, l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxalibus, & probatur in l. quod ait lex, §. quod ait, ff. de adulter. & in l. 1. versic. si suspicio, ff. de incend. ruin. naufrag. & in l. si ex plag. ff. ad l. Aquil. vbi imperitia medici, vel negligentia ægroti nō nocet percussori, nec eius delictum auget, & in l. fin. ff. de sicarijs, vbi vulnus solum contemplatur, & in l. ité Mela, §. sed si seruū, ad l. Aquil. vbi homicida de homicidio, vulnerās de vulnere tenentur: & ita iudicatum in facti contingentia à Senatu Neapolitano testatur Gramm. cons. 2. per totum. Quæ omnia peruulgaria iudico, necessaria tamen ad nostræ legis interpretationem omitti itaq; non potuerunt.

Textus sexagesimus secundus.

Otro si, es a saber, que en pleyto de adulterio, por señales ciertas si prueua el adulterio, maguer no los fallen solos en vno, e desnudos, mas fallandolos en la casa ascondidos, seyendo infamados ambos de este pecado, cumple para ser prouado este fecho, o para ser prouado de adulterio, que se prueua por señales, o por sospechas, o presumpciones. E los hombres del señor de la casa seran recebidos en testimonio, e los sieruos atormentados en pleytos de adulterio.

SVMMARIVM.

1 *De pœna adulterij tractatur.*

2 *In Gallia, adulteri nulla pœna tenentur.*

3 *In Italia pœna pecuniaria tātùm adulteri plectuntur.*

4 *Apud Indos, Æthiopes, Masagetas, Barbarasq; nationes, impunita adulteria fuerunt.*

5 *Lacedemonij adulteria nō nouerunt.*

6 *Nomades communes habuerunt vxores, & filios.*

7 *Thracibus in vsu fuit non obseruare virgines.*

eſt in habilibus teſtibus.

43 Priuilegium non excuſat à teſtimonio, quando alij teſtes haberi non poſſunt.

44 Interpretatur lex noſtra ſtyli, quæ ſeruum in teſtimonium admittit propter teſtium defectum, probationisq; defectum.

Lex LXII.

IN TEXTV, IBI: *Por ſeñales ciertas ſe prueua el adulterio.*

Scholium I.

1 INter facinora, & ſanè nō leuia, adulterium cō numeratur, & de iure diuino pœna mortis in eo irrogabatur, habetur Exod. cap. 20. Deutero. cap. 22. ibi: *Si dormierit vir cum vxore alterius, vterq; morietur, id eſt, adulter, & adultera: & auferes malū de Iſrael.* De iure verò Pontificio adulteri excommunicantur, cap. intelleximus, de adulter. Præterea que adultera in cœnobium perpetuò collocatur, cap. gaudemus, de adulter. Vir tamen nulla aliâ pœna, vltra excommunicationē, adſtringitur, niſi clericus eſſet, qui deponitur, & in cœnobium includitur, iuxta gloſſ. in cap. latior, 2. quæſt. 7. & docet Bernardus Diaz in praxi Canonica, cap. 79. Couar. in 4. Decreta. cap. 7. §. 7. num. 19. De iure tamē ciuili vetuſto Digeſtorum, pœna certa non ſtatuebatur, ſed iudicis arbitrio commiſſa erat, qui tamen nō poterat extendere ad pœnam mortis, l. qui cum vno, §. adulterij, ff. de re milit. De iure tamē Codicis, pœna mortis viro, & fœminæ impoſita erat, l. quāuis, in 2. verſ. vltim. C. de adult. quę pœna de iure Authenticor. In adultera tantum immutata eſt, quæ non mortis pœna plectebatur, ſed virgis cæſa includebatur in cœnobium perpetuò, niſi maritus eā intra biennium reciperet, Authent. ſed hodie,
2 C. de adulter. In Galia tamen adulteri nulla pœna plectūtur, vt refert Ioannes Fab. in l. conſuetudinis, C. quæ ſit long. cō-
3 ſuetudo. Et ex ſtatutis Italiæ, pœna tantùm pecuniaria adulteros plecti adnotauit Anania in cap. vltim. de colluſio. deteg.
4 nu. 11. Apud Indos verò, Æthiopes, Maſagetas, Barbaraſq; nationes, impunita adulteria fuiſſe, conſtat ex Strabon. libr. 15. Pompon. Mela, libro. 1. cap. 8. Plinio libr. 5. c. 8. Solin. cap. 39. aut aliorum computo 43. Herodot. lib. 1. ad fin. Strabon. lib.
5 4. & 11. Ælian. lib. animal. 5. Lacedemonioſquè adulteria non nouiſſe: ideòquè Licurgum le-

gem in adulteros nullam sanxisse, testatur Plutarch. in Li-
6 curgo. Nomadesque communes habuerunt vxores, & filios, vt tradit Strabo libr. 7. & apud Scythas idem obseruari eodem
7 loco idē author testatur. Thracibusque in vsu fuisse non obseruare virgines, sed cum quibus libitum esset commiscere licere, docet Herodot. libr. 5. in
8 princip. In Regno tamen Hispaniæ ex l. 15. tit. 17. p. 7. Electa pœna est prædictæ l. quanuis, & Authent. sed hodie, vt adulter scilicet ad mortē, adultera verò vapulatà ad inclusionem perpetuam condēnentur maritusq́, dotem & arrhas lucretur: sed si cū proprio seruo se immisceat, tunc seruus, & adultera igni traddantur: quod iuri communi addidit d. Partitæ lex, cum à prædicta l. quanuis, & à d. Authentica sed hodie, cautum nō esset. Alludit enim in hoc, Partitæ lex, ad ius illud antiquum
9 Opilij Macrini: qui adulteros tam perniciali odio prosequutus fuit, vt deprehensos ignibus cremaret: si credimus Iulio
10 Capitolino in vita illius, quāuis seruo cum domina se immiscenti, prædicta pœna ignis irrogata fuisset à l. vnica, C. de mulie. qui se propr. seru. iniun. In dominam verò pęna mortis statuebatur à d. l. non tamen cū prædicta ignis qualitate: & de iure Regni recentiori alia pœ-
11 na statuta est. Adulteri enim per iudicis sentētiam traddantur marito puniendi, vnà cum omnibus bonis suis, vt probatur in l. 1. tit. 7. libr. 4. For. ll. & Gotho. iure in l. 1. tit. 4. libr. 3. & in l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordinam. l. 81. in ordinatio. Tauri, l. 4. tit. 20. lib. 8. Compil. Et in Regno Lusitaniæ tit. 12. Ordinam. §. 1. & 2. & de hac adulterij materia latè ex nostratibus tractat doctissimus Gomecius, & cæteri Glossographi in l. 80. Tauri, Montalu. in d. l. 1. Grego. Lop. in d. l. 15. titul. 17. part. 7. Dieg. Perez in dict. l. 2. Ordinament. Azeued. in d. l. 4. Compilatio. Couar. in 4. Decret. cap. 7. §. 7. Dueñas regul. 101. Bernardus Diaz in practic. crimin. cap. 79. Villalobos in sua collect. in litera A. & C. & ex exteris innumeri Scribentes à prædictis relati, & præcipuè Angel. in parte, *Adulteratos*, Boer. decis. 297. & decis. 319. Tiraquel. in l. 13. Connubi. Iul. Clar. §. adulterium, Bossius tit. de raptu, Mascardus concl. 57. & seqq. qui diuersa statuta, & consuetudines in alijs Regnis referunt super adulterij crimine, & eius pœna. In nostro tamen Regno verissimū est, debere obseruari præd. l. Fori, cùm vsus, consuetudo, & ll. Ordinament. Tauri, & Compilatio. approbauerint: & supra

& supra ostensum est, à qua Fori lege, cùm prædicta pœna statuta esset: de forma tamen probationis adulterij nō esset dispositum, & leges styli ad earū interpretationem conditæ sint, l. nostra huius criminis proba-
12 tionem ostendit, & cum adulterium directò ne vtiquā probari queat præsumptiones lex nostra admisit, l. non omnes, §. à Barbaris, ibi: *Argumentis tamē agnoscendum est*, ff. de re milita. Nam vbi actus non potest probari per sensum, sufficit testes testificari super actibus propinquis, dum tamen adijciant eorum credulitatem, vt probatur in cap. literis, & c. licet ex quadam, de præsumptio. cap. quoties, de testib. Adulterij enim crimen est de illis, quæ occultè fiunt, l. consensu, C. de repudi. Euenit itaquè, vt difficillimæ probationis nūcupetur, & ideò præsumptionibus probari cōuenit, teste Bartol. in l. 2. C. de adulter. in fin. Ias. in l. placuit, C. de iudic. Felino in cap. præterea, in princ. de testib. Couar. in 4. part. 2. cap. 7. §. 7. & consuluit Paris. cons. 32. num. 4. lib. 2. consil. & consil. 6. in fin. libr. 3. Roland. consil. 50. num. 2. lib. 1.
13 Præsumptiones itaq; in adulterio habentur loco probationis, iuxta glos. communiter receptam in cap. literis, de præsumptio. & in cap. præterea, de testib. & ideò nostra lex, cùm hoc crimen ex sui natura difficilis probationis sit; contenta est ea probatione, quę fieri possit ex adnotatis à Ias. in l. si quis ex argentarijs, num. 20. cum sequentibus, C. de edendo, Bald. in Authen. quas actiones, in fi. C. de sacrosanct. Eccles. & latè tractat Felin in cap. veniens, in 2. de testib. Deci. in repet. Rubricæ, de probatio. nu. 66. vbi ait in probanda filiatione, & adulterio admitti probationes
14 pręsumptiuas. Ita vt si testis testificetur de adulterorum commixtione suspectum testimoniū opinetur, vt cōsuluit Marsilis cons. 28. nu. 5.

IN TEXTV, IBI: *Solos en vno, y desnudos.*

Scholium II.

15 VEhemens præsumptio est in causa adulterij, si testes testificētur, adulteros vidisse nudos, & solos, quæ elicitur ex text. in c. literis, de præsumptio. & c. tertio loco, eod.
16 tit. & c. præterea, de testib. Nam vbi credultas est proxima sensui, per quē percipitur veritas, valebit testimoniū, licet testis de ipsa veritate non deponat: secus tamen si testis deponeret de credulitate remota à sensu, quo casu testis nō probat, sicuti si testis

gloſſa in l. 1. C. de ſicar.& probatur ex text.in d.c. præterea, de teſtibus,in fin.verbo, *etenim*, quem ad hoc põderat ibi Aret. num.5.Docuit itaq; Innocent. in cap.præterea, de teſtib.nu.2.

19 Adulterium per præſumptionem quantumuis vehemẽtem, & violentam non probari, niſi fama quoq; adſit: argum. text. in Authentic.vt liceat matri,& auiæ, §. hoc quoque, & §. quia verò plurimas, & text. in c. dixit, 32.quæſtio.1. cui aſſentitur Luc.de Penna in l.quemadmodum,C.de agricol.& cenſit.lib. 11.num. 60. Gozadin. conſ.13. num.36. Quam Innoc ẽtiā opinionem amplexa eſt noſtra lex, dum prædictam præſumptionem cũ fama requirit ad hoc, vt ex ea adulterium probari dicatur: & de duplici fama,eiuſq; diffinitione tractat Bald.in l.ea quidem, C. de accuſation. numer.1.& 2.

IN TEXTV, IBI: *Por ſeñales, ſoſpechas, o preſunciones.*

Scholium IIII.

20 Non ſolùm igitur prædictis anterioribꝰ argumẽtis,ſed & alijs ſignis,præſumptionibus, & ſuſpicionibꝰ adulterium probari, docet lex noſtra, quæ his tribus vocabulis vſa fuit in hac materia,indicio ſcilicet, præſumptione, & ſuſpicione: de indicio habetur in l. indicia, C. de reiuendicat. De ſuſpicione in c.primo ſemper,2. quæſt. . & cap. lixit, 32. quæſtio.1. De præſumptione in d.cap literis, de præſumption.

21 Indicium autem duplex eſt,ſemiplenum ſcilicet,& dubitatũ, l.cum probatio,ff.de probatiõ. de quo non eſt accipienda lex noſtra, cùm ex hoc ſemipleno indicio nemo damnari debeat. Aliud autem eſt plenum, & indubitatum, cuius definitio eſt demonſtratio rei per ſigna diuerſa,per quę animus in aliquo tanquam in exiſtente quieſcit, iuxta d. l. indicia, & l.fin.C. de probatio.ibi: *Indicijs indubitatis.* Hæc igitur ſunt ſigna à noſtra lege requiſita, de quibus eſt inſpiciendus Bal. in l.ea quidem, C.de accuſatio.num.8.& Abb. in cap.tertio loco, de probatio. num.7.vbi tradunt indicia,dici ab indicãdo,l.ſolent,ff.de pręſcriptio. & eorum effectus congeſsit ibidem num.8.

22 Præſumptio tamẽ triplex eſt: alia enim hominis dicitur, de qua l. continuus,§.cum ita,de verborum obligatio.cap.afferte mihi gladium,de præſumptio.cap. ſi teſtes,4.quæſt.3.l.3.ff.de teſtib. de hac igitur præſumptione non tractat lex noſtra,cùm quid certum nõ contineat,& temeraria appel-

appellari soleat, c. absit, 11. q. 3. alia iuris, & de iure dicitur, de qua habetur in cap. is qui, de sponsalib. quæ vehemens præsumptio est, cũ prædictus text. probatione in contrarium non admittat, & necessaria nuncupatur ab Specula. in tit. de præsumption. §. 2. Alia verò iuris, simpliciter tantum appellatur, quæ vehemens, & violenta dicitur, cap. literis, de præsumpt. l. 1. ff. de contrahen. & commit. stipul. & contra hanc probatio recipitur cap. quia verisimile, de præsumptio. cap. super hoc, de renunt. l. nõ est verisimile, ff.
23 quod metus causa. Speculator tamen quatuor præsumptionum species ibidẽ adnotauit, probabilem scilicet, & temerariam: in has enim duas diuisit prædictã hominis præsumptionem: argum. text. in cap. clericus solus, 81. distin. & quæ iuris & de iure est, necessariam vocauit, & iuris præsumptionem violentam dixit. De hac ergo vltima præsumptione, est intelligendus text. noster, qui non ita eam adstringit, vt probatio in cõtrarium admitti nequeat, docet Bald. in d. l. ea quidem, nu. 5. & 6. Abb. in cap. quanto,
24 de præsumpt. num. 2. & 3. Suspicio tamen secũdum eũdem Bald. ibidẽ n. 3. est motus quidam mentis, cum vehemẽti dubitatione, quæ definitio nõ videtur adaptari posse literæ nostri text. nec ex ea adulterium probari poterit, l. absentem. ff. de pœnis. Animaduerto tamẽ prædictam suspicionem intelligi de simplici, iuxta l. de statu
25 ff. de testament. Sed lex nostra loquitur de suspicione mista, cum coniecturis, præsumptionibus, indicijs, adminiculis, & alijs verosimilibus signis, vt habetur in litera nostri text. Hæc enim suspicio præsumptioni iuris æquipollet, l. impuberibus, §. fin. ff. de suspect. tutorib. & sensit Bal. d. num. 3. in fi. quibus accedit glos. in cap. semper 2. quæst. 1. & in cap. oues. 6. q. 1.
26 & in cap. dixit, 32. quęst. 1. Quæ vtitur verbo, suspicione, pro præsumptione, quasi idem sit, & promiscuè eis vtitur, Abb. ind. cap. quanto, nu. 1 & Innoc. in cap. quia verisimile, de præsumptio. docens, vbi idem oritur effectus non esse vim & proprietatem vocabuli discutien-
27 dam. Itaquè cum lex nostra de signis loquatur, accipere possumus de indicio, argumẽto, suspicione, præsumptione, opinione, credulitate, scientia, & fide: de quibus certa doctrina statui nulla ratione potest, sed iudex debet arbitrari, cùm non solùm in materia præsumptionũm, de qu agimus, sed in probationibus eius arbitrium eligatur a iure, ex l. 3. ff. de testib. pul-

pulchrè notat Abbas in d. cap.
28 tertio loco, num. 11. Nec iudex in cauſa adulterij, quoad pœnã aliam arbitrabitur, niſi irrogatam à prædictis Regni ll. quod ſilentio prætereire nolui, falſum enim puto Diegum Perez in l. 1. tit. 15. libr. 8. Ordinamenti, Schol. 3. column. 8. qui ex his præſumptionibus, ſi de adulterio plenè non conſtet, extra ordinem adulteros puniendos opinatur, non animaduertẽs, ſecũdum Regni leges, adulteros à magiſtratu puniri non poſſe, ſed tantùm facinore probato, mariti poteſtati ſubijci, & eo non probato, abſolui mitiorẽ tamẽ pœnam magiſtratus eligere nullatenus poterit: quibus & eadem ratione conſequẽs eſt de adulteris quæſtionẽ haberi non poſſe: iudicis enim hac in re nulla electio eſt, cùm ſolùm abſoluere, vel traddere queat, ſecundùm litis acta, nec pro veritate eruenda quæſtionem adhibebit, quãuis maritus petat: argumentis enim conſtare debet, quibus conuictus reus, & marito tradditus, cùm occidere poſsit, & torquere, non prohibebitur, l. in ſuis, de liberis & poſthum. diſtat tamen à iudicis quæſtione, hìc enim tormentum in pœnam adhibetur.

(?)

IN TEXTV IBI;
Y los hombres del ſeñor de la caſa ſeran recebidos en teſtimonio.
Scholium V.

29 TESTES domeſticos in cauſa adulterij recipi poſſe, cùm huiuſmodi delictũ ſoleat fieri clam, & occultè, iuxta l. conſenſu, C. de repud. nonnullos referens, teſtatur Maſcard. concl. 59. nu.
30 20. & 21. In his enim, quæ domi fiunt, maior fides datur domeſticis, quàm alijs, vt probat text. in l. quoties, C. de naufrag. lib. 10. & in l. lex, quæ tutores, C. de adminiſt. tutor. & in cap. veniens, de teſtib. & in cap. tertio loco, de probatio. & docet Bart. in d. l. quoties, in princip. exiſtimans, in rebus quæ intra nauem, & intra domũ geruntur, teſtes de naui, & de domo priùs admittẽdos, & in eorum ſubſidium alios, idem Bart. in l. ſi quando, C. vnde vi, Felinus in cap. quoties, nu. 2. de teſtib,
31 Sicut in probanda conſanguinitate, conſanguineus melior cæteris teſtibus eſt, vt in d. cap.
32 quoties adnotatur. Et domeſticus propriè dicitur ille, qui nõ ſolùm ſubeſt ratione patrię, vel dominicæ poteſtatis, ſed etiam qui cohabitat, & aliquo modo inferior eſt, ſubijciturq; patrifamilias, vt adnotauit Bald. in l. 2. C. de teſtib. numer. 3, quod, vel

vel ex ipsa ethymologia cõstat, dicuntur enim domestici, quasi domui adstantes, l. pronuntia-
33 tio, §. 1. ff. de verb. signif. Et domestico quoquè testi quoad defensionem credi arbitratus fuit Ægydi. Bossi. tit. de fauori. defensio. num. 4. Cum innocentia possit probari per domesticos, vt in cap. cum Pastoris, 2. q. 7. cap. in decima, 18. quæstio. 2. & plures referens adnotauit Abb. in cap. in literis, de testib. nu. 5.

IN TEXTV IBI:

Y los sieruos atormentados.
Scholium VI.

34 TRANSVMPTA sunt verba hæc à l. consensu, §. sin autem, C. de repud. in illis verbis: *Seruis etiam, seu ancillis, puberibus, si crimen adulterij, vel maiestatis ingeritur, tam viri, quàm mulieris, ad examinandam causam repudij, quo veritas, aut facilius eruatur, aut liquidius detegatur, si tamen alia documenta defecerint quæstionibus subdendis.* Ex quibus verbis constat, serui testimonium admitti in causa adulterij: ita tamen, vt quæstio de eo habeatur, estque vnus ex casibus, in quibus seruus cõtra dominum admittitur, vt probatur in l. 1. C. de quæstion. cùm alioquin seruus etiam in tormento contra dominum nõ testificetur, vt ex
35 illius l. serie constat. Rursusquè hæc seruorum attestatio subsidiaria est in defectum aliarum probationum, vt in dict. §. sin autem, & in nostra l. animaduer-
36 titur. In defectum enim legitimi testis, inhabilis admittitur, cap. veniens, in fin. de testib. & satis probatur in d. l. 1. vbi prohibitus testificari, propter reuerentiam in subsidium testifica-
37 tur. Et laici testimonium cõtra clericum admittitur, in cap. de cætero, de testib. cum esset commissum delictũ in loco vbi alij clerici non erant, licet alioquin laicus contra clericum non re-
38 cipiatur. Rursus & socius contra socium admittitur, in cap. vlt. de testib. cogend. vbi notat Felin. nu. vlt. quando res aliter sciri nõ potest, & satis prædicta sententia probatur in cap. veniens, in 2. de testib. & ibi docet glossa vlt. in princip. & in cap. tertio loco, de probatio. & in c. licet ex quadam, de testib. & in l. si quando, C. vnde vi, & in cap. cum dilecti, de electio. per quẽ textum eidem sententiæ adhæret Bart. in l. quidam relegatus, in principio, ff. de rebus dubijs.
40 Quinimo vnius testimonio propter inopiam probationis statur, in cap. cum itaq;, de consecrat. distinct. 4. & in cap. paruulos, eadem distin. & in cap. quicumque, 11. q. 1. & in l. Theopompus, de dot. præleg. & asse-

rit

41 rit glo.in c.nuper,de teſtib. Et triginta caſus ſpeciales,in quibus vnico teſti creditur, cōgeſsit Specul.Iur.tit.de teſte,§.reſtat,nu.8,
42 Nā vbi materia eſt difficilis probationis, lex cōtenta eſt ſingularibus & inhabilibus teſtibus, docent Bart. & Imol. in l. in illa, in fin.ff.de verb.oblig.& in l. ſi quis ex argentarijs,§.penult. de eden, Bald.in auth.quas actiones,C. de Sacroſ.Eccleſ.ad fin.quibus accedit text.in c.1,de teſti.cogen. vbi
43 priuilegiū nō excuſat à teſtimonio, quando alij teſtes haberi nō
44 poſſunt:& ibi notat Abb.nu.4.& ideo teſtis ſeruus admittit̃ à noſtra lege in vltima eius parte propter probationis defectū,iuxta d. l.1.ff, de quæſt,& text.in l.ſerui,ff, de teſtib.& c,peruenit in 2. de teſtibus cogen,& c.teſtes,40.q.3.

Textus LXIII.

OTroſi, generalmente es regla, que no deue ſer penado hombre, ſi culpa no ouo en el yerro q̄ hizo. Y eſto es verdad de la pena ordinaria: mas por la negligencia penarlo han de pena extraordinaria, que es a aluedrio de juez.

SVMMARIVM.

Dolo, leuiſsima, leui, aut lata culpa, & non aliter, delinqui poteſt.

2 *Dolus voluntati culpa ignorantiæ attribuitur.*

3 *In dolo irrogatur pœna atrox, cùm delictum, quod conſulto fit, atrocitatem contineat.*

4 *Leuiſsima culpa impunibilis eſt, quoad damnū verò & intereſſe, ex ea condemnari quis poteſt.*

5 *Actio pœnalis, an detur pro leuiſsima culpa.*

6 *Leuiſsima culpa, maleficiū non eſt.*

7 *Leuis culpa, an ſit crimen.*

8 *Lata culpa crimen eſt, & quidem graue.*

9 *Ex lata culpa nūquam mortis pœna irrogatur.*

10 *Lata culpa non æquiparatur dolo.*

11 *Quoad damnum pecuniarium lata culpa dolo comparatur.*

12 *Intelligitur text. in l.magna negligentia, de verb.ſignif.*

13 *Interpretantur iura in l.1.§.ſi quis ideo, ff, ne vis fiat ei, & in l.1. verſiculo, lata culpa ff. ſi menſor falſ. mod. dixerit.*

14 *Lata culpa ſecundum Accurſij interpretationem dolo comparatur, exceptis tribus caſibus.*

15 *Verius eſt, vbi tractatur de pœna corporali, latam culpam dolo non comparari, ſecus vbi agitur de pœna pecuniaria, ſiue criminalis accuſatio, ſiue ciuilis actio intendantur, & num.ſeq.*

17 *Si lex dolum requirit, quanuis delinquens puniendus ſit, pœna tantum pecuniaria hoc caſu lata culpa nō æquiparabitur dolo.*

18 *Interpretatur text. in l.1.§. hæc actio. ff. ſi menſor falſ. mod. dixerit,*

19 *Impetu quoque delinqui potest, & quomodo hæc regula accipiatur.*
20 *Ebrius mitius punitur.*
21 *Furiosus non punitur cum distinctione tamen.*
22 *Habens dilucida interualla, si delinquat tempore sanæ mentis, puniendus est.*
23 *In dubio tẽpore furoris præsumitur crimen fuisse commißum.*
24 *Dormiens non punitur, & quando hoc accipiatur.*
25 *Casu etiam delinqui solet, cum distinctione tamen.*
26 *Adnotatur diuersitas inter casum fortuitum, & improuisum.*
27 *Error etiã in delictis cõsideratur. et de errore iuris, et facti disputat.*
28 *Ignorantia an excuset.*
29 *Pœna ordinationis, vel statuti, an exterum liget.*
30 *Si dolus non interuenit in delicto commisso, delinquens non condemnatur in pœna ordinaria.*
31 *In delictis animus inspicitur.*
32 *Diuersitas inter homicidium casuale, & dolosum.*
33 *In dubio semper præsumitur homicidam dolo occidisse.*
34 *Animus probatur per præsũptiones.*
35 *Amicitia coniunctioni præfertur.*
36 *Ordo scripturæ affectionem demonstrat.*
37 *Ex armorum qualitate, & personæ conditione distinguitur, an homicida dolum habuerit.*
38 *Protestatio, an releuet, quãdo quis mandat committi delictũ, ita vt mãdatarius inimicũ non occidat.*
39 *Dolus in genere sufficit ad hoc, vt homicida pœna ordinaria puniat.*
40 *An pœna ordinaria teneatur, qui volens occidere Titium interficiat Sempronium.*
41 *Desidia, & negligentia punitur.*
42 *Septem sunt genera pœnarum: tria capitalia, & quatuor non capitalia, & quomodo hoc accipiatur.*
33 *Quilibet dicitur triplex habere caput.*
44 *Species pœnarum, non capitalium annumerantur.*
45 *Quando à lege pœna præfinita est, e istatur.* [illegible]
46 *Quãdo à lege imponitur pœna, an sufficiat iudicem pronuntiare delictum fuisse commißum.*
47 *Quoties ab eadem lege pro crimine plures pœnæ imponuntur, seu à diuersis legibus pœnæ diuersæ copulatiuè, aut alternatiuè, quid iudex in his casibus facere debeat.*
48 *Inter pœnas mortis iudex quoque eligit.*
49 *Et in his quæ à iure præfinitã pœnam habent, iudex causa cognita potest augere, vel minuere.*
50 *Quando intelligatur hæc regula, vt magistratus nihil contra legis potestatem facere queat.*
51 *Causæ enarrantur, quibus iudex ad augumentum, vel temperamentum impelli queat.*

IN TEXTV IBI:

Si culpa no ouo en el yerro que hizo,
Scholium Primum.

Dolo,

1 Dolo, leuiſsima, leui, aut lata culpa, & non aliter delinqui notiſſimũ in iure eſt, l.1. & 2. ff. de legib. ibi: *Delictorũ, quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur coertio*: & rurſus in illis verbis, *Correctio autem voluntariorũ, & non voluntatariorum peccatorum*: doluſq; vo-
2 luntati, culpa ignorantiæ attribuitur, vt docuit Accurſ. in d. l. 1. Schol. 1. Doluſq; punibilis eſt ſecundũ delicti ſpecie, & qualitatem, l. reſpiciendũ, §. fin. ff. de
3 pœn. Irrogaturq; pœna atrox, cũ delictũ, quod coſulto fit, videatur quid atrocitatis cõtinere, l. auxilium, § in delictis, ff. de minor. l. qui cõtra, C. de inceſt. nupt. l. ſi adulteriũ cũ inceſtu, ff.
4 ad l. Iul. de adul. Leuiſsima autẽ culpa impunibilis eſt, quoad dãnum verò, & id quod itereſt, ex ea ciuiliter delinquẽs, condemnari ſolet legis Aquiliæ conſtitutione, cuius mẽtio fit in l. ſciẽtiam, § qui cum aliter, ff. ad legẽ
5 Aquil. qui text. de leuiſsima culpa verba facit, in lege eñ Aquilia, leuiſsima quoq; culpa cõſideratur, l. in lege, ff. ad leg. Aquil. Quãuis actionẽ quoq; pœnalẽ dari pro leuiſsima culpa, Bart, in l. 1. de legib. n. 4. fuerit opinatus, quẽ improbat Bald. ibidẽ, n. 15. Cini, & antiquorũ autho-
6 ritate teſtantiũ, leuiſsimã culpã maleficiũ nõ eſſe: quinimò Cinus in d. l. 1. ff. de legib. & in l. ſi quis nõ dicã rapere, C. de Epiſc. & cler. contẽdit nõ ſolũ leuiſsimæ, ſed etiã leuis culpæ ratione nullũ poſſe criminaliter puniri.
7 Impugnant tñ eũ in leui culpa, Bald. in d. l. 1. n. 15. & Angel, ibidem nu. 4. aſſerẽtes, leuiſsimam culpam peccatũ non dici, culpã tñ leuẽ inter crimina connume
8 rari. Lata tñ culpa, crimẽ eſt, & quidem graue, & accuſatio pœnalis contra reũ cõpetit ad eius punitionẽ, quãuis accerrima pœ
9 na nõ irrogetur, cũ dolus abſit, l quidquid calore, de regul. iur. l. abſentẽ, in fin. de pœn. l. eiuſdẽ leg. §. ſed ex Senatuſconſulto, l. lege Cornelia, §. cũ quidam, ff.
10 de ſicar, quæ iura de lata culpa loquuntur, quæ tamẽ dolo non æquiparatur, iuxta text. in l. in actionibus, ff. de in lit. iuran. in illis verbis: *Sed in his omnibus ob dolũ ſolum in litem iuratur, non etiã ob culpã*: & quãuis nonnulli hæc verba accipiãt de leui, & leuiſsima, non verò de lata, quæ dolo æquipollet ex text. in l. quæſitũ, verſ. culpã tamẽ, ff. de præcario,
11 Receptiſsimum tamen eſt, hæc iura intelligi quoad damnũ pecuniariũ perſequendũ, non tñ quoad corporalẽ pœnam, iuxta leg. 3. ff. de ſicarijs, nec quoad
12 infamiam irrogandã, iuxta §. ſuſpectus, de ſuſpect. tutor. nec quoad iuſiurandũ in litẽ, vt optimè interpretatur Accurſ. in d. l. in actionibus, verb. *Non etiam ob*

ob culpam, quē sequitur Bart. in l. 1. ff. de iust. & iur. nu. 1. & secundum hāc distinctioné intelligēdus quoq́, est text. in l. magna negligētia, ff. de verb. sign. & in l. 1. §. non autē, ff. si quis test. lib.
13 esse ius. fuer. Hæc tñ Accurs. interpretatio, ex eo corruit: nam etiā vbi tractatur de pœna pecuniaria, lata culpa non cōparatur dolo, iuxta text. in l. 1. §. si quis ideo, ff. ne vis fiat ei, & in l. 2. §. hac actione, ff. vi bon. rapt. Rursus, quia in criminib⁹ expressū text. habemus in l. 1. versic. lata culpa, ff. si mens. fal. mod. dixer. vbi lata culpa dolo cōparat̃, &
14 in §. suspect⁹, inst. de suspect. tut. quibus obstat tex. in l. lege Cornelia, ff. de sica. ibi: *Nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur*, & text. in d. l. in actionibus, ff. de in litē iurādo: vnde Accurs. difficultatem sentiens, aliam regulam constituit in d. §. suspectus, verb. ob culpam eam, nempè, vt
15 lata culpa, etiā in maleficijs dolo æquiparetur; excipiantur tñ ab hac regula tres casus. Primus in delictis publicis, in quib⁹ lata culpa pro dolo nō accipitur, & ita intelligatur text. in d. l. in lege Cornelia, de sicar. Secundus in delatione Sacramenti in litē, iuxta d. l. in actionibus. Tertius quo ad infamiam suspecti tutoris, cui ob dolum irrogatur, nō tñ ob latā culpam, iuxta text. in d. §. suspectus, & eandē interpretationē tradit Accurs. in d. l. 1. si mens. fal. mod. verb. *Cōparabitur*, Sed & huic solutioni refragat̃ d. l. 1. vers. culpa, ff si quis testa. lib. esse ius. fuer. ibi: *Sed culpa dolo proxima dolum repræsentat*, & tñ certissimū est illum text, vt ex eius serie patet loqui in delicto
16 publico, vnde Accurs. aliter interpretatur in l. magna negligētia, glo. fi. ff. de verb. sign. docēs, vbi tractatur de pœna corporali, latā culpā non æquiparari dolo, siue crimē sit publicū, siue priuatum, nulla in hoc diuersitate constitura, & ita interpretanda sint prædicta iura in d. l. in lege, Cornelia, & in l. in actionibus, & in d. §. suspectus, vbi verò agit̃ de pœna pecuniaria, siue criminalis accusatio, siue ciuilis actio intēdantur, hoc casu latā culpā dolo cōparari, & ita exponendā esse d. l. 1. si mens. fal. mod. & omnia iura, quæ vidētur innuere latam culpā in criminibus dolo cōparari: nam quāuis accusatio fuit criminalis, pœna autē fuit pecuniaria, & hęc est vera huius discriminis interpretatio, & placuit Bart. in d. l. 1. §. culpa, vers. i. n. 1. ff. si quis tes. lib. esse ius. fue.
17 Rursusq́; secundū prędict. Bart. ibidē dicta solutio distinctione accipienda est, vt scilicet tūc in pecuniaria condemnatione lata culpa dolo cōparetur, quando lex de dolo mentionē nō facit, sed si dolum in aliquo facto expressè

preſsè requirat, quanuis delinquens puniendus ſit pœna tantū pecuniaria, propter latā culpā, non æquiparabitur dolo, & hic eſt verus ſenſus prædictarū legū legis 2. §. doli mali, verſ. hac actione, ff. vi bon. rapt. & legis 1.
18 §. ſi quis ideo, ff ne ius fiat ei. At huic Bartoli diſtinctioni refragatur text. in d. l. 1. §. hæc actio, ff. ſi menſor fal. mod. vbi lex expreſsè exigit, dolum in actione, de qua ibi: & tamen ſi lata culpa interueniat, dolo cōparari, & eadem pecuniaria pœna reum puniri, ac ſi dolus interceſsiſſet Iureconſultus reſpondit, cui argumento ſatisfacit idem Bartol. in d. §. culpa, nu. 1. vbi ait, edictum prætoris in d. l. 1. dolum nō exigere, licet Vlpianus referendo, mētem edicti dolum deſideret, & ſic meritò lata culpa ibi in cōdemnatione pecuniaria pro dolo accipitur, cùm non expreſsè à lege requireretur dolus ex natura edicti, ſed ex Iureconſulti
19 extēſione. Non etiā ignoro impetu quoq; delinqui Iurecōſultum animaduertiſſe in l. reſpiciendū, §. delinquunt, ff. de pœn. qui exēplum ſcripſit, cum per ebrietatē ad manus, vel ad ferrū venitur, quod & in dormientis, & furioſi delicto poſſemus
20 quoq; animaduertere. In ebrio tñ illud ius ſtatuitur, vt mitius quidem puniatur, cū non ſatis cōpos mentis videatur, l. omne delictū, §. per vinū, aut laſciuiā, ff. de re milit. & maior pœna irrogatur ei, qui frequentius inebriatur, c. ſanè, & c. inebrauie-
21 runt, 15. q. 1. In furioſo verò, & mēte capto diſtinguimus, nam aut ſua culpa incidit in mentis alienationē, quo caſu pœna afficitur, leui tñ, c. ſi quis inſaniēs, 15. q. 1. aut abſq; eius culpa ſuper uenit furor, & tūc ſatis ipſo punitur, l. Diuus, de offi. præſidis.
22 Niſi dilucida interualla haberet, nā ſi delinquat tēpore ſanæ mētis, puniendus eſt, d. l. Diuus, verſ. ſi verò, ſicut & hoc tēpore cōtrahit, & teſtatur l. furioſum, vbi gloſſ. & DD. C. qui teſtam.
23 fac. poſſ. In dubio tamen tēpore furoris præſumendū eſt, erimē fuiſſe cōmiſſum, c. indicas, & ibi glo. 3. q. 9. & quia furor morbus eſt, qui poſtquā radicatur, præſumitur durabilis, l. humanitatis, C. de impub. cuius quatuor ſpecies adnotauit Ludoui. Cel. lect. antiq. lib. 7. c. 1. propè fin. & exempla inſaniæ maximè mira ſcripſit lib. 17. c. 2. & inſanorum quoq; meminit Alex. ab Alex. Gen. dier. lib. 1. c. 9. vbi Tiraq. in eius adnotationib. verb. inſani.
24 In dormiente verò etiam diſtingui ſolet, nam ſi culpa non præceſsit caſum, parcendum eſt vitio naturę, l. fluminum, §. vitiū, ff. de damn. infecto, & quia dormiens furioſo comparatur l. 1. §. 1. de acquir. poſſ. culpam ta-

men præcedere casum asseio, si dormiens sciret hoc vitium sibi euenire, præcauere enim debet, alioquin culpa non caret, vt docuit Florianus in l. si seruus, §. si fornicarius, ad l. Aquil. num. 4. & prædictis conuenit l. Partitæ, 5. tit. 8. 7. p. Cum igitur & in his criminibus ad eorum punitionem culpa desideretur sub lata, leui, & leuissima culpa comprehendentur.

25 Casus etiam hic adnotari solet cum eo delinqui, Marcelus author sit in d. l. respiciendum, §. fi. de pœn. sed & in hoc quoquè hæc regula constituitur, an scilicet culpa præcesserit casum, & tunc reus puniatur, mitius tamen, quã si dolus interuenisset, l. 1. ad l. Cornel. de sicar. l. absenté, ad fin. ff. de pœn. l. respiciendum, §. vlt. eod. tit. l. fluminum, §. quanquam autem stipulatio, ff. de damn. infect. l. 1. §. sed & in maioribus casibus, ff. de act. & oblig. c. de his, 1. distin. aut in casu culpa non adest, & tunc pœna non succedet, cùm tantũ habeat locũ quãdo culpa præcessit, l. si fortuito, ff. de inc. ruin. nauf. l. milites, vers. si verò fortuito, ff. de custod. & exhib. reor. sicq; de casu in principio meminimus? casus enim punibilis sub culpa cõprehenditur, vt ex dictis iuribus constat.

26 Et ex his deducenda est diuersitas inter casum fortuitũ, & improuisũ, quia casus fortuitus dicitur, quãdo culpa nõ præcessit casum, improuisus verò nominatur vbi culpa præcessit, vt Accursi. docuit in l. 1. verb. plerũq;, C. ad l. Cornel. de sicar. quem extolit Bald. in d. l. 1. nu. vlti. & alibi nõ reperiri testatur, cui suffragatur text. ad quem nõ solet animaduerti in l. eum qui asseuerat, C. de sicar. vbi mortẽ sine causa casum fortuitũ Diocletianus appellat in principio: In fine verò in vers. *Cæterum*, quãdo causa, & culpa præcessit casum improuisum, considerat à fortuito distinctũ.

27 Error etiam in delictis considerari solet, an scilicet facti sit, excusat enim: l. 2. § si publicanus, ff. vi bo. rapt. l. miles, §. mulier, ff. ad l. Iul. de adul. l. igitur, ff. de libe. caus. An verò iuris sit, et si ciuilis est; sicut facti excusat, l. si adulterium cum incestu, §. 1. & 2. de adult. Si autẽ quis allegat errorem iuris naturalis, vel quasi, non excusabitur l. venia C. de in ius vocan. & ibi Accurs. in l. respiciẽdũ, in prin. ff. de pœn. & in l. si adulteriũ cũ incestu, §. 1. ante n. 1. ff. de adul. itaq; accipiẽda est l. regula, & l. iuris ignorãtia, ff. de iur. & fact. ignor. & huius rei exempla adscripsit Paulus in l. 1. eod. tit.

28 Et de ignorantia quoquè hic tractari solet, an scilicet in se culpam habeat & delictũ, quo casu punibilis est, cùm lex non solùm sciẽtibus, sed & ignorantibus

tibus fcripta fit, iuxta d.l.1.& 2. ff.de legibus. Secus fi ignorantia in fe crimen non contineret, tunc enim impunibilis effet, l. finalis, ff. de decretis ab ordine
29 facien. Ex quibus de aduena decidit ur quæftio, an eũ aftringat pœna ordinationis, vel ftatuti ciuitatis: nam fi ordinatio condita fit fuper facto culpabili, & damnato exterũ adftringit, cũ ignorantiæ fit admixta culpa, c.præfentiũ, 1.q.5. E conuerfo tamen eum nõ comprehendet iufta & inculpabilis ignorãtia, iuxta dict.l.fin. Idemquè ius ftatuitur in ignorãtia facti, fi enim committitur fine aliqua culpa ignorãtis, ignorans non punitur, l. quicunquè, verfic. quid fi feruus; C.de feruis fugit. Si autẽ culpa infit, pœna afficitur ratione culpæ, l. refpiciendum, §. delinquunt, de pœnis, & doctè confiderat Bald. in l.1. ff.de leg. nu.9.& 10. & 11. & de ignorantia, errore, & titubatione nonnulla congefsit Petr. Gregor. in fintagm. lib.30.c.10.num.2. Ex quibus omnibus apertè cõftat, fiue per errorẽ, & ignorantiam cafum, impetũvè delinquatur, vbi culpa datur, & non alioqui crimen puniri: itaq, rectè principio noftræ l. oftendimus, dolo folum, vel culpa, & non aliter delinqui poffe.
30 Quibus adnotatis, facillimè deuenitur ad noftri text. cognitionem, qui pro regula ftatuit, fi culpa non interuenit in delicto cõmiffo delinquentem in pœna ordinaria dãnari nõ poffe, fed extra ordinẽ coercendũ. Nam in litera noftræ l. culpam pro dolo legere debemus, vt fit fenfus, delinquentem fine dolo pœna ordinaria non plecti: nam fi culpa delinquens careret, nec pœna extraordinaria afficeretur, cum fine culpa ex fuperius confideratis fieri non pofsit, vt pœnæ locus fit, & hic eft peculiaris, propriufq, huius primæ partis noftræ legis intellectus.

IN TEXTV IBI: *Y efto es verdad de la pena ordinaria.*

Scholium II.

31 At l. noftra, vbi dolus ceffat pœnã ordinariã irrogari non poffe, quod fatis probat in d.l. in Cornelia, ff.de fica, in delictis enĩ animus infpicitur l.1. §. Diuus, eod. tit. l.3. §. iniuriç, ff.de iniur. l. qui iniuriç, ff.de furt. & quia nullũ crimen dicitur, nifi voluntarium, cap. vafis, 23.q.4. Delictũ enim non cõfulto, & ex propofito cõmiffum, nomine, & effectu criminis caret, l.1. C.fi aduerf. delict. l.fçpè, in fin. ff.de verb. fign. Ex quo
32 inferri folet ad homicidiũ cafuale, vel culpabile (vt fcriptores nũcupant, in quo voluntas,

dolus, animus, propositum, & consilium non interuenerunt: nam homicida hoc casu pœna mortis nō afficitur, sed alia leuiori, modo, & qualitate culpæ, conditioneq; facti, & personæ animaduersis, iuxta text. in d.l. in lege, & in l.1.C.de sicarijs, & l.1.§. Diuus, vers. sed si claua, & l.3.§. ex Senatusconsulto, ff. eodem, l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis, cap. sicut dignum, de hæreticis, l.4. & 5. titul.8.7.part. l.14. & 15.tit.13. lib.8. Ordinamenti, Quanquā secundum prædictam legem 1, C.de sicarijs, vers. *Quis si probauerit.*
33 *rit.* In dubio semper præsumitur homicidam dolo occidisse, si excipiat itaquè culpam, vel casum sine dolo interfuisse, probare adstringitur. Alleganti enim dolum abesse, incumbit onus probandi: & ratio est, quia offensus intentionē fundat præsumptiuè, ex facti atrocitate, facto enim datur voluntas, iuxta l. reprehendenda, C. de institution. & substitutionibus. Ego tamē semper fui dubius de hac animi probatione, cùm debeat probari non animus, & negatiua qualitatis, sed huic difficultati satisfacit Accursius in dict. l.1. verbo: *Non occidendi animo,*
34 docens, hanc negatiuam probari per præsumptiones, vtpotè amicitiæ consanguinitatis, & qualitatis occisoris: quanuis coniunctionem non esse sufficientem causam testetur Bald. in dict. l.1. num.2. licèt contrarium asserat Bartolus in leg. vt vim, de iustitia & iure, in fine,
35 quod nō disputo. Quoad amicitiam tamen, omnes conueniunt, cùm hæc coniunctioni præferatur, vt docuit Cicero libr.1. Officiorum, & in Lelio, Valerius Maximus lib.4. cap.7. in princ. & de hac re inspiciendus est Aulus Gelius libr.1.c.3. & latè disserit Tiraquelus in l. si vnquam, C. de reuocand. donationibus, verbo, *liberis*, nu. 96. & sequentibus, Alciatus de præsumptionib. regul.1. præsumpt. 28. Petrus Greg. in sintigmat.
23 Si testes sunt noti, & habitātes, qualitas vicinitatis non desideratur.

24 Vicinitatis qualitas per æquipollēs, adimpleri potest.

25 Quando lex aliquid disponit de nouo, præter ius commune, eius requisitum non accipitur pro forma substantiali, sed tantum probatoria.

26 Satis est sequi effectum legis quomodo intendit, licet non eodē modo

27 Sufficit per notarium, vel aliā personam hæredem nūncupari, licet non proprio ore nuncupet testator.

28 Qualitas vicinitatis propriè, & strictè accipienda est, cum vicinus proprie ille dicatur, qui constituit sibi domicilium in aliquo loco cū animo ibi perpetuò manendi.

29 Vicinus ad hoc, ut quis dicatur debet residere in loco habitationis per decennium cum intentione non recedendi.

30 Vulgaris loquendi usus vicinum accipit de propria, & stricta vicinitate.

31 Qualitas vicinitatis, quādo est pro forma non sufficit per æquipollens adimpleri.

32 Scholastici testes esse possunt in testamento nuncupatiuo.

33 Statutum faciens mentionem de ciue, comprehendit etiam habentem ibi simplex domicilium.

34 Homines undecunque venientes, qui in populo degūt d[illegible] vocātur.

35 Statutū concedens aliqu[illegible] specialem fauorem ciuibus compre[illegible] etiam exteros ibi commorantes.

36 Famuli, mercenarij, & seruientes alicui vicino possunt esse testes in testamento, ubi vicini soli in testimonium admittuntur.

37 Qualitas vicinitatis non comprehendit scholasticos.

38 Scholastici clerici habentur tanqu[am] residentes in patria.

39 Statutū ciuitatis non comprehend[it] clericos, nec alios studentes, cùm [illegible] ciues non dicantur, quinimo int[er] viatores annumerētur, semperq[ue] propter animum redeundi in vi[ciniam] esse dicuntur.

40 Lex de vicinis loquens ad hoc, ut scholasticos comprehendat eoru[m] debet specialem mentionem face[re], alioqui enim comprehendi non p[os]sunt.

41 Scholasticus, etiam si per longissimum temporis spatiū in studio steterit, domicilium ibi non contrahit.

42 Onus probandi vicinitatis qualitatem incumbit ei, qui in ea se fundat.

43 Quando à lege, vel statuto requiritur aliqua qualitas ad eius probationem adstringitur, ille, qui eam allegat tanquam sua inten

ſuæ intentionis fundamentum.

44 *Nullo iure cauetur, vt quis ciuis præſumatur illius loci, in quo habitans reperitur.*

45 *Quoties quis habet iuris præſumptionem pro ſe transfert in aduerſarium probandi onus.*

46 *Bene poteſt quis incola eſſe, & non ciuis.*

47 *Ad hoc, vt quis conueniri poſſit, ſufficit ſimplex domicilium, & vera aſsiſtentia in populo, quamuis vicinus proprie, & ſtricte non ſit.*

48 *Si tabellio aſſerit teſtes eſſe vicinos & ſtantes, an ei credatur, & vicinitas ex hoc probetur.*

49 *Enunciatio qualitatis, quæ non pendet à voluntate contrahentium, & enunciantis, nullius conſiderationis eſt.*

50 *Quamuis tabellio aſſerat, teſtatorē eſſe in ſuo naturali ſenſu, non probatur ſenſus naturalis.*

51 *In actu & ſcriptura, in qua requiritur aliqua ſolennitas, non ſufficit tabellionem dixiſſe illam qualitatem interueniſſe.*

52 *Quando tabellio principio inſtrumenti ait:* Petrus vicinus talis populi, *an ex hoc vicinitas probari dicatur.*

Lex LXIIII.

IN TEXTV IBI:

Sino fuere vezino, ò fijo de vezino.

Scholium Primum.

1 FOrum, de quo hic mentio fit, nec vidi, nec audiui in noſtro Regno ſeruari: ſi tamē eius vſus alicubi probaretur, ei ſtādum eſſet, ſicut Hiſpalēſis forus cuſtoditur, vt in inſtrumentis teſtes debeant eſſe tabelliones, cuius meminit Grego. Lopez in l. 54. tit. 18. p. 3. ſchol. 6. qui forus & hodie noſtra tēpeſtate viget. Rurſus, & forus cuius mentionē facit lex noſtra, vt vicini, & non alij teſtes admittantur,
2 pro lege obſeruatur inteſtām. per nuncupationē, tex. in auth. rogati, C. de teſtibus; cui adſtipulatur. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam. quę tranſcripta eſt in l. 1. tit. 4. lib. 5. compi-
3 lation. præſumitur enim vicinos teſtes falſitatem excludere, c. quāto, de præſumptionibus, Bart. & Iaſ. in l. 1. ff. ſi cert. petatur. gloſ. in c. patarus, verbo, *Neſcire*, 23. q. 1. vicini autem à vico appellati ſunt,
4 vt teſtatur Varro, lib. 4. *De lingua Latina*, qui & vicanei dicti ſunt, quia ex eodē vico ſunt, l. 4. de cenſibus, ex quo æthymo. improbatur manifeſtè Bart. opinio, in l. 3. §. ſubuenitur ad. 5. c. Silanian. dū ait, vicinos eos non dici, qui habent ex aliqua tantum parte domos contiguas, ſi illæ aditū aliunde habeant, quod animaduerti debet ad noſtræ legis interpretationem: non enim ita vicinitas, de qua hic reſtringi debet, vt Bartolus putabat, veriorem que in hoc exiſtimo gloſſæ ſententiam,

IN TEXTV IBI: *Por hombres que no pueden ser desechados.*

Scholium II.

18 EX his verbis elicitur probatiſsima ſententia, vt quotiescunque per legem, vel ſtatutũ requiratur in teſte hæc qualitas, vt vicinus ſit: in eius defectum admittantur alij, dummodo ſint omni exceptione maiores, nam cum hæc probatio extraordinaria ſit, & contra ſtatuti, vel legis formã, vel ſaltẽ qualitatẽ, teſtes omni exceptione maiores deſiderantur: nã ſi pro forma ſubſtantiali vicini teſtes deberẽt produci, eius omiſsio actum vitiaret, quantuncunquè, non vicinus teſtis eſſet exceptione maior, iux. adnotata à Bald. in l. 2. C. de ſecundis tabulis, & in l. qui accuſare, C. de ædendo Alex. cõſ. 18. vol. 1. & cõſ. 19. vol. 4. Angelo conſ. 128. Anchar. conſ. 177. Decio conſ. 105. ſolennitas enim, à lege requiſi-
19 ta nõ ſolum probatoria eſt, ſed ſubſtantialis, & neceſſaria, teſte Bart. in l. nemo poteſt, in principio de legatis. 1. Iaſone. 1. lectura, n. 17. in 2. lectura, n. 21. Ripa, nu. 35. Decio in l. 2. C. de bono. poſſ. ſecundũ tabulas, nu. 5. & 6. Aret. in d. l. nemo, col. 2. in principio verſ. *In gloſſa.* 1. Alberto Bruno in tractatu quotuplex ſit forma fol. 13. colu. 2. Alex. in l. 1. de cõdictio. indebiti, Iaſone ibidẽ n. 17. Alciato in d. l. nemo, n. 23.
20 Et hinc ad veram cognitionem noſtræ l. infero intellectũ ad l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam. dubitoque quomodo accipienda ſit qualitas vicinitatis, quæ ibi deſideratur in teſtamento nũcupatiuo, nonnulli enim in ea ſunt ſententia, vt exiſtiment verbũ vicinus, de quo ibi non eſſe intelligendum in propria, & ſtricta vocabuli ſignificatione, ſed in lata & ampla, vt comprehendat, quemlibet municipem habentem ibi ſolam habitationẽ, aut ſimplex domicilium, vt colligitur ex Caſtillo, in l. 3. Taur. col. 1. & ibi notat Palac. Rub. n.
21 6. Dũ exponunt, d. l. ordinam. & ex ea eliciunt teſtes teſtamenti nũcupatiui debere eſſe illius loci, vbi quis teſtatur, & non trãſeuntes, neq; fortuitos, & ita expreſsè volunt illam qualitatem vicinitatis habere relationem, ad habitationem in loco, nõ verò ad ſtrictam qualitatem vicinitatis, & incolatus alioquin, enim prædicta, l. ordinamen. nimium rigorem haberet, & eius occaſione innumera teſtamenta ſubuerterentur aduerſus voluntatem morientium, quæ in omnibus præualere debet, l. 1. cũ vulgar. de Sacroſan. Eccleſ.
22 Rurſus, quia ratio, l. ordinam. ea fuit, vt falſitates ceſſarẽt, vt regulariter ceſsãt per vicinos teſtes, qui-

quibus magis quam exteris cre dendum est, l.1.§.1.ff.de flumin. & notat Matth. de Afflictis, in capit.1.§.si tres, num.3. de pac.
23 tene. Itaquè cum testes sint noti, & habitantes, quanuis propriè, & strictè vicini non sint, legis solennitati satisfieri videtur, præcipuè cum text. in dict. authent. rogati, C. de testibus, ex qua sumpta est dict. lex ordinamenti, hoc tantum requisitū desideret, vt testes noti sint, & non fortuiti, & transeuntes, vt facilè, scilicet, adinueniri possint ad testamenti comprobationem, cùm opus fuerit, vt docet Gregor. Lopez alios referēs in l.1.titul.1.part.6.verbo: *Ante siete testigos*, quæ ratio suadetur, ex authent. de testibus, §. si verò ignoti, collatione.7. & in authent. de instrum. cautè & fide, §. oportet, collation.6. ibi: *Maximè autem testes non ignotos*, & in l.final. §. sin autem dubius, C. de iur. deliber. cui est similis text. in l.5.titul.6.part.6. Itaquè cū omnes considerationes, quibus moueri posit prædicta ordinamenti lex verificentur, in noto teste, habentequè simplex domicilium, stricta vicinitas admittenda non erit, argument. text. in l. adigere, §. quanuis, ff. de iure patro. l. quod dictum, ff. de pactis, cum latè traditis, per Tiraquel. in tracta. cessante cau
24 sa, prima part. nume.130. Cum illa vicinitatis qualitas, per æquipollens adimpleri posit, l.
25 si mater, ff. de institutio. & substitutio. nam quando lex vel statutum aliquid disponit præter ius commune, vt in dict. l. ordinam. eius requisitum non accipitur pro forma substātiali, & necessaria, sed sufficit vt adsint demonstrationes aliæ ad hoc, vt legi satisfactum sit, solennitas enim probatoria non inducit actum nullum in contrariū factum, quando habetur idem effectus probationis, satis enim est sequi effectū quomodo lex
26 intendit, licet non eodem modo, iuxta adnotata per Bart. per text. ibi, in l. Gallus, de liber & posthum. sicut in simili videmus legem requirere pro forma, vt testator proprio ore coram testibus exprimat nomina hæredum, l. hæredes palam, in principio, ff. de testamen. & l. iubemus, C. eodem titul. & tamē
27 sufficit æquipollens per notarium, vel aliam personam, qui coram testibus nuncupent nomen hæredis, vt docet glo. in d. l. iubemus, quam inquit communiter receptam Ias. in dict. l. 1.n.17. ex tx. notabil. in l. nemo, in prin. ff. de hæred. instituend. ex quo Diegus Perez in dict. l. 1. tit.2.lib.5. ordinam. pag.88. firmat in testamēto nuncupatiuo, testes propriè vicinos nō desiderari, sufficereque notos esse

in

in populo, ita vt ceffet timor fal fitatis.

28 Alij tamen qualitatẽ vicinitatis propriè, & ftrictè accipiendã putant, cũ vicinus incola dicatur, qui conftituit fibi domicilium in certo loco cum animo, & intentione, ibi perpetuò manendi, iuxta tex. in l. 2. & in l. ciues, C. de incol. libr. 11. & in l. pupillus, §. Incola, ff. de verborum fignification. & in l. lex Cornelia, §. fi tamen, ff. de in iur: vbi latifsimè fcribentes

29 docẽtes, ad hoc vt vicinus quis dicatur debere confidere in loco habitationis per decenium cum animo perpetuò manẽdi, & non recedẽdi, iuxta l. incola, ff. ad municipa. in quo fignificatu aiunt, accipiendam effe prædictã l. 1. ordinamenti, quæ vicinos teftes requirit, aliasq; illius codicis leges, in quibus prædictæ qualitatis mentio fit, nempè in l. 16. titul. 4. libr. 4. ordinamenti; ibi: *Qualquier tributo q̃ los vezinos de la dicha ciudad*, l. 5. eodem tit. ibi: *Segun otros femejantes vezinos*, l. 26. ibi: *Que los vezinos de la ciudad de Seuilla*, l. 27. ibi: *Que los vezinos*, titul. 1. lib. 7. ordinamenti, & eodem modo intelligi putant alias Regni leges, videlicet in l. 2. tit. 19. p. 3. ibi: *Deuen fer vezinos*, & in l. 2.

30 tit. 8. lib. 8. fori, & in toto tit. 9. lib. 7. nouæ Compilatio. In vulgariquè loquendi vfu, verbum, *Vecinus*, de propria & ftricta qualitate vicinitatis intelligi dicunt, vt in fpecie legis ordinamenti docuit Burgos de Paz in l. 3. Taur. 1. part. numer. 367.

31 Nam cum qualitas vicinitatis fit forma fubftantialis teftamẽti, ex l. ordinamenti, non poteft vicinitas per æquipollens adimpleri in habitatoribus tantũm animo recedendi, qui fimplex domicilium habere dicuntur, ex gloffa notanda in clement. 1. verbo: *Tertio*. de vita, & honefta clerico. quam pluribus exornat Molin. lib. 1. de Hifpanorum primogen. capit. 6. numer. 37. annoquè 1580. Salmanticæ initio ftudiorum meorum vidi hanc quęftionem fatis controuerfam fuper teftamento cuiufdam Antonij Ferdinandi de Arellano, qui per nuncupationem teftamentum condidit, in eoquè adhibiti fuerũt quinquè teftes fcholaftici Vniuerfitatis Salmanticenfis, confultiquè fuerunt Doctores Nauarrus, Acofta, Moya, Solifius, & Diegus Henriquez iuris Cæfarei, & Pontificij præftabiles profeffores in Gymnafio Salmanticenfi; confuluerunt què teftamentum valere ex anterioribus forfam confiderationibus, & ex gloffa in capite ftatutum, §. cum verò, de refcriptis, libro. 6. verbo: *Eiufdem*, & verbo; *Vnam dictam*,

32 Quippe quæ ait, scholasticos testes esse posse in testamento nuncupatiuo, quam ibi cōmendat Dominicus colum. penul.
33 Inquit enim statutum faciens mentionem de ciue comprehēdere etiam habentem ibi simplex domicilium, quanuis aliàs non sit ciuis, quando mens, & ratio legis id suadet, & patitur quasi in proposita specie ratio, & mens optime patiantur, vt scolastici vicini dicantur, licet verè quoad munera, & onera, & alias functiones ciues non sint, tex. in l. prouincialem, vbi notat Alciat. de verbo. significat. quod etiam confirmatur ex aurea doctrina Bald. in cap. cū ab Ecclesiarum, nu. 13. in fine de offic. iudic. ordin. vbi inquit (per tex. in authen. de quæstore, quē
34 reputat singularem) homines vndecumq; veniētes, qui in populo degunt, de eo vocari, & tanquam populares defendi in omnibusq; haberi: & ponderat prædictam authenticam, versi. *Magna vero est hæc ciuitas*, ibi: *Hæc ciuitas nostra ex turbis diuersorum hominum*, ex qua infert statu-
35 tum indulgens aliquem præcipuum fauorem popularibus respicere, etiam aduenas commorantes. Cōsideraturq; scholasticum vicino comparari posse, cū in codice studentium adscriptus sit, domumq; habitationē, & parochiam certam habeat, vt in simili arbitratus est Gregor. Lopez in l. 1. titul. 1. part. 6. asserens famulos mercenarios,
36 & seruientes vicino alicuius loci, posse esse testes in testamento nūcupatiuo, licet verè & propriè vicini non sint, quia quoad hunc effectum habentur pro vicinis, ex quo ibi habitāt, & simplex domicilium habens, & notat eruditè, Bart. cons. 42. nu. 3. firmans, famulum esse ciuem, & incolam eiusdem ciuitatis, ita vt & maiori ratione prædicta doctrina in scholasticis locū habeat, cum eorum habitatio magis certa, nota, & continua sit, per spatium quinquennij, regulariter enim toto hoc tempore assident, famuli tamen varij sunt, dominumq́ue, & locum passim mutant: prædictam itaque opinionē præfati grauissimi patres admiserunt tanquam testamentis fauorabilem, iuxta tex. in l. si pars, in principio, ff. de inofficios. testam. capit. final. cum ibi notat. de re iudicat. vt aliàs consuluit Barbat. cons. 6. colum. 2. vol. 1.
37 E conuerso tamen prædictam qualitatem vicinitatis non cōprehendere scholasticos asserimus, cum animo tantùm ad patriam redeundi assideant, à qua abesse non videntur, ex l. 1. C. de verbor. significat. l. quæsitum. 76. in principio, ff. de legat. 3. l. Seiæ. 20. §. Pamphilæ, ff. de fund. in-

38 Inſtruct. Et ſi clerici ſunt, habẽtur pro aſsidentibus in patria, ex cap. vltimo de magiſtris, cũ vulgaribus, dicunturq́ue dum ſtudent eſſe in via, viatoreſq́ue nuncupantur, ex l. 1. C. de verb. ſignifi. l. ſi lõgius. 18. §. ſi filiusfamilias, ff. de iudic. Alex. Iaſ. & omnes in l. cum filius familias, ff. ſi cert. peta. Bald. in l. 1. C. vbi
39 de crimi. agi oporte. Et conſequẽter ſtatutum ciuitatis de ciuibus loquens eos non comprehendere, docet Paul. Caſtr. in l. cotem, §. Dominus, num. 2. ff. de publi. & vectigal. & in l. ſi ſullo, nu. 4. ff. de cõdictio. ſine cauſ. & ſcribentes communiter, in l. ſi Barſatorem, C. de fideiuſſo. & teſtatur glo. in cap. quæ contra 8. diſtinctione, verſ. *Aut*, Oddofred. in l. 1. colum. 2. C. de ſumma Trinita. Hippolyt. de Marſil. in l. final. num. 131. ff. de iuriſdictio. omni. iudic. legemq́; de
40 vicinis loquentẽ adhoc, vt ſcholaſticos complectatur, eorum ſpecialem mẽtionem facere debere, præſupponunt Bart. in l. non tantum, §. ſi emancipatus, ff. de bonor. poſſ. contra tabul. Alex. cõſ. 32. num. 3. lib. 5. & plures referens arbitratur communem Deci. conſ. 457. num. 11. & tradit Paul. Caſtren. in l. ſi vicinus, nu. 4. C. de teſt. mili. & in l. nulla iuris n. 4. ff. de legibus, qui bus ſuffragatur, l. 2. C. de incol. lib. 10. ibi: *Neq; hi, qui ſtudiorũ cauſa aliquò morantur, domicilium ibi habere dicuntur*, l. Cornelia, §. ſi tamen, ff. de in iur. ibi: *Ponamus enim ſtudiorum cauſa Romæ agere, Romæ igitur domicilium non habet*, & in indiuiduo cenſuit Bart. in l. quæſitum, in principio, num. 2. ff. de legat. 3. & in l. lex Cornelia, §. ſi tamen, nu. 1. ff. de in iur. Paul. Caſtren. in l. hęres abſens, §. ſi quis, num. 12. ff. de iudici. Bald. poſt Iacob. Butrica. in l. 1. verſ. *Quarto quæro*, C. vbi de crimi. agi oporte. Platea in dict. l. 2. C. de incol. lib. 10. Panormit. in cap. nullus Epiſcopus, num. 4. de paroch. Idem in proœmio Gregoriano, num. 18. vbi Cardinal. Zabarel. in §. Gregorius, n. 5. idem Panormit. & Felin. in c. quod clericis. num. 4. de fōr. cõpeten. & in cap. vltimo, de paroch. Socin. conſ. 35. colum. penultim. volum. 1. Roland. à Valle, conſ. 29. num. 51. volum. 3. Aretin. in l. ex pacto, §. verum, ff. de
41 hæred. inſtitu. nec omitendus eſt Bartoli locus in l. quęſitum, ff. dę legat. 3. & in l. 2. de incol. docentis, ſcholaſticum ſtantem per lõgiſsimum tempus in ſtudio, non contrahere ibi domicilium, quem ſequitur Roland. cõſ. 89. num. 51. vol. 3. & hęc lis in gradu appellationis diſcuſſa fuit ſatiſq́ue controuerſa in Valliſoletano prætorio, & tandem iudicatum fuit teſtamentũ nul
42 lum fuiſſe.

42 Hic etiam dubitari solet, cui incumbat onus probandi hanc vicinitatis qualitatem, eique in cumbere, qui testamento nititur, docuit Bald. cons. 198. cuius initium est: *Statutū ciuitatis*, numer. 1. lib. 2. Socin. cons. 55. lib. 1. post nume. primum, Philipp. Deci. cons. 105. num. 4. versi. *Secundo potest*, & in specie legis ordinamenti docet, Tell. in l. 3. Tauri, 2. part. numer. 5. Auend. respons. 14. num. 2. vers. 4. Burgos de Paz in l. 3. Tauri, n. 520.

43 Nam quando ab aliqua lege, vel statuto, foro vè, de quo fit mētio in nostra lege styli, requiritur in teste aliqua qualitas probari debet ab illo qui fundat se in teste, hæc enim qualitas non præsumitur nisi probetur, ex Angel. in l. 1. §. diem, ff. quemadmodum testamen. aperian. quem referens sequitur Deci. dict. cons. 105. num. 4. Hippolytus de Marsi. in l. si quis nec quæstio, num. 130. vsque ad nu. 137. vbi singulariter loquitur, ff. de quæstio. Roland. à Valle, consi. 84. num. 7. lib. 3. Gregor. in l. 15. titul. 9. part. 4. verb. *De buena fama*, Auend. dict. respons. 14. nu. 2. vers. *Quarto singulariter*, idem de exequend. mandat. cap. 6. numer. 6. Molina de primog. libr.

44 2. cap. 6. nume. 30. cui doctrinæ accedit, nullo enim iure cauetur, quem ciuem esse præsumēdum illius loci in quo habitās inuenitur, imo omnino contrarium in iure receptum est ex l. 2. C. de incol. libr. 10. & ex l. lex Cornelia, §. si tamen, ff. de iniurijs, & ex l. 1. ff. ad municip. ibi: *Recepti in ciuitate*, quæ receptio, cùm sit facti, non est præsumenda, l. in bello, §. factæ, ff. de captiu. & postlimin. reuers. præcipuè in municipijs splendidissimis, in quib' diuersæ, ignotæque gentes cōfluūt, ex l. 2. §. deinde cum placuisset, ff. de origi. iur. ibi. *Non sufficiente eo pratore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitate veniret creatus est alios prator*, quibus & alijs rationibus hoc admittit Burgos de

45 Paz in l. 3. Tauri, 1. part. nu. 524. cum sequētibus, nec ignoro opinionem Gregorij Lopez in l. 1. titul. 1. part. 6. verbo. *Ante siete testigos*, quippe qui ait testes vicinos præsumi, quasi onus probationis trāseat in aduersariū, nec incumbat illi qui in qualitate vicinitatis se fundat ex vulgari iuris traditione, vt quotiescūq; quis habet iuris præsumptionem pro se, transferat in aliū probandi necessitudinē, Bartolus tamen, & Felinus, quos Gregorius allegat in diuerso casu loquuntur, scilicet, quando quis in municipio, vbi habitat habet maiorum bonorum partē, nec aliud domicilium, nec vicinitas ei agnoscitur, nec etiam hoc casu ait Bartolus, quem præsumi

fumi vicinum, fed incolam,
46 quoad hũc effectum, vt ibi pof-
fit conueniri, quod à vicinitate
diuerfum eft, cùm pofsit quis
effe incola, & non ciuis, l. incolā
ad municipalem: nam ad hoc vt
47 quis conueniatur, fufficit vera
afsiduitas, fine ftricta vicinita-
tis qualitate, cap. ex parte, ibi:
*In qua interdum confueuit commo-
rari*, de foro competenti, l. 2. ibi:
Vbi degit, C. vbi de crimine agi
oportet, l. quisquis. 16. ibi: *Si in
prouintia fit verfatus*, C. fi cert. pe
tat. l. 2. ibi. *Aut vbi afsiduè con-
uerfatur*, C. vbi Senatores, vel cla
rifsimi, & cenfent Innocentius
in dict. cap. ex parte, num. 1. vbi
Abb. num. 8 Idem in cap. quod
clericis, num. 5. de foro compe
tenti, Felinus in cap. dilectus. 2.
num. 12. de refcriptis, verb. *Vi-
detur tamen*, Marian. Socin. in c.
vltimo, num. 26. de foro compe
tenti, doctrina itaquè Bartoli ni
hil ad rem fpectat, noftræquè le
gis intellectum, & ratione non
perfpexit Gregorius vbi fupra,
quinimo ipfemet fibi contra-
rius eft, in l. 15. tit. 9. part 4. verb.
De buena fama, infpiciendusq;
omninò eft Paulus Parifius co-
fi. 24. colum. 3. num. 15. lib. 3. Ay
mon, de antiquitate, 1. part. §.
quæritur, num. 39. fol 57.
48 His confequens eft, fi tabellio
afferat, teftes effe vicinos, & ftan
tes, non tamen teftimonium, &
fidem perhibeat de eorum vici

nitate, an formæ prædictæ legis
fatisfactū videatur, & fane præ-
fata verba enuntiatiua funt, ex
quibus plena vicinitatis proba-
tio non oritur, vt teftantur Ale
xander conf. 136. num. 11. lib. 1.
ipfe Alex. conf. 202. num. 3. lib.
2. Decius conf. 593. num. 1. Ro-
befcala ad Alexandrum confil.
21. lib. 1. num. 4. verb. *Enuntiato*,
& eft communis opinio fecun-
dum Curt. iuniorem conf. 24.
num. 3. & conf. 95. nu. 1. Crauetā
conf. 29. num. 1. ad finem. Præci
49 puè cum enunriatur qualitas,
quæ non pendet à voluntate cō
trahentium, neque enuntiantis
veluti in teftis vicinitate, quam
neque contrahentes, nec tabel-
lio indulgere, aut auferre pof-
funt, neque habent animum dā
di, nec detrahēdi, quo cafu nul-
la verba enunti atiua prędictam
qualitatem probare queunt, vt
fingulariter animaduertit An-
dr. Alciatus conf. 9. numer. 12.
50 hincque corollariè infertur, vt
quanuis tabellio afferat, teftato
rem effe in fuo naturali fenfu,
& iudicio ex prædicta affertio-
ne, fenfus non probetur, cùm
fit enuntiatio qualitatis intrin-
fecæ, ex Alex. conf. 86. nume. 8.
lib. 2. & conf. 141. lib. 1. & ita iudi
catum fuit à decifione Lufita-
na. 98. & teftatur Gregorius Lu
pus in l. 2. verb. *Todo home*, tit. 4.
par. 3. Burgos de Paz conf. 11. nū
mer. 17. & Melius Baldus in l. 2.
C. de

C. de iure hastæ fiscalis, lib. 10. 51 qui opinatur in actu, seu scriptura, in qua requiritur qualitas, vel solennitas, non sufficere, tabellionem dixisse, prædictam qualitatem interuenisse, nec eius assertioni standum, de quare intuendus est Menoch. de arbitrar. casu. 108. numer. 25. Salicus in l. ius iurandi, C. de testib. Boerius decis. 37. numer. 5. vbi referens consilium Siculi, Pauli, & Bolognini, hanc esse com- 52 munem sententiam contendit, & indiuidualiter, quãdo aliquis tabellio principio instrumenti ait: *Petrus vicinus talis populi*, ex his verbis vicinitatem non probari docet Alexand. consil. 16. n. 12. vers. præterea, lib. 5. Porro igitur vicinitatis qualitas, de qua in nostra lege, cum prædictis interpretationibus, & considerationibus accipienda erit.

Textus. L X V.

SI alguno es emplazado, que venga a ante el Alcalde à cumplir de derecho, sobre algun yerro, ó si es dado por fechor del yerro, y el otro embia dezir por el, que dara fiadores de parecer ante el Alcalde, y de cumplir de derecho no se los deue el Alcalde recebir. Mas venga ante el Alcalde: y entonce si el Alcalde hallare que deue recebir fiadores, recebirselos ha.

SVMMARIVM.

1 *Citatus in causa criminis, & si offerat fideiussores iudicio sisti, non est audiendus, cum ipsemet iudicio superesse debeat.*

2 *In criminibus nemo defensorem habet.*

3 *Excusator, an admittatur pro absente.*

4 *Quæ consistunt in statu personæ per fideiussorem non exercentur.*

5 *In crimine iniuriarum tantum illustris persona potest per procuratorem se defendere.*

6 *Citatus in dubio iudicẽ adire debet.*

7 *Apud iudicem non suum citatus an comparere debeat.*

8 *Quando in ius vocatus certus est, iudicem iurisdictione carere, an comparere debeat.*

9 *Diuersitas est inter exemptum à iurisdictione ipso iure, vel ex priuilegio.*

10 *Si iudex secularis super causa spirituali laicum citaret comparere hoc casu non adstringeretur.*

11 *Diuersitas est inter iudicium contemnentem, qui nulla exceptione vti potest, & inter illum, qui exceptione iuuatur.*

Lex

Lex. LXV.

IN TEXTV IBI:

No se los deue el Alcalde recebir.
Scholium Primum.

1 Sententia huius legis est, citatum in causa criminis offeretem si deiussorem iudicio sisti non esse audiendum; cum ipsemet iu-
2 dicio superesse debeat. Ratio huius legis satis patet, in criminibus enim, per fideiussorem; procuratorem, defensorem, nec excusatorem nemo auditur, l. penultima, §. ad crimen, ff. de publicis iud. cap. absens, 3. quæstio. 9. & quoad procuratorem innumeræ huius regulæ reddũtur rationes abscribentibus, vt cernere licet ex Hispano Gomecio delictorum, cap. 3. ex numer. 12. Egidio Bosio: *In titul. an in criminalibus iudicijs; quis posit pro absente intervenire:* Iulio Claro lib. 5. quæstio. 32. Ferrario in praxi tit. *Forma Inquisitionis*, nu. 34. Iacobo nouello in tract. ad defensam, cap. 1. num. 7. qui & innumeros recensent receptaque traditio est: de defensore ta-
3 men, & excusatore hæsitatum fuit, an admitti pro absente posset, de qua re Bosius in dict. titul. an in criminalibus iudicijs ex numer. 1. latè tractat Parladoriusque rerum quotidianarum, cap. 20. num. 3. vbi partem affirmatiuam sequitur ex rationibus, quas ibi adscribit, & in quo distet defensor ab excusatore tradit, & ideo hęc & quia vulgatissima sunt, sciens & prudens omitto, sed quoad nostrũ tex. qui nec pro absente, *Iudicio sisti*; cautionem admittit, ratio
4 erit. Ea enim, quæ consistunt in statu personæ per fideiussorem exerceri nequeunt, l. iubemus, C. de mancipatione liber. ratioque ea communiter traditur: nam corporalem pœnam fideiussor pati non potest, l. liber homo ad legem Aquiliam, l. sancimus, C. de fideiussor. l. siquis reum, de custod. rerum, vbi Doctores notant, & iure regio, l. 10. titul. 29. part. 7. vbi Gregorius Scholio. 5. si igitur ex delicto irroganda non esset corporalis pœna fideiussor intercedere posset, vt in procuratore dicimus, ex textu in l. 1. ff. an per alium causæ appellation. & in
5 illustri persona idem statutum est, qui ratione dignitatis accusare, & se defendere per alium potest, l. vltima, C. de iurijs quã uis in crimine tantum iniuriarum hoc procedere, cum ex eo pœna corporalis non irrogetur arbitretur bonus Gometius delictorum, cap. 1. nu. 15.

(?)

IN

IN TEXTV IBI.

Mas venga ante el Alcalde.
Scholium II.

6 SEntentia huius legis in hac secunda & vltima parte est, citatum in causa criminis, vt iudicio ipse superfit, non debere distinguere, an irroganda sit pœna corporis necne, sed magistratum necessariò adire debere, qui ex qualitate causæ æstimabit, an fideiussor pro eo intercedere debeat? ratioque ea est, nunquam enim accersitus debet contemnere ius dicentis au
7 thoritatem. Quinimo etiam si iudex suus non esset, vel priuilegium quis haberet, iudici obtẽperare debet, & ad eum accedere priuilegium suum demonstraturus, iuxta. Vlpiani responsum, in l. si quis ex aliena, ff. de iudicijs, ex quo eliciunt scribentes in ius vocatum à magistratu non suo, in dubio superesse debere, opponereque declinatoriam: intẽtio enim iudicis euocantis fundata est, cum accersitus in eius iurisdictione repertus sit, iux. Innocentij doctrinã in c. Romana, de appellationibus, lib. 6. nu. 2. vbicunque enim potest esse quæstio de iurisdictione per modum emergentem, cognitio, & pronuntiatio ad illum iudicẽ spectat, & ideo vocatus in iudicium accedere debet: nam saltem quoad hunc articulum prædictus magistratus iurisdictione non caret, vt docuit Baldus in dict. l. si quis
8 ex aliena, num. 2. licet hoc limitet, quando in ius vocatus certus esset, iudicem iurisdictionẽ non habere, ex text. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit, vbi ante eum opinatus fuit Accurs. verbo: *Sciatur*, vbi distinguit, an quis sit de iurisdictione, & tunc accedere debet, aliàs punitur, iux. text. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. aut cõtrouersa iurisdictio est, & hoc casu etiã accersitus ius dicẽtem adire debet, iux. d. l. si quis ex aliena, aut sine controuersia iudex iurisdictione caret, non enim hoc casu vocatus iudicio superesse tenebitur, iuxt. d. legẽ finalem, ff. de iurisdictione omnium iudicum, & Accursio assentitur Innocentius in dict. capit. Romana, num. 2. & 3. & in cap. venerabili, de censibus, num. 5. & Albericus in d. l. 2. ante numerũ primum, vbi diuersitatem consti-
9 tuit inter exemptum à iurisdictione ipso iure, per exceptionem vero, ille enim in ius vocatus obtemperare non adstringitur, hic verò obedire debet, & ideo si iudex secularis clericum euocaret, vel laicũ super causa me-
10 rè Ecclesiastica, & spirituali, respondere vocatũ non debere, author est Innoc. in c. 2. de dilat.

num,

nu.3.vbi huius rei exempla plura ſcribit, caſuſquè recuſet, in quibus prædictus accerſitus iudici obtemperare non cogitur alioquin verò ſi nihil turpe expreſſum ſit in citatione, nec cõſtat de fraude aduerſarij, nec ſubeſt cauſa ipſo iure, quare iudicis præſentia recuſetur vocatum ire ad iudicium debere allegaturum ius ſuum prædictus author cenſet. Illud tamen in
11 hac vulgari materia animaduerſione dignum eſt, nempe vt diuerſitas ſit inter iudicium contemnentem, qui nulla exceptione vti poteſt, & inter illum, qui exceptione iuuatur, ille enim puniri & multari poteſt prętextu contumaciæ: qui priuilegiũ tamen & exceptionem legitimam habuit, puniri poteſt, non tamen multari cõtumacis multa, cum non poſsit dici contumax verè nec interpretatiuè, qui exceptione nititur, vt eleganter adnotauit Innocentius in dict.cap.2.num.3.

Textus LXVI.

EN el titulo de los emplazamientos à vna ley, que comiença: Si algun ombre fuere demandado ſobre alguna palabra, emplazelo el Alcalde, entiendeſe por ſi, ò por ſu carta, ò por ſu ombre, ò por ſu ſello, conocido, ſegun dize la ley deſte titulo de los emplazamientos, que comiença: Si el Alcalde. Otroſi ſobre aquella palabra que dize: Sino fuere arraygado, recaudenlo: eſto vſan aſsi deſta guiſſa, que ſi el fecho es tal porque eſtonce es fecho de nueuo, y el que dizen y acuſan que lo fizo que merezca pena de muerte, y de perdimiento de mienbro prenderloha, maguer ſea arraygado, ò de fiadores. Mas ſi el fecho, no es deſtorce fecho, que era ya de antè fecho, eſtonce ſe deue guardar eſto, que reſpõda ſobre rayz, ſi la ha, ò ſobre fiadores.

SVMMARIVM.

1 *CItatio propio ore iudicis alias ſuperat, trinæque citationis lolo ſubrrogatur.*

2 *Licet ipſemet iudex non citet, ſed eius apparitor iudice præſente, peremptoria citatiõ dicitur.*

3 *Si quis caſu, & non citatus coram iudice adſit, an eius præſentia vim citationis habeat.*

4 *Nemo verus contumax dicitur niſi qui citatus reſpondit ſe nolle venire.*

5 *Duo caſus ſimiles ſunt, vel reſpõdere ſe nolle venire, vel iudiciũ aditum recuſare, quãdo ipſemet iudex ore propio citauit.*

6 *Alius in ius vocandi modus, eſt per literas iudicis, per eiuſque epiſtolam.*

7 *Per epiſtolã innumera fieri poſsũt*

8 *Epiſtolarum libros innumeros Iureconſulti ſcripſerunt.*

9 *Epiſtolæ epithetæ, quid.*

10 *Citatio an poſſit à iuſdicente par*

ti committi.

11 *Ius quoque Pontificium citationũ per epistolam meminit.*

12 *De literis cõmẽdatitijs tractatur*

13 *Iureconsulti priscis temporibus per epistolam ab absentibus consulebantur.*

14 *Non sine præfatione consultatio fiebat, siue per epistolam, siue viua voce fieret.*

15 *Verba præfationis erãt, vellim rescribas, vel rogo rescribas, &c.*

16 *Interpretatur tex. in l. vltima, ff. de minoribus.*

17 *Locus fragmentorum exponitur.*

18 *Interpretatur lex. miles, §. quidam accusare. ff. ad l. Iul. de adulterijs.*

19 *Interpretatur lex Latinus Largus, de legat. 2,*

20 *Interpretatur lex Latinus Largus, ff. qui sine manumissione ad libert. peruen.*

21 *Interpretatur lex ex sextante, §. Latinus Largus, ff. de exceptione rei iud.*

22 *Exponitur lex postulante, § sed & in huiusmodi, ff. ad Trebellianum.*

23 *Declaratur lex Domitius, qui testamenta facere possunt.*

24 *Interpretatur lex Plotiana, de iure codicillorum.*

25 *Exponitur l. Zicinnius Loquesta, de legat. 2.*

26 *Interpretatur, l. Saluius Aristo, cũ alijs multis iuribus, vbi quæstioni per epistolam proposita, & per epistolã Iureconsulti responderunt.*

27 *Alius modus citandi est per Nũtium iudicis.*

28 *Qui propie Nuntius dicatur.*

29 *Viator quoque Nuntius in iure dicitur, referturquè antiquitas, qua proceres per viatores accersebantur.*

30 *Nuntij apparitores quoque dicti sunt.*

31 *Missus quoq; Nũtis vocatur.*

32 *Nũtius quoq; officialis dicitur.*

33 *Notarij quoq; Nũtij dicuntur.*

34 *Executores quoque Nuntij nuncupantur.*

35 *Portarij quoque de iure canonico Nuntij dicuntur.*

36 *Ministri quoq; Nũtij dicũtur.*

37 *Cæsariani etiam Nuntij nuncupantur.*

38 *An solus apparitor fidem faciat.*

39 *Alius modus citandi à nostra lege inuentus est per iudicis sigillũ, quod notum, & authenticum esse debet.*

40 *An sigillo priuatæ personæ credatur.*

41 *An possit quis alieno signo signare*

42 *Interpretatur lex ad testium, §. si signa, de testam.*

43 *Sigillum multifariè in iure accipitur.*

44 *Sigillum notũ esse debet, & ideo in rescriptis apponitur frequens clausula sigilla nr̃a apposuimus.*

45 *Tabelliones signo noto signare debẽt, nec à consueto recedere possunt, & ideo in titul. approbationis signum apponitur, vt fraus cesset.*

46 Si-

47 *Tabellionis ſignum non imprimitur, ſed propria manu, nullo caractere impreſſo ſignare debet.*

48 *Lege Fori antiqua, nemo qui im mobilia poßideret, capiebatur, etiam ſuper graui crimine, quod à noſtra lege improbatur.*

49 *In leui crimine lex Fori ſeruatur.*

50 *Si cautio non inueniatur, qui pignora tradidit, ſatis cauiſſe videtur.*

Lex LXVI.

IN TEXTV IBI:
A vna ley, que comiença.

Scholium Primum.

HÆC Lex, quæ à noſtra refertur, eſt lex 4. titulo tertio, libro ſecundo Fori, quæ formam, & ordinem procedendi cõtra reum perſcribit, eiuſquè capturam negat, ſi immobilia poſsideat, vel ſatiſdet, licèt ex cauſa capitali contra eum procederetur, vt ex ſerie ipſius legis videre eſt. Lexquè noſtra ſtyli, corrigendo, emendando, & interpretando prædictam Fori legem nouam formam adijcit, quæ ſeruanda erit, ſolitaquè breuitate de ea verba faciemus.

(:)

IN TEXTV IBI:
Entiendeſe por ſi.

Scholium II.

1 RECenſet lex noſtra in ius vocandi modos: & primo loco numerat citationem, quam ius dicens proprio ore facit, quæ validiſsima in iure eſt, vt textus noſter ſancit, & Imperator in l. ſancimus, C. de iudicijs, & Specul. iuris, in titul. de citatione, §. 4. num. 1. Quinimo euocatio, ſeu monitio iudicis parti præſenti facta, tantam vim habet, vt trinæ citationis loco ſubrogetur, iuxta pulchrã deciſionem textus in l. ceſſante, C. quomodo & quando iudex, & ibi Accurſius verbo, *admoniti:* ex qua deducit Baldus præſentiam perſonarum nõ requirere peremptorium, elicitquè Bartolus valere ſentẽtiam, licèt peremptorium non intercedat, ſi tamen præceſſerit ius dicentis monitio. Colligitquè Paulus vnicam iudicis citationem tribus comparati, quæ alioqui deſiderabantur à vulgari lege tres denuntiationes, C. eodem tit. & quamuis dicta lex ceſſante, quatuor patiatur intellectus, vt ibi Bart. Baldus, Paulus, & Angelus poſt Accurſium, adnotauerunt. Hæc tamẽ lectura frequẽ-

Aa tius

tius admissa fuit, videlicet, vt quando iudex monet litigatores, hæc monitio effectum peremptorij sortiatur cũ præsentia, iudicisquè authoritas mandatum augeat, sitquè maioris considerationis, quod vere fit, quam quod per imaginem, vt docet glossa in c.consuluit, de officio delegati, cui assentitur Baldus in dicta l.cessante, nu.2. & huic nostræ legis sententiæ non obstunt dict.l. ad peremptorium, de iudicijs, & l.1.§. itẽ cum ex edicto, ff. quæ sententiæ sine appellat.rescin.vbi sententia nulla est, si peremptoria citatio nõ præcesserit: cùm magistratus citatio peremptorio, tribusq; denuntiationibus comparetur, vt Accursio, Bartolo, & Baldo, & omnibus scribentibus placuit in dicta l. cessante.

2 Quinimo iudicis pręsentiæ tãta authoritas tributa est, vt quãuis ipsemet non citet, sed eius nũtius ipso præsente, nihilominus ter citatus, reus dicatur, iuxta Baldi doctrinam dicto nu.2. in fine: argumento textus in l.si procuratori præsentis, ff. de verborum oblig. vbi præsentia personæ inducit, vt alteri per alterum actio quæratur.

3 Et hinc dubitatum est, si quis casu, & non vocatus coram iudice adsit, an eius præsentia operetur, vt pro citato habeatur, & sententia contra eum ferri, sine alia citatione queat, cuius quæstionis partem negatiuam elegit Innocentius in cap. licet, de officio & potest. iudicis delegati, num.2. asserens, vocatum propter vnam causam, licet ibi sit præsens, propter aliam non posse conueniri. Rursus, quia quanuis quis præsens sit, non ad hoc adest, sed fortuito, prædicta itaquè præsentia non sufficiet: argum. tex. in l.1.§.1.ff. vi bonorum raptorum. Partem tamen affirmatiuam elegit, & admisit Baldus in l. si accusatoribus, numer.13. C. de accusat. ex text. in l. de vnoquoquè, de re iudicata. & in leg. in causæ, §. causa autem cognita, ff. de minoribus, l. etiam, §.fin. eod. tit. & in cap.fin. de electione, lib.6. In quibus iuribus præsens euocato comparatur, & Innocentio satisfacit Baldus vbi supra, diuersitatem constituens in eo, qui ex alia causa accessit, vel fortuito iudicio superest, iuxta textum in l.2.§. legatis, & §. ei quoquè, ff. de iudicijs, cuius rei exẽpla scribit Baldus in dicto numero tertio, & eandem opinionem admittit Baldus in l.2. numero quinto, C. quomodo & quando iud. Idem Baldus in l. consentaneum, numero 36. eodem titulo, & in l. ad dictos, in fine, C. de appellationibus, Bartolus

tolus in l. 1. ff. de in ius vocand. Ioannes Andreas in cap. vltimo, de electione, in ſexto: & ratio eſt ſecũdum prædictos: nam cùm finis citationis ſit, vt iudicio vocatus ſuperſit: ideo præſens fruſtra in ius vocaretur. Et ſuperiorem intellectum, nempè, vt iudicis vnica monitio propè ceinptorio iudicetur, in quolibet iudice locum ſortiri, ſiue pedaneus, arbiterve ſit, author eſt Baldus in dicta lege ceſſante,

4 numero 11. Et hinc infertur, vt quamuis notiſsimum ſit, neminem dici verùm contumacem, niſi ille qui citatus reſpondit, ſe nolle iudicio ſupereſſe; vt adnotauit Accurſius in dicta lege conſentaneum, verbo, contumacia, quem extolit Baldus ibidem num. 14. & notabile ſcholium dicit Ioannes Andreas in cap. venerabilibus, §. ſecus, de ſententia excommunicationis, At magiſtratus authoritas tanta eſt, vt quando ipſemet monet, intra citationis dilationem, ſi citatus iudicio non ſuperſit, pro vero contumace habetur.

5 Cùm hi duo caſus ſimiles ſint, vel reſpondere, ſe nolle adeſſe, vel iudicis aditũ recuſare, cùm ipſemet in ius vocauit: vt eleganter docuit Accurſius in l. 2. C. quomodo & quando iudex, verbo, *edicti*, ad finem, & Barto. ibidem numer. 5.

IN TEXTV IBI;

O por ſu carta.

Scholium III.

6 ALIVS Modus in ius vocandi à noſtra lege traditur, nempè per literas iudicis, de quo mentio fit in dicta lege conſentaneum, vbi Baldus num. 12. & inter alios præcipuũ eſſe ait, innumeriſquè rationibus confirmat. Cui ſimilis eſt per epiſtolam citatio: argument. text. in l. qui, §. ſi epiſtola, ff. de furtis, & in noſtro tex. ſatis probatur in hoc Scholio, ibi: *O por ſu carta*: & hinc dicitur, epiſtolas Principum eaſdem eſſe cum literis & reſcriptis, vt conſtat ex lege 5. §. 1. ff. de iure immunitat. l. 3. §. ſi quis ius, & §. ei licet, ff. de iuris & facti ign. l. 1. de conſtit. Princip. §. ſed & quod Principi, de iure natur. Per epiſtolam quoq; conueniri poteſt inter abſentes, l. 2. ff. de pactis, Inter abſentes etiam per epiſtolam negotia contrahi poſſunt, l. 2. ff. de obligat. & actio. Et per epiſtolam mãdatum ſuſcipitur, l. 1. ff. mand. Et per epiſtolam bonis ceditur, l. vltima, ff. de ceſſ. bonorum. Epiſtola quoq; ſponſalia conſtituuntur, l. finalis, ff. de ſponſalibus. Arbiter quoquè per epiſtolam iubere adeſſe

epiſt. 11. quod inſcribitur chartæ epiſtolares, vel epiſtolæ epi-
9 thetæ, Hoc enim nomine nuncupabātur epiſtolæ, quę cuiquā dabantur ad alium citandum, ſi credimus Ludouico Celio lib. 12.c.1, litera A.& lib.22. cap.14. ante literā B.ibi: *Epithetos verò epiſtola dicitur data cuipiam, vt tabellario:* hicquè per epiſtolam citandi modus alios præcellit, vt Bald doeuit vbi ſupra, vt ex hoc nō abs re inferri poſſet ad Speculi doctrinam, in titulo de citatione, §. ſequitur videre, num.2. vbi latè diſputat, an citatio poſ-
10 ſit à ius dicente parti cōmitti: & tandē negat aduerſarium in ius vocare poſſe aduerſarium ſuū, iuxta text. in l.1. §. præterea, ff. de quæſtionib, & in authen. de teſtib. §. ſi verò odioſus, & in l.2. ff. quod cū falſo tutore, & in l.1. §.1. ff. de eo per quem factū erit. Communis tamē doctrina eſt, vt hoc accipiatur quando nudo verbo quis in iudicium euocatur, ſecus ſi per epiſtolam ipſius enim tabellarius aduerſarius eſſe poteſt, ex dict. §. ſi epiſtola, & probatur in l. meminerint, C. vnde vi, & in l. creditores, C. de pignor. docet Bald. in l. vt perfectius, nu.15. C. de annal. except.
11 Et ius quoq; Pontificium citationis per epiſtolam meminit, vt adnotatur in cap. ſi fortè, 65. diſtin. vbi Epiſcopi epiſtolis euocantur, & Archiepiſcopus epiſtola citauit in c. ſi quis Metropolitanus, 18. diſtin. & ad conſecrationem Epiſcopus in cap. nō debet, 65. diſtinct. & de epiſtolą quoq; mentio fit in c. nec Epiſcopi, de temp. ordin. literis quoque à capitulo euocantur canonici ad electionem, in c. cum inter, de elect. & à conuentu mo-
12 nachi, in c. ſtatuimus. 19. q.3. & de literis commēdatitijs habetur in 72. diſtin. per totam, & in Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap.2. & de cōſeruatorijs, eadem ſeſſ. cap.5. & de teſtimonialib⁹, ſeſſ. 23. c.5. & de literis dimiſſorijs, eadem ſeſſ. cap.10.
13 Rurſus & iurecōſulti priſcis temporibus per epiſtolā ab abſentibus cōſulebantur, & planè conſultores, qui Iureconſultos conſulendi gratia adibent, non ſine præfatione id faciebāt: hoc tamē duobus modis eueniebat;
14 interdum enim, vt inquam per piſtolam, interdum etiam viua voce conſulebantur. Viuæ autē vocis præfatio erat. Rogabant enim, an per otium, & per occupationes conſulere eos poſſent; quod fiebat his verbis: *Licet conſulere?* id eſt, *Licet ne mihi tua opera vti, & à te Iureconſulto maximo conſilium expetere?* Hoc Cicero in Mureniania conijciendū relinquit, cum de Iurecōſultis agens ait: *Et veſtrū illud, licet conſulere?* monſtrauit & Oratius lib. 2. ſermonum, Satira 2. quo loco in-

ducit, quendam de plebe cum Rege Agamenone altercãtem, interrogare? an liceat sibi, eum de aliquibus percontari, quod ille his verbis demonstrat: *Ergo consulere, & mox respondere licebit*, cui Rex sequenti responsione, ita respondet: *Consule?*

15 Per epistolam autem præfatio erat, *Velim rescribas*, vel, *Rogo rescribas*, nonnunquam verò hoc vno verbo, *quæro*, quibus verbis post salutem ascriptam, & quæstionem propositã consultores vtebantur.

16 Ex quibus & nõ ineleganter infero interpretationẽ ad textũ in l. vlt. ff. de minorib. ibi: *Iniùs alias Iunius Diophantus Pomponio suo salutem*, & ibi (vbi consultatio proponitur) *Minor viginti-quinq; annis nouãdi animo intercessit pro eo, qui temporali actione tenebatur, &c.* & ibi (vbi consultor suum iudicium monstrat:) *Ego didici ex tẽpore in integrũ restitutionis tantũdem temporis præstandum, quantũ supererat, tu quid de eo putas velim rescribas:* & statim subijcitur Iureconsulti responsum, ibi: *Respondit sine dubio, quod de temporali actione, in qua intercessit minor, sensisti, puto verius esse*, ex qua lege manifestè patet, Diophantum consultorem per epistolam cõsuluisse Pomponiũ Iureconsultum, eundemq; & per epistolam rescripsisse, & respon-
17 disse. In fragmẽtis quoq; Iureconsultorum à P. Pitheo editis, tit. 4. ex Papiniani lib. singulari, de adulterio, huiusmodi cõsultatio refertur: *Cum patri, lex Regia dederit in filiam necis vitæq; potestatem, quo bonum fuit lege comprehendi, vt potestas fieret, etiam filiã occidendi: velim mihi rescribas, nam scire cupio, respõdi, num quid ex contrario præstat nobis, &c.* ex quibus etiam verbis Iureconsultũ epistola fuisse interrogatũ, responsumq; & epistola dedisse.

18 Rursus infertur interpretatio ad text. in l. miles, §. quidam accusare, ff. ad l. Iul. de adulter. ex quo quidem §. satis probatur, consultationem, & responsionẽ per epistolam interuenisse.

19 Vlterius interpretatur text. in l. Latinus Largus, ff. de leg. 2.
20 vbi Papinianus Latino Largose consulenti respõdisse scribit: ex qua expositione exponitur quoque lex Latinus Largus, ff. qui sine manumis. ad libert. perueniunt: vbi consultatio, & responsum per epistolam interuenerunt.

22 Item & ex superioribus infero interpretationem ad textum in l. postulante, §. sed in huiusmodi, ff. ad Trebel. ibi: *Rogo respondeas, an rectè senserim*, & ibi: *Item quæro, & de pensionibus*, & ibi respõdi: *Omnia ea hæreditatis appellatione continentur.*

23 Infertur etiam interpretatio ad text. in l. l. Domitius, ff. qui testa-

teſtamenta facere poſſunt, vbi eadem figura verborũ conſultatio, & reſponſum, epiſtola cõcipiuntur.

24 Et hùc quoquè pertinet alia ſimilis quæſtio in l. Plotiana, ff. de iure codicillorum, illis verbis: *Plotiana Celſo ſuo ſalutem*: & rurſus illis: *Iubentius Celſus Plotianæ ſuæ ſalutẽ*: ex quibus deducitur, per epiſtolã Celſum fuiſſe conſultum, necnon & ei reſcripſiſſe.

25 Nec hìc omittenda eſt alia conſultatio per epiſtolam, & ad eam per aliam epiſtolam ſequuta reſponſio, in l. Licinius Loquſta, ff. de legat. 2.

26 Rurſus & quæſtioni per epiſtolam propoſitæ Iurecõſultus reſpõdit in l. Saluius Ariſto, ff. de legatis præſtandis.

Reſponſum etiam aliæ epiſtolæ ſubiecit Iureconſultus in l. Claudius Seleucus, ff. de his quibus vt indignis.

Per epiſtolam quoquè interrogatus Iureconſultus alia epiſtola reſcripſit reſpõſum ſuum in l. Fauius Ianuarius, ff. de ſolutionibus.

Aliæ etiam epiſtolari quæſtioni, ſeu conſultationi epiſtolicũ reſponſum dedit Iureconſultus in l. Attilicinus Proculo, ff. de pact. dotalib.

Iulius Paulus quoq; a Neſcenio Apollinari cõſultum ſe per epiſtolam proponit in l. Neſcenius Apollinaris, ff. de neg. geſt.

A Licinio etiam Rufino conſultum ſe per literas idem Paulus ſcribit in l. Licinius Rufinus, ff. quibus ad libertatẽ proclamare.

Proculum etiam ſæpius à nepote per literas conſultum legimus in l. nepos Proculo, ff. de verb. ſign. ibi: *Nepos Proculo ſuo ſalutem*: Reſpõſum verò Proculi ſubijcitur, ibi; *Proculus cum dotem, &c.*

Extant deinde ad eiuſdẽ nepotis per epiſtolam cõſultationes alia Proculi per literas reſponſa duo, vnum in l. Sempronius Proculus, ff. de leg. 1. alterum in l. Proculus nepoti, ff. de iuredotium.

Par eſt & alia reſponſi forma Pauli ad conſultationem in l. Iulius Paulus Nimphidio, ff. de condition. & demonſt.

Eſt & elegãs conſultatio per epiſtolam in l. Attius fundi, ff. de hæred. inſtit. ibi: *Attius fundi Corneliani, &c.*, & ibi: *Idq; Proculo placet, quid tibi videtur? Reſpondit, vera eſt Proculi opinio.*

Marcelus etiã à Sulpitio conſultum ſe reſpondiſſe per epiſtolam narrat in l. Sulpitius Marcello, ff. de donat. inter virum & vxor. aliaquè innumera iura in huius rei confirmationem hìc adduci poſsent, quæ breuitati operis conſulendo conſultò omitto.

IN TEXTV IBI:
Por su nombre,

Scholium IIII,

27 ALius modus in ius vocādi, ex nostra l.deducitur, nēpè per nūtium, cuius meminit text.in cap.prudentiā, §.1.de offic.delegati, & in cap. cū parati,de appellationibus, & in l magis puto,§.si pupillus,vers. nec tamen, ff. de reb.eorum, & in l.1.ff.de procuratoribus, l.2, quis ord.in possess. ser. & in l.3, ne quid pub.læt.in Cod. Theodos.l.2.C.de repudijs,& quāuis diuersos habeat in iure significatus, vt constat ex l.6. §. nuntiatores, ff.ad S.C,Turpilian.l. 4.ff. de diuortijs, l. 2. & 3.C. de repudijs.l.2.ff.de pact.l.1 §. vlt. ff.de contrahenda emptio.l.1.ff. mandati,l.4. ff. pro socio,l.4. ff. de manumissis vindicta,l. final, ff.de sponsalibus;sed quoad no-
28 strum text,nuntius dicitur, qui specialiter certi negotij gratia, ad aliquē in ius vocandum destinatur,l. 2. ff. de obligat. & ex Festo Pomp. Seruioquè ,in 11. Æneid.docet Brisonius de verborum significat,verb.nuntius, vbi non pauca,quæ huc spectāt, congerit.

29 Viator quoq; appellatur in dict.§.nec tamen,& in l.vltima, ff.de iudicijs: horumquè viatorum meminit Cicero, de senectute,in illis verbis:*Ad Senatum accersebantur Curtius,& cæteri Senes,ex quo,qui eos accersebant, viatores nominati sunt:* meminit quoquè Columel.lib. 1.in præfatione,ibi.*Illis enim temporibus proceres ciuitatis in agris morabantur, & cū consilium publicum desiderabatur, à villis accersebantur in Senatum, ex quo,qui eos euocabant, viatores nominati sunt:* & tradit Plinius lib. 18.cap.3.ibi:*Cincinato viator attulit dictaturam: & quidem(vt tradit Norbanus)nudo plenoq; pulueris etiam num ore: cui viator vela corpus inquit, vt proferā Senatus, Populiq; Romani mandata: tales tum etiam viatores erant,quibus idipsum nomen inditum est, subinde ex agris Senatū,Ducesq; accersentib*; nostri nū text. & eius decisioni magis conuenit Sexti Pompeij locus, lib.vltimo, in eius initio,vbi generaliter viatores dicti erāt,qui iussa magistratuum executioni mandabant,iuxta text.in dict.l. magis puto,& constat ex Cicerone,in Batinio,ibi: *Misserisuè viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret*:& ex Liuio 4.Dec. lib.9.ibi:*Incensum referre viatores iussi, & omnes vbiquè*: nec illud omitto , quod ex Liuio deprehendi,vt Lictores consulum essent viatores tribunorū plebis; *Ardens* (inquit Liuius) *igitur ira Tribunus viatorem mittit ad Consulem,Consul Lictorem ad Tribunum;* scribit autē hæc Liuius 1.Deca. lib.2,

lib. 1. Lictores, autem quare ſic
dicti ſunt, videre eſt apud Au-
lum Gelii. Noct. Attic. lib. 12.
cap. 3. Feſtum, lib. 10, Plutarch.
Problem. cap 67.

Prædicti etiam nuntij, appa-
30 ritores dicti ſunt, & de his extāt
plurimi tituli, libr. 12. Iuſtinia-
nei Codicis, nempè de appari-
toribus Præfect. anno. & de ap-
par. Præf. vrba. & apparit. Præf.
præt., & apparit. Proconſ. & leg.
& eorum quoquè mentio fit in
l. nullus apparitor, & in l. quicū-
què, de diverſ. offi. & in l. Diuus
ff. de ſeruis fugitiuis, & in l. ſi
pignora, ff. de euictionibus, &
in l. ne diu apparitorum, C. de
pœnis, & agit de eis Liuius 1.
Decad. libr. 3. & Cicero in 5. in
Verrem, Act. & in 2. Philip. Et
in antiqua legis tabula, quæ Ro
mæ extat, non ſemel hoc nomē
vſurpatur, vt teſtatur Briſon. de
verb. iuris, verbo, apparere, hu-
ius autem nominis æthymō ex
eo fluit: *Apparent enim, & præſto
ſunt ad obſequium*, vt videre licet
ex Virgilio 12. Æneid. ibi: *Seui-
què in limine Regis apparent*: quē
locum benè interpretatur Ser-
uius ibidem, cui loco, & ſimilis
eſt, & ille verſus eiuſdē Virgil.
lib. 8. Æneid: *Quam Turno Regi,
aut Regi apparere Latino.*

Miſſus quoquè nuntius voca-
31 tur in cap. 1. de immunit. Eccl.
diſsimilis ab illis, quos Vlpian.
enumerat in l. 2 §. 1. ff. de eis qui
notantur inf. m. & ab his, quæ
de eis adnotantur ab Alexan. ab
Alexand. Gen. dier. lib. 5. cap. 8.

32 Officialis quoq; nuntius di-
citur, qui alicui magiſtratui iu-
di, ivè præſto eſt, miniſterium,
officiumvè exhibet, l. 2. C. de
Decurionibus, libr. 10. cap. ali-
quando, 2. quæſt. 4. in prin. l. ea
quidem, C. de accuſationibus,
vbi Accurſ. verb. per officium,

33 Notarij quoq; nuntij dicun-
tur in cap. circumcelliones, 23. q.
5. vbi gloſ. verb. notarijs.

34 Executores quoquè appellan
tur in l. 2, C. de ſportulis.

35 Portarij quoquè dicuntur, vt
in cap. cum olim, de priuilegijs,

36 Miniſtri etiam nuncupantur
in cap. cum miniſtri, 13. q. 5.

37 Cæſariani etiam nominātur
ſiue Catholicani, in l. penult. §.
ſed & in his, C. de bonis proſcr.
ibi: *Exceptis duntaxat Cæſarianis,
vel Catholicanis, &c.* Et in hoc
ſignificatu accepit Specul. in ti-
tulo de citatione, §. 4. num. 5.
Accurſius tamen in dict. §. ſed
in his, verb. *Cæſarianis*, aliter in-
terpretatur, Cæſarianos enim
exponit, id eſt, primipilarios:
primipilus autem dignitas eſt,
l. 1. cum ſequent. C. de primipi-
lo, lib. 12. de quo plura non con-
tēnenda ſcribere poſſem, omit-
to tamen tanquam legi noſtræ
diſſentanea. Illud tñ non præ-
termitto, Cæſarianos pro offi-
cialibus procuratoris Cæſaris

habitos fuisse in l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. & in rubr. de Cæsarianis, in Cod. Theodosiano, & in l. 2. de bonis vacantibus, eod. lib. & Codice, quæ omnia non ineleganter cōgesta sunt in nostræ legis confirmationem, quæ vtitur hoc vocabulo, *Por su nombre*, de nuntio, misso, apparitore, & alijs relatis, sentiens.

38 Ex quo sanè verbo, necnon & alia quæstio decisa videtur, nēpè vt ipse solus homo à magistratu missus fidem faciat. Quæ quidem quæstio anceps erat, & eam deprehendo mouisse Speculatorem in d. §. 4. nu. 6. in tit. de citatione, vbi refert, quendā veterem scribentem docentem vni apparitori asserenti aliqué in ius vocasse credendū, in causis scilicet modici præiudicij, in alijs tamen duos desiderari, cui ipse author non assentitur, in omnibus enim causis vnius nūtij testimoniū sufficere contendit, & eius opinionem admittit Bald. in l. 2. C. de annali except. nu. 16. Ita tamen, vt prædictus apparitor publicus sit, signūq; gestet, quo à cæteris discernatur, omnibusq; sit notus, qui si ad hoc designatus non sit, contraria opinio procedet, & hoc casu duobus erit opus, vt adnotauit Specul. vbi sup. nu. 6. ad fi. ad quod alludens l. nostra, quæ vnico nūtio cōtenta est, adijcit præd. verba: *O por hōbre conocido.*

IN TEXTV IBI:
O por su sello conocido.
Scholium V.

39 ALius citandi modus, à nostra lege inuentus est, videlicet per sigillū iudicis: cui cum non credatur, nisi authenticum sit, iuxta text. in c. 2. cum vulgaribus, de fide instrumentorum, sigillum notū desiderant nostræ legis verba, vt ex hoc Scholio videre licet, cū ignotum fidē nō faciat, vt probat text. in cap. quod super, de fide instrum. & in c. 2. de cler. pereg.
40 nec nostræ legi refragatur text. in l. distrahente, C. de reb. alien. & in §. possunt, instit. de testam. ordin. vbi sigillo priuatæ personæ creditur, communiter enim hæc iura accipiuntur in re propria, in qua cōtra ipsammet personam sigillantis, priuatum sigillum fidem facit, aduersus alios tamen debet esse notum, & authenticum, vt in lege nostra requiritur, ad hocq; designatum, iuxta Innocentij doctrinam in cap 2. de fide instrumentorum, num. 2. quem ibi communiter scribentes sequuntur, vt ex his intelligatur text in c, significauit, de appella. vbi proprio, noto, & authentico sigillo nō statur, nempè, quia ad aliud ministerium erat designatum, &
41 destinatum. Nec prædictis oberit decisio tex. in l. ad testiū, §. 1.

§.2.de teſtamen.vbi poteſt quis alieno ſigno ſignare. Ibi enim expreſſum fuit,cuius ſignaculo ſignatum fuiſſet, & quare alte-
42 rius annulo ſigillaretur. Hinc quoquè interpretatur text.in d. l.ad teſtiū, §. ſi ſigna, ibi: *Si ſigna turbata ſint ab ipſo teſtatore, non videtur ſignatum*:accipitur enim ſecundum ſuperiorem interpretationem:vt nec alieno,nec proprio annulo turbato tamē quis ſignet, niſi aliter exprimat, vt Innocentius docuit in dict.cap. 2.num.2.in fin. Specul. de probationibus, §.videndum,nu.16. Bartol.in dict.l. ad teſtium, §. ſi ab ipſo, num. 1. Ratioq́; noſtri text.deducitur ab Specul.in tit. de citatione,§.iam de citatione, numer.13. docente, citatum in ius q́; accerſitum, cùm ſignum videat alienum ad aliamuè rem deſignatū iuſtè exiſtimare poſſe, literas falſas eſſe: ideoq́; hoc caſu in ius vocatum, iudicio ſupereſſe nō adſtringi contendit. Cui rationi anectitur litera huius noſtræ legis, quæ annulum notum deſiderat.

43 Animaduertoq́; ſigillū multifariè in iure accipi, l.gēma in clusa,ff.ad exhiben.l.ſi cuius rei. §.ſed ſi ædium, ff. de vſufruct.l. quæſitum, §.Papinianus, ff. de inſtru. vel inſtrum.leg.& tradit Plin.lib.36.c.24.Sed quoad noſtram legem attinet. ſigna ſigilla, & ſignacula idem valent,l.1. §.ſi pecunia,ff. depoſiti,l.1.2.& 4.ff. de teſtam.& quēadmodum teſtamenta aperiantur.

44 Hoc ergo ſigillum, vel ſignaculum, cùm notum, & proprium ſignantis eſſe debeat, vt lex noſtra oſtendit, hinc ſtylus fluxit, vt in reſcripto, vel literis cōmuniter ſubijciantur illa verba: *Sigilla noſtra appoſuimus.&c.* Quamuis ſi annulus notus ſit, prædictā demonſtrationē non requiri, & ſine prædicta clauſula reſcriptū valere teſtetur Innocentius in cap.ſcripta, de fide inſtrum. num. 2. ex lege fin. C. arbitrium tutelæ.

45 Vlterius & ex noſtræ l.verbis adnotatur id quod in tabellionibus receptū eſt, qui ſigno noto, & proprio ſignare debēt, ita vt alieno vti nequeant, nec a conſueto recedere, iuxta text. in authentico de inſtrum. cautela,& fide,§. ſed etſi inſtrumēta, quod & noſtra tempeſtate ſtylus admiſit. Ideoque in titulo approbationis proprium & notum ſignum tabellionis apponitur, vt omnis ceſſet fraus, & Baldus notat in dicta l.ad teſtium,§.ſi ab ipſo,in princ.

Deniquè noſtra lex non loquitur de ſigno tabellionis,cū hoc diuerſum ſit à prædicto ſigillo, cuius text. hic meminit.
46 Diuerſitas autem ea eſt, ſigilla enim hæc nota & authentica, quæ à noſtra lege adnotantur, annulo,

racterem magis notauimus, vt tanquam ſignum impreſſum iudicares. Et hunc veterem vſum Plautus demonſtrat Pſeudoli Actu. 1. Scena. 1. & Bacchidib Actu. 4. Scena 4. ibi.

Cedo tu ceram, ac linum, ac tutum, age, obliga, obſigna cito.

Ad ſignandumque amici aduocabantur, idque inter recepta Romæ officia adnumerabatur, vt ait Tertul. in lib. de Idolatr. ibi: *Signate ſignis non iam aduocatorum, ſed &c.* In eoque officio matutinas horas definitas fuiſſe, docet Martial. lib. 10. Epigrāmat. 70. hoc verſu:

Nunc ad Luciferā ſignat mea gemma Dianam.

His adſtipulatur quod ſcribit Cicero lib. 2. de inuentione, de quodam coniecto in carcerem, ibi: *Quidam eius familiares in carcerem tabulas adferunt, & teſtes adducunt, hæredes quos ipſe iubet ſcribunt tabulæ obſignantur.* Et quod ait libro 7. ad Atthicum, epiſ. 2. *Eius eſt teſtamentum de Tortorij vncijs Geronum ſignis obſignatum.* Idemquè epiſtola vltima, libro. 3. ad Quintum fratrem: *Alias pro alijs teſtamenti tabulas obſignaſſe narrat.* Et Cæſar oſtendit lib. 1. de bell. Gallico, his verbis: *Vulgo totis Caſtris teſtamenta obſignabantur.* Et Seneca epiſt. 8. lib. 1. ibi: *Non videor tibi plus prodeſſe, quàm cum ad vadimonium aduocatus deſcenderem, aut tabulis teſtamenti annulum imprimere.* Et hinc orta fuit quæſtio apud Iureconſultos, an teſtes proprio, vel alieno annulo ſignare poſſent, & annuli eſſe poſſent vna, & eadem ſculptura, l. ad teſtium, § ſi quis ex teſtibus, ff. qui teſtament. facere poſſunt, & §. ſi ab ipſo, eiuſdem legis, §. poſſunt autem, inſtitura de teſtament. Quin & Iuriſconſultos ad has obſignationes adhibitos inditio eſt. Quod inquit Cicero libro. 1. de Oratio. illis verbis: *Cùm obſignes tabellas clientis tui: quibus in tabellis id ſit ſcriptum, quo ille capiatur.* Et huc ſpectat quod de eorum reſponſis dicitur, quæ tantæ authoritatis fuerunt, vt ea Iuriſconſulti non ſignarent, vt Plinius oſtendit, epiſtola 5. libro 6. ſed plerunque ipſi iudicibus ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſulebant, vt ait Pomponius in lege ſecunda, ff. de origine iuris. A iudicibus enim, conſultos prudentes colligitur ex leg. 3. ff. de minori. §. 1. & ex lege ſecūda, ff. de pactis dotalibus. Poſtea tamen etiam inualuit, vt reſponſa ab eis ſignarentur, quo reſpexit Seneca lib. octauo de benef. cap. 16. ibi: *Si tamen quod ſentiam quæris, & vis ſignari reſponſum.* Et plura quæ huc ſpectant, congeſsit Barnabas Briſſonius, de formulis, libro 3. in fine libri,

verſiculo

borum ſignificatione, libro 18. verbo, *vades*, Antonius Nebriſenſsis Grammaticus, in iuris ciuilis Lexicon, verbo, *vadimonium*, Alexand. Scot. in Vocabulario Iuris, verbo, *vadimonium*, Franciſcus Hotomanus, in Commẽtatio verborum Iuris, eodem verbo. Quæ Fori lex iuri admodum diſsẽtanea erat, vt conſtat ex lege prima, ff. de cuſtodia reorum, & lege Diuus Pius, eodem titulo. Ex quibus, quando graue ſcelus commiſſum eſt, in carcerem reus conijcitur, quanuis immobilia poſſideat, fideiuſſoresuè præſter, quod Vlpianus ibi ex Diui Pij epiſtola ſtatuit, & ei conuenit textus in l. 16. titul. i. part. 7. & in lege decima, titulo 29. eadem part. quæ iudici præcipiunt, ne reum ſub fideiuſſoribus dimittat, ſi pœna corporis ei irrogãda ſit. Prædictam itaquè Fori legem tanquam iuri repugnan-
49 tem noſter textus impugnat, aitquè cuſtodiri non debere, cũ in delictis tantum leuibus eius deciſio locum habere poſsit, vt optimè interpretatur Gregorius in dicta lege decima, Scholio ſexto, & In Scholio primo, & ſecundo procemij, titulo 29. par. ſeptim. & hùc ſpectãt verba textus in lege nullus C. de exhibendis, & tranſmittẽdis reis, ibi: *Ac tandiu pari fortuna retineri, donec repererit cognitio celebrata diſcrimen:* & docet Baldus ibidẽ numer. 2. & in l. ſed etſi, ff. de in ius vocando, num. 2. Eaquè noſtræ legis, & eius deciſionis vulgaris ratio redditur, nẽpè, quia in poteſtate fideiuſſoris non eſt ſoluere iudicatum, cùm executio in perſona fieri debeat. Cũ diuerſa itaquè ratio vigeat in leui crimine, cui pecuniaria pœna ſuccedit fideiuſſor intercedere poteſt, vt ſtatuit lex noſtra in hac vltima parte, quæ vetat vt in vincula conijciatur reus, ſi immobilia habeat, iudicioue ſiſti, cautionem præſtet, cui concinit Rubrica, ff. *Ne quis eũ qui in ius vocatus eſt, &c.* & l. 1. ff. *In ius vocati vt eant.* Inſpiciendusquè eſt Bald. in d. l. 2. C. de exhibend. reis, num. 3. & Gregorius Lopez in ſumma tit. 29. part. 7.
50 Schol. 1. Et ſi cautio non inueniatur, qui pignora traddit, ſatis cauiſſe videtur, l. 1. ff. qui ſatiſd,

Textus ſexageſimusſeptimus,

SObre la ley, que comiença: *Si algun hombre, que es en el titulo de los furtos, ſobre aquellas palabras: Faga tal emienda, &c. Eſto ſe entiende, que el heredero es tenido de hazer tal emienda, como aquel de quien es heredero, ſi*

fueſſe

fuesse viuo: si sobre aquel furto, o sobre otro qualquier mal fecho ouiesse estado demandado aquel de quien es heredero, e fueße el pleyto començado por demanda, o por respuesta, ante que murieße. E aßi se entiende en la pena desta calunia. Y esta ley, y la otra ley que comiença: Qualquier, que es en el titulo de las deudas. Mas lo que ouo en el muerto de la cosa furtada, o robada, bien lo pueden demandar al su heredero, maguer que no se lo ouiessen demandado en su vida aquel de quien es heredero.

SVMMARIVM.

EX Lege Fori sine vlla distinctione, furis hæres ex delicto defuncti adstrictus erat quoad pœnam pecuniariam.

2 *Regula generalis est, ne à defuncto, lite non contestata, hæres teneatur.*

3 *In pœnam furis contra iuris regulas statuit Fori lex, vt etiam lite non contestata, cum defuncto hæres teneretur.*

4 *Licurgus furta impunita esse voluit.*

5 *Germani, & Ægyptij furta suis legibus inulta reliquerunt.*

6 *Latrocinia nullam habuerunt infamiam, quæ saltem extra fines alicuius ciuitatis fierent.*

7 *Lite non contestata cum defuncto, calumnia hæredes non afficit.*

8 *Nostra lex styli, iuri communi conuenit, corrigitquè legem Fori.*

9 *Ipsa res furto substracta, potest peti ab hærede, licet lis non fuisset contestata cum defuncto.*

10 *Quoad pœnam lis contestari debet, quoad rei persecutionem nequaquam.*

11 *Æstimatio quoquè rei furatæ, ab hærede peti potest, licet non fuisset contestata lis cum defuncto.*

12 *Et pro fructibus quoquè subtractæ rei, contra heredem actio datur.*

13 *Et pro damno intereße, & rei subtractæ deterioratione, hæres conuenitur.*

14 *Damnum in hac actione venit, non tamen lucrum cessans.*

15 *Intereſſe tamen competit, licet sit extra rem.*

16 *Si quid turpiter quæsitum prouenit ad hæredem, ab eo aufertur.*

17 *Actio, quæ in hæredes datur perpetua, an annalis sit, & quæ distinctio in hoc adhibenda sit, & num. seq.*

Lex

Lex LXVII.

IN TEXTV IBI:

Ouieße eſtado demandado.

Scholium Primum.

Fori lex.9.titul.13.lib.4. ſine vlla diſtinctione ſtatuit furis hæredem ex delicto defuncti aſtrictum eſſe quoad pœnam ſcilicet peccuniariam, quanuis ſuper ipſo furto lis cum latrone cœpta non fuiſſet, quæ quidem ſententia iuri communi omnino aduerſabatur, quippè quo regula generalis conſtituta eſt, ne hæres litis immotæ cum defuncto reus fieret, leg. ſicuti pœna.38. cum vulgaribus, de regulis iuris, l. vigeſima, titul. decimoquarto part. ſeptima. Nec hoc vulgatiſsimum iuris principium legiſlatorem fori ignoraſſe credendum eſt, puto tamē in pœnam furis ſtatuiſſe: cum & à primarum legum origine ſeuera correctione furta plecterentur teſte Gelio Noct. Athicarum, libr. ii. cap. decimo octauo, Alexand. ab Alexand. libr. ſexto, capit. decimo. Quanuis è diuerſo Licurgus Spartanis furta impunita eſſe voluiſſet, quo magis acuerentur ingenia, atimoquè eſſent ſolerti. Exemplo Germanorum, & ægyptiorum, qui furta legibus inulta re liquere, vt ijdem authores prædictis locis teſtātur. Et hinc 6 Cęſar, libro 6. commentariorum ſcripſit, latrocinia nullam habere infamiam, quæ ſaltem extra fines alicuius ciuitatis fierent, iuuentutis ſcilicet exercendæ, ac negligentiæ minuendæ cauſa permiſſa, cuius rei nōn pauca congeſsit Ludouicus Celius Rodigin. lectionum antiquarum, lib. 2. cap. 3. & Plutarchus in Apophthegmat. Laconicis, & Diodorus Siculus, lib. 2. cap. 3: Illephonſus ergo pius, & ſapiens Rex in criminis deteſtationem ab alijs caſum furis excepit: Exemplo quidem Alexādri Seueri, qui vindex furtorū fuit, & ſeueriſsimas pœnas in latrones ſtatuit, vt Lampridius refert in vita illius. Quanuis re- 7 gulariter cautum eſſet, vt niſi lite conteſtata cum defuncto calumnia hæredes non afficerent, l. 1. C. ex delictis defunctorum, & prædicta lege partitæ ſatis 8 probatur. Noſtra ergo lex prædictam legem fori interpretando ſanxit, vt & in furto, ſicut in alijs criminibus, hæres non adſtringeretur, niſi iudicio cœpto cum defuncto, iuxta iuris communis, & legū partitatum traditionem, ſecūdum quas, & legem.6. tit. 20. libr. 3. fori accipiendam noſter text. ſancit.

IN TEXTV IBI:

Bien lo puedin demandar á su heredero.

Scholium II.

9 IN secunda parte ait hæc lex, rem furto subtractã à defuncto, etiam cũ eo lite incœpta ab hærede adimi posse: ratio autem deducitur ex l. sicuti, de regulis iuris, ea nempe, ne lucrum ex re aliena faciat hæres.
10 Quoad pœnam enim lis contestari debet, quoad ipsius tamen rei persequutionem cõtestatio non desideratur, §.non omnes, &.§.pœnalis, instit. de perpet.
11 actio. Et æstimatio quoq; peti potest, l.1.ff.de priuatis delictis, l.si pro fure, §.vltimo, ff.de con
12 dictione furtiua. Et pro fructibus quoque subtractæ rei contra hæredem actio datur, l.in re furtiua, §.vltimo, ff.de condit. furtiua, ibi: *Nouissime dicendum est, etiam fructus in hãc actionẽ ve-*
13 *nire.* Rursus & pro damnis eo quod interest, & rei furatæ deterioratione hæres conueniri potest, dict.l.in re furtiua, §. placet, l.si quis vxori, §.si seruus, ff. de furtis: omnes enim hæ actiones, quamuis lis non sit contesta-
14 ta, in hæredes dantur, damnum autẽ in hac actione venit, quod in id quod interest pronuntiatur, non tamẽ & lucrum ipsius damni: itaque si furto impeditus quis vsucapionem non impleuit, cum in hac actione de lucro potius quàm de damno certando, dominus rei contendat contra hæredem, non dabitur hæc actio lucri cessantis, iuxta Iauoleni responsum in l. si is
15 cui.73. §. eius rei, ff. de furtis, eius tamen quod interest actio coæstimabitur, l.inficiando, §. si tibi subreptum, ff.de furtis.
16 Tum etiam, & si quid turpiter quæsitum peruenit ad hæredẽ, ab eo aufertur, l.in hæredem, ff. de calumniatoribus, l.vnica, C. ex delictis defunctorum, l.secũdum naturam, l.totius, ff. de regul.iuris, l.3.in principio, ff. de vi, & vi armat.l.1.§.fin.ff. de eo per quem factum erit, & vtrobique Accursius, & scribentes no
17 tant. Inter quos tamen controuersum fuit, an hæc actio, quæ in hæredem datur, perpetua esset, an verò annalis? distinguntquè, an res furtiua peruenerit ad hęredem, quo casu perpetua sit, & ita intelligatur tex.in l.quod dixit, §.vltimo, & in l.videam*, ff.quod metus causa, an verò nõ peruenerit, & tunc annalis, iuxta tex.in l.2.ff.ad l.Iul. rep. vbi in hęredem pœnalis intra annũ
18 datur. Accurs.tamẽ in d.l.sicuti refert Ioannẽ antiquũ scriptorẽ, sine vlla distinctione docuisse, hãc actionẽ aduersus hæredem annalem tãtũ esse, cui ipse Accurs. nec cęteri DD. assentiunt præfata itaq; distinctio admittenda erit, & hoc iure vtimur.

Lex

Textus LXVIII.

Sobre la ley que comiença: Quien quier que es en el titulo de las deudas, sobre aquellas palabras: O por calumnia &c. Esta calumnia puede ser demandada à los herederos, si fue demandada al que ellos heredaron, è fue el pleyto començado por demanda, è por respuesta con el ante que el muriesse: è lo que dize adelante en esta ley: Quien quier muerto: maguer que el muerto no fuesse demandado en su vida, &c. E esto refiere à lo que dixo de suso en esta ley: Quien quier en aquellas palabras que dixo: Por deuda que deuiesse. Mas no se refiere à las palabras q̃ dixo. O por calumnia: ca no puede ser demãdada al heredero, sino fue demandada à aquel que el heredò ante que muriesse, e q̃ aya seydo el pleyto con el començado por demanda, è por respuesta ante que el muriesse.

SVMMARIVM.

1 *Calumnia ab hærede peti non potest, nisi lite contestata cum defuncto.*

2 *Pro debito ciuili hæres conuenitur, lite incœpta cum defuncto.*

Lex LXVIII.

IN TEXTV IBI: *Sobre aquellas palabras: O por calumnia.*

Scholium vnicum.

1 Sententia huius legis est, calumnias ab hærede peti nō posse ni si lite contestata cum defuncto.

2 Pro debito tamen defuncti, ciuili scilicet, hæredes conueniri posse, licet cœptum iudicium cum mortuo non fuisset, hanc distinctionem scribit lex nostra declarans, l.6.tit.20.libr.3.fori, qua indistinctè actionem, & calumniam in hæredes dari sanci tum fuit, contra regulam text. in l.vnica, C. ex delictis defunctorum, & ibi à iuris interpretibus adnotata, & anteriori, l. tractauimus, nullis itaque scholijs hæc indiget.

Textus LXIX.

Sobre la ley que comiença: Si aquel, que es en el titulo de los homecillos, sobre aquella parte: E si fuere, &c. Sobre aquellas palabras: Muchos los matadores no pechẽ mas de vn homecillo. Esto se entiende quando todos los matadores son emplazados, è vien en à sus plazos a juyzio, e son vencidos por el homecillo, que todos los matadores por vn hombre no pecharan mas de vn homecillo: mas si muchos son emplazados por muerte de vn hombre los que no vinieren à los plazos, ca la vno pechara su homecillo.

SVMMARIVM.

1 *Calumnia homicidij, vulgò homezillo, in contumaces irrogatur.*

2 *Quanuis homicida absens non sit calumnia homicidij debetur, si homicidium culpabile, non verò dolosum fuerit.*

3 *Anteriori numero declaratur hæc lex, quæ innuere videtur homicidij calumniā deberi, licet præsens delinquens sit.*

4 *Vnusquisque absens pœna homicidi plectitur.*

Lex LXIX.

IN TEXTV IBI:

No pechen mas de vn homezillo.

Scholium Primum.

1 ACcipi debet hæc lex in homicida absente: calumnia enim homicidij (vulgò homezillo) in pœnam contumaciæ irrogatur, nempe, quia reus iudici non obtemperauit cum edicto, præconio, & proclamatione ter in ius accersitus esset, trina enim vocatio a lege fori.4.titu.3.lib.2. requisita fuit, vt contumax reus dici potuisset. Vnica enim peremptoria haud sufficit, vt testatur Iason post Baldū, quem refert in l.si certus annis, numero.5.C.de pactis, & Montaluus adnotauit in dict.l.fori, & Auendaños in capitibus prætorum, capit.15.numer.4. Auiles capit.18.nume.6. Azeuedo in l.12.titul.6.lib.3. Compilationis, nume.10. & iure nouissimo eadem obseruatio est, ex l.3.titul.10.lib.4. Compilationis.

2 Innuere tamen contra supradicta nostra lex videtur, dum ait pœnam homicidij, eiusque calumniæ deberi, quanuis homicida præsens semper fuisset, nullaque contumacia conuinceretur, ex textu ibi: *E viniendo à sus plazos*, sed vt correctio excusetur, putaui hanc legem in prędictis verbis accipi posse in homicidio culpæ, & non doli: In illo enim, & pręsens homicida, hac homicidij calumnia plectitur, ex l.15.titul.13.lib.8. ordinamenti.

IN TEXTV IBI:

Cada vno pechara su homezillo.

Scholium II.

4 IN hoc singularis profectò est lex nostra, correctoriaquè, & declaratoria legis.4.titul.7.lib.4.fori, qua cautum fuit homicidij reos, licet plures sint vnicam tantum homicidij calumniam luere; textus tamen noster vnumquenque absentē con-

contumacem prædicta calumnia coercet, & praxim admiſiſſe, tradit Auileſius, capit. 15. numer. 34. & de quantitate huius calumniæ à prædictis iuribus, & authoribus ad notatur, qui & alias quæſtiones mouent, lateque materiam proſequuntur quam tanquam nimis peruulgarem omitto hoc breui ſcholio contentus ad noſtræ legis cognitionem.

Textus LXX.

EN la ley que comienza: Defendemos, que es en el titulo de las acuſaciones, ſobre aquella palabra. Ningun hombre ſin edad, è eſto ſe entiende de edad de diez y ſeys años, porque la edad deſte fuero de las leyes, es de diez y ſeys años, mas por fuero de Caſtilla la edad es de veynte y cinco años.

SVMMARIVM.

1 *Perfecta ætas ad accuſandum, ſedecim annorum eſt.*

2 *Ordinaria pubertas in decimoquarto anno contingit.*

3 *Plena pubertas in decimo octauo ætatis anno perficitur.*

4 *Ætas decem & ſex annorum, inter ordinariam, & plenam pubertatem electa eſt.*

5 *Minori quatuordecim annorum accuſatio interdicitur.*

6 *Minor viginti annis non admititur ad accuſandum, ſicut nec teſtis ad teſtimonium in cauſa criminis.*

7 *An adultus indiſtinctè in qualibet ætate accuſet.*

8 *Pubertati nunquam definita ætas certa fuit.*

9 *Accuſatio prohibita in ordinaria pubertate quoad publicum crimen interpretatur, ſecus ſi minor offenſus eſſet.*

10 *Perfecta ætas in vigeſimoquinto anno conſideratur, hæc quæ in iure dicitur pleniſsima pubertas.*

11 *Interpretatur textus in l. cum filio, de legat. 3. & in l. hac conditio, ff. de conditio. & demonſt.*

12 *Adultus minor tamen 25. annorum, an accuſet in delicto publico.*

13 *Iuſta, perfecta, legitima, & robuſta ætas dicitur in 25. anno.*

14 *Si quid debeatur alicui, cùm peruenerit ad legitimam ætatem, quamuis impetret veniam ante 25. annum, petere nequibit.*

15 *Interpretatur lex. 1. de minoribus*

16 *Interpretatur textus in l. quæro §. fin. eum alijs, de teſtamenta. tutela.*

17 *Minor ætas vigeſimiquinti anni imperfecta à iure vocatur.*

18 *Interpretatur textus in l. miles ſi teſtamentum, ff. de teſtamento militis, & l. vltima, §. vltimo ff. de extraordin. criminibus, & Paulus in lib. 5. ſententiarum.*

19 *Imperfectum opus, & factum, aduerſaria ſunt.*

20 *Imperfectum tempus dicitur id, eſt*

est nondum impletum.

21 *Imperfecta ætas, infirma quoque nuncupatur.*

22 *Prima ætas dicitur usque ad pupillarem ætatem.*

23 *Secunda ætas dicitur usque ad plenissimam pubertatem.*

24 *Interpretatur tex. in l. pupillus obligari, §. item ipse, ff. de authoritate tutorum.*

25 *Exponitur tex. in l. ex duobus, ff. de negot. gestis, & lex tresfratres, de pactis, & lex cum filio, de legat. 3.*

26 *Ætatis humanæ, varij gradus apud veteres constituti fuerunt.*

Lex LXX.

IN TEXTV IBI:

De edad de diez y seys años.

Scholium Primum.

1 FOri lex .2. tit. 20. lib. 4. minoris accusationem vetat: ætatem tamen non statuit: declarat ergo lex nostra perfectam ad accusandum sedecim annorum esse, nō
2 elegit, ergo textus noster ordinariam pubertatem, quæ masculis in decimoquarto anno impleto contingit, lex in sponsalibus, & l. quæsitum, ff. de spōsalibus cap. puberes, de desponsatione impub. cum vulgaribus

3 Rursus neque plenam, quæ in 18. ætatis anno perficitur, l. arrogato, ff. de adoptionibus, §.
4 minorem inst. eodem, sed inter has duas pubertates mediam elegit, perfectamque esse ad accusandum ætatem decem & sex annorum sanxit pubertati ordinariæ, & plenæ, vinos annos addendo, & detrahendo, exemplo Constantini Imperatoris, in leg. 2. C. de his qui veniam ætatis impetrauer. qui ætatem, cuius venia impetrari solet, in masculis vicesimo, in fœminis decimo octauo anno cōstituēs, ait, illam ætatem elegisse tanquam mediam inter ple-
5 nam, perfectamque adolescentiam. Lex tamen partitæ .2. tit. 1. part. 7. ordinaria pubertate videtur esse contenta, cum minori quatuordecim annorum accusationē prohibeat, vltra hác itaque ætatem permittere implicite videtur, quæ lex sumpta est à lege. 2. §. pupillis, & à lege, qui accusare, ff. de accusatio. vbi pupillis accusatio interdicta est, Accursius tamen ibidem schol. 2. docet, & post pupillarem ætatem minorem ad accusandum non admitti, nisi 20.
6 annos compleuerit: idemque testatur Gregorius in scholijs ad prædictam legem, 2. tit. 1. p. 7. glossa. 4. ad instar scilicet testis, cuius testimonium in causa criminis nisi vicesimum

an-

annum attigerit, non recipitur lex in teſtimonium, ff. de teſtibus, l.9. titul.15. part.3. nam quã uis impuberibus ex prædictis iuribus accuſatio interdicatur non ſtatim puberibus factis accuſatio permiſſa videtur, niſi pubertas plena ſit, & hæc non minori viginti annorum ætate, & poſt Accurſium arbitratus fuit Bart. in dicta l.2. §. pupillis, ff. de accuſatio. Angelus ibidem quanquam dubius, numero.2. Baldus in Rubr. C. de accuſationibus, Ioannes Andreas in additionibus ad Speculatorem titul. de accuſatio. §.1. verſ. ſed quid de pubere, & communem appellat Alexander in l. de pupillo, §. ſi in publico, numer. 8. ff. de noui oper. nunciatione, & Pereira in l. ſi curatorem habens, verſic. hunc contractum, numer.38. & pro communi inducitur, textus in l. ſi maritus 15. §. lex Iulia, ff. de adulterijs, vbi ſpecialiter minorem annis vigintiquinque adulterij accuſare prohibet: per argumentum enim ab ſpeciali in alijs criminibus minor ætas deſiderabitur, quam ſic interpretatur Alexand. in dict. §. ſi in publico, numer.8. adultumque indi-
7 ſtinctè in qualibet ætate accuſare poſſe, contra communem defendit Paulus in dict. §. ſi in publico, & decimum ſeptimum annum ætatis tantum requirit, gloſſa ibi, quam ſequitur Bartolus ibidem. Inter hanc igitur ætatis diuerſitatem decimum ſextum annum noſtra lex ele-
8 git: pubertati enim nunquam diffinita ætas ſine controuerſiã fuit, & inter conſultos ſatis diſceptatur, l. qua ætate, verſ. *Virius eſt*, ff. de teſtamentis, eademque diſcrimina pueritiæ, iuuentuti, & ſenectuti, perſtrinxit Vlpianus, in l. cum hi, §. modus autẽ, ff. de tranſactionibus. Animaduertendum tamen eſt, accuſationem in prædicta ætate, plenaque pubertate à noſtra lege, & alijs ſupra relatis permiſſã in pupillarique prohibitã, quoad
9 publicum crimen accipiendam eſſe, ſi enim proſequatur quis propiam, vel ſuorum iniuriam, & pupillus aliæque prohibitæ perſonæ accuſare poterunt, iuxta Papiniani reſponſum, in lege certis, §. pupillis, ff. de accuſationibus, vbi Accurſius, & ſcribentes, & in dicta lege qui accuſare communis omnium ſentẽtia eſt (cũ curatore tamen)? iuxta iura vulgaria, & in hac publici criminis accuſatione docet Accurſius in dict. §. pupillis, & in dicta lege qui accuſare verbo: *Vt mulier*, & Gregorius, in dict. ſcholio.4.

(†)

IN TEXTV IBI.

La edad es de veinte y cinco años.
Scholium II.

10 PRædictam ætatem sedecim annorum, de qua verba fecimus in accusationibus considerandam lex nostra ait, perfectam tamẽ ætatem esse vigintiquinque annorum sancit, hęc enim dicitur plenissima pubertas, cuius meminit Vlpianus in
11 lege cum filio, vers. ego quidẽ, ff. de legat. 3. vbi conditionem illam, cùm ad pubertatem peruenerit de vicesimi quinti anni ætate interpretatur Consultus, si ad eum referatur, quem testator sciebat esse puberem, & in l. hæc conditio, §. fin. ff. de condition. & demonst. idem Vlpianus sensit, & eum explicat doctissimus Emanuel, in cap. si pater, 1. part. verbo, impuberes, nu. 5. & hinc Baldus in l. si cautiones, num. 19. C. qui accusare
12 non pos. Inquit adultum minorem. 25. annorum, etiam cum authoritate curatoris in delicto publico accusare non posse, cùm iura populi non pertineãt ad minorem. 25. annorum, & hanc eandem opinionem Baldo suppresso admisit Salicet' in dict. l. 2. C. qui accus. non possunt, num. 4. vbi plene disputat, & aduersus communem contẽdit minorẽ annis vigintiquinque, nullatenus admittendum in publici iudicij accusatione, & latè tractat Gregorius Lupus in dict. l. 2. titul. 1. part. 7. Schol. 4. Ad hanc igitur opinionum diuersitatẽ alludens textus noster hic, ait, decimisexti anni æ-
13 tatẽ ad accusandum sufficere, licet mero iure perfecta ætas in vicesimo quinto anno consideretur, quæ & iusta ætas dicitur in l. 2. §. 1. ff. de vacatione munerum: & legitima quoque ætas appellatur in l. fin. C. de his qui ven. ętatis impetrau. vbi Iustin.
14 voluit, si quid debeatur alicui cum ad legitimam ætatem peruenerit, licet veniam ætatis impetrauerit, non tamen illud petere posse, nisi vigintiquinque annorum ætate completa, cùm verba debeant intelligi naturaliter, & propriè, non ciuiliter & fictè, vel impropriè. Ex illa itaque lege ellicit Baldus ibidem, quotiescunque fit mentio ætatis legitimæ, vel perfectæ intelligi de naturali perfectione, non de accidentali fictione, &
15 hinc Vlpianus in lege. 1. in fine, ff. de minoribus, ad hanc vsque ætatem vigintiquinque annorum minores curatorum auxilio regi firmat, cùm ex lege lætoria minor ætas legitima non diceretur: cuius meminit Constantinus Imperator, in l. 2. de donation. in cod. Theodosian. ibi: *Donec annos lætoria legis egres-*

sus

ſus legitimam compleuerit ætatem: quæ non inelegans theorica eſt ad Vlpiani intellectum in dict. l.1.verſ.& ideo,quæ non facilis cõmuniter arbitrata eſt,de quare inſpicienda ſunt ſcholia ad l. 2.ſupra ex num.6.& in hoc eo-
16 dem ſenſu legitima ætas accipitur in l. quæro; §.vltimo.in fine, ff. de teſtam.tutela, & in l. Aurelio, §.vltimo,ff. de liberatione legata,in l.1.ff. de fideiuſ. tutorum,in l. vltima in fine, ff. de appellat.in l. ex duobus fratribus, ff.de negotijs geſt. in l. vltima,§.Diuus, ff. de publicanis, in l.ſi fideiuſſores; ff. de fideiuſſ. in l.de his; C. de adminiſtratione tutorum, in l.1. C. de tutore,vel curatore,qui ſatis non dedit,in l.2.C.ſi mater indemnitatem promiſit; in l.1. C.de curator.furioſ.in l.1.C. ſi quis ignorãs rem minoris eſſe; in l.1. C. ſi maior factus; & in l. 2.C.de tempor.in integrum reſtitutionis; in l.4. C. de tranſactionibus,in l.1.C.ſi tutor, vel curator, in l.1. C. ſi aduerſus rẽ iudic.in l.2.C.in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria, in l.vltima,C.de his qui ven.ætatis, & in l.2.C. qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant,lib.10. In quibus omnibus alijsque innumeris legibus legitimæ ætatis.25.annorum mẽtio fit, ſicut in lege noſtra, quã ætatem *Robuſtam*, quoque appellauit Vlpianus in l. ſi maritus,§.lex Iulia,ff.de adulterijs: & in l.vnica,de his,qui ven.ætatis impetra.in C.Theodoſiano idẽ adnotatur, propterea quod tunc virilis vigor completur: à qua lege firmata quoque ætas dicitur; & ex Virgilio conſtat egloga.4.*Hinc vbi iã firmata virum te fecerit ætas.*

Et eodem noſtræ legis vocabulo vtitur lex minor viginti-quinque annis,ff.de minoribus ibi: *Falſo probauit perfectam ætatẽ*, &l.cum de indebito,§.ſin autẽ, ff.de probationibus,ibi:*Vel fortè vir quidem perfectæ ætatis*: & lex ſi tutor reipublicæ, §.ſi duobus, ff. de tutelis; & rationibus diſtrahendis,ibi:*Perfectæ ætatis cõſtituti reciderit*: & lex in rem ſuã; C.ſi aliena res pign. data ſit,ibi: *Nec huic poſt perfectam ætatem conſenſum accõmodaſti*: & lex ſi mulier,C. ad Senatuſconſ. Velleianũ, ibi:*Perfectæ ætatis conſtituta*: & l.fin.C.de his qui ven. ætatis impetr. ibi:*Vel ſi ſe abſolutè dixerit perfectæ ætatis*:& §.fin.inſt. de Atiliano tutore,ibi:*Vt is, qui perfectæ ætatis non eſt*, in quibus iuribus perfecta ſanè illa ætas dicitur,quæ viceſimoquinto an-
17 no conſtat:cùm minor ætas imperfecta à iure vocetur,l.2.C.de iuris & fact.ign.l.vltima; C.in quibus cauſis in integ. reſtitutio:Imperfectum itaque perfecto aduerſatur; l. miles ſi teſta-

18 mentum,ff.de testamento mili
tis,& ita perfectum, & imperfe
ctum flagitiũ opponuntur,in l.
vltima,§.vltimo,ff.de extraor-
dinar.criminibus,& apud Pau-
lum,lib.5.sententiarum, titul.
19 4.adnotatur.Itemque imperfe-
ctum opus & factum aduersa-
ria sunt,l.qui insulam,§.qui æ-
dem,ff.locati, & imperfectum
20 tempus dicitur, idest,nondum
impletũ,in l.si operas,ff.de vsu-
21 fructu. Quæ imperfecta ætas *In
firma*,quoque nuncupatur,in l.
ciuitatibus ad finem,de legat.1.
Rursusque,& apud Suetonium
in Augusto, cap.66. & Diuum
Gregorium,epistola.24. libr.4.
22 & Iustinian. nouella.27. *Prima
ætas*,quoad pupillarem appella-
23 tur. *Secunda verò ætas*, vsque ad
vicesimumquintũ annum: de
hac ergo ætate secunda debet
accipi lex nostra, de qua etiam
intelligitur text. in l. pupillus
24 obligari,§.item ipse,ibi: *Sane si
suæ ætatis factus comprobauerit emp
tionem,contractus valet*, ff. de au-
thorit. tutorum, cum suæ æta-
tis fieri intelligatur quis,qui vi
cesimumquintum annum atti-
gerit,nisi de contraria volunta
te testantis appareat,vt sic inter
25 pretemur textum in l.ex duo-
bus,ff.de negotijs gestis, coniũ
cta lege tres fratres,de pactis, &
textu in l. cum filiofamilias,ff.
26 de legat.3. Ætatisque humanæ
varios gradus à veteribus con-
stitutos recensent Censor.in lib.
de dic.nat.cap.14. Clemens,lib.
6.stromat. Pollux libr.2. Ono-
martic. Macrobius lib.1.in Som
no Scipionis, cap.6. Seruium-
que Tulium cũ classes descrip-
tionem personarum faciendi
gratia instrueret,pueros esse exi
stimasse,qui minores essent an-
nis decem & septem, atque in-
de ab anno 18. quos idoneos iã
esse reipublicæ arbitraretur,mi
lites scripsisse, eosque ad annũ
46.Iuniores, supraque eum an-
num Seniores appellasse, Aulus
Gelius,lib.10.cap.28.ex Tube-
rone tradit: à quo transcripsit
Hotomanus de verbis iuris,ver
bo ætate, inspiciendusque est
Alex.ab Alex.lib.4.cap.11.&Ti
raquelus de primogenijs inpre
fatione, num.168. & sequenti-
bus,vsque ad numerum.180.

Textus LXXI.

LA ley que es en el titulo de las fuerças,que comieça: Ningũ hombre, &c. *en esta ley dize,que el q̃ robasse los hombres viandantes, que peche quatro tãto de lo que robare. Esta ley se entiende del que roba en camino algun hombre. E q̃ no auia alguna manera de razon,porq̃ robarle, è este tal robador,hade pechar esto q̃ robò cõ el quatro tãto, è ciẽ marauedis de la moneda nueua por camino quebrãtado,maguer destos cien marauedis, no dize en esta ley ninguna cosa,*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DEpradantes vltra alias pœnas, pœna quadrupli puniebantur.*

2 *De iteneratium ſecuritate aliquã traduntur.*

3 *Excommunicationis pœna pradantes Eccleſia punit.*

4 *Pœna noſtra legis extenditur ad ſex mille quadrantes, iure Regni recentiori.*

5 *Antiquitus prada permittebãtur*

6 *Iupiter pradator nũcupatus fuit apud veteres.*

7 *Qui profecturus erat viam Herculi, aut Iano ſacrificabat, cũm timor itineris ſemper viatores vexaret.*

Lex LXXI.

IN TEXTV IBI:

Con quatro tanto, e cien marauedis.

Scholium Vnicum.

1 LEX fori.18.titul.4.lib.4.vltra pœnas pro crimine à iure irrogatas pœna quadrupli in deprædantes animaduertit, vt viatores, & itenerantes tuti ſint. & hanc pecuniariam calumniam ad alia centum dipõdia lex noſtra extendit: hæcquè ſola concluſio ex tota eius ſeriè
2 deducitur, & de iure communi de itenerantium ſecuritate mentio fit, in capi. innouamus de treuga & pace, & in capit. ſi quis Romipetas, & in capit.
3 paternarum.24.queſtion.3 Vbi vltra alias coerciones, excõmunicationis pœna prædantes Eccleſia plectit, & quadrupli pœnæ meminit textus in auth. Agricultores quæ res pig. inſpitiẽdæquè ſunt, l.51.&.54.tit.6.parte.i.& l.4.tit.7.part.5.leg.11.titul.28.part.3.leg.3.titul.3.par.5.l.11.titul.9.& l.9.titul.10.parte.7. & ibi Gregorius, & tractat. Bartolus in l. nequid.ff. de incendio ruin. & naufragio, Cepola de ſeruitutibus viæ, cap t.50. Abbas in capit. licet, numer.8. de reſtitutione ſpoliatorum, Gandinus de maleficijs, titulo, *De certis quæſtionibus*, §. nũc eſt videndum, numer.8. Rippa, in l. quominus, de fluminibus, Lucas de Penna in l. annonas, C. de erogatione milit. annonæ, Grammaticus deciſione Neapolintan. 47. Syluester in ſumma verbo, *Rapina*, Boſsius titulo de *Damno dato*, numer. 16. Montaluus in dict. l.18. fori, & in leg.5.titul.19.libr.3. Didacus Perez, in l.1.titul.16. libr.8.
4 Ordinamenti, & nouiſsimè pœna centum quadrantum noſtrę l. extenditur ad ſex millæ, vt conſtat, ex l.3.titul.9.lib.8.compilationis hæquè pœnę forſam irrogatæ fuerunt ad antiquitatatem reſecandam, qua prædæ per-

5 permittebantur, & hinc apud priscos frequens votum fuit, vt decimam Spoliorum Ioui deuouerent, ex quo fluxit, vt & prædator Iupiter nuncupatus fuisset, Virgilius lib. 3. Eneydos:
6

Irruimus ferro, & diuos ipsumquè vocamus.
In prædam partemquè Iouem.

Et cum timor itineris semper viatores vexaret, qui profecturus erat viam Herculi, aut Iano sacrificabat, vt tradit Festus Pompeius libr. 14. in versiculo: *Propter viam.*

Textus LXXII.

La otra ley, que es en el titulo de las penas, que comiença: Hombre, que no fuere ladron conocido, encartado, è robare en camino, peche lo que ha robado doblado à su dueño, è al Rey cien marauedis. Esta ley se entiende del que ha alguna manera de razon de tomar en el camino al que va por el lo què lleua: assi como el que era su deudor ò su fiador, ò lo tomò, o le forçò, è le roba lo que lleua, ca en todo robo ay fuerça, e estonce esto que en tal manera robò deuelo tornar con el doblo, è cien marauedis al Rey. Y en el capitulo, q̃ es en esta ley que comiença. E si fuere ladrõ conocido, ò encartado, ò robare en camino, muera por ello, è de lo que huuiere peche à su dueño el robo doblado: es a saber, que la muerte es en lugar de los cien marauedis del camino quebrantado, y el doblo es para la parte que robarõ, e assi sea juzgado todo esto en casa del Rey: è las otras leyes, que son en el titulo de las fuerças, que comiençan: Quãdo alguno: è la otra ley: Que quier: la otra ley: Ninguno no se querella dellos: è la otra ley: Que aquellos que van: è la otra ley: Si por hazer. Cada vna destas leyes se entiẽde en caso señalado de que cada vna destas leyes hablasse, segun que por ellas mejor se puede entender.

SVMMARIVM.

1 *Prædatori dupli pœna imponitur vltra alias coertiones.*

2 *Omnis prædator quanuis colorem prædandi habuerit, vim intulisse dicitur.*

3 *Creditor propia authoritatẽ prædans rem debitoris debitum amittit.*

4 *Rem debitoris occupans, solum amittit ius quod habebat ad eã, non*

non tamen totius debiti.

5 *Si quis propria authoritate occupet rem debitoris ante omnia restituere debet debitori, quanuis ius haberet ad eam.*

6 *Prætextu vis illatæ vltra amiſſionem rei, alijs pœnis prædator coercetur.*

7 *Calumnia cuius meminit textus noſter, prædatori imponitur, quã do ciuiliter actum fuit, & in hoc ſenſu accipienda eſt hæc ſtyli lex.*

8 *An valeat pactum inter creditorem, & debitorem de ingrediẽdo bona debitoris propria authoritate, & virtute huius pacti, excuſetur prædator.*

9 *An virtute conſuetudinis excuſetur occupans rem debitoris propria authoritate.*

10 *Quando debitor fugit cum re obligata creditori, ab eo prædari poteſt, & quomodo, & cum quibus requiſitis hæc doctrina accipiatur.*

11 *Quando creditor fideiuſſoris rem ingreditur, non amittit ius debiti aduerſus principalem debitorem.*

12 *Iure gentium generaliter ſtatutum fuit, vt propria authoritate poſſet creditor occupare rem debitoris ſui.*

13 *Creditores olim vetuſtarum legum permiſſione grauiter ſeuiebant in debitores.*

Lex LXXII.

IN TEXTV IBI:

Alguna manera de razon de tomar en el camino.

Scholium Vnicum.

1 FOri lex.7 titu.5.lib.4. prædatori, dupli pœnam irrogat, ſimul cũ rei reſtitutione, fiſcoque centũ quadrantũm calumniam applicat, quæ lex, quia nimium mitis videbatur lex noſtra ſtyli eã interpretatur, nempe, vt ſenſus ſit quando quis colorem prædandi habuit, vt potè, ſi creditor debitorem ſuum ſpoliauit, vel eius fideiuſſorem, quo caſu
2 ratione vis illatæ cum omnis prædator vim intuliſſe iudicetur, prædictam pœnam ſtatuit in huiuſmodi prædatores: eademque dupli pœna præfinita eſt, à l.11.titul.13.& à l.14.tit.14. part.5.& de iure communi probatur in l.extat, ff.quod metus cauſa; & in l.nullus, C. de Iudæis, & in §.1.de pace iuramento firmanda: & vltra prędictam
3 pœnam creditor debitum amittit, iuxta ſingularem deciſionem textus in dict.l.11.titul.13.
4 part.5. quanuis ante prædictam legem partitæ communiter receptum fuiſſet, occupantem rẽ debitoris ſolum amittere ius,

quod

quod habebat ad illam rem, nõ tamen totius debiti, iuxta glossam in dict. leg. extat, quæ Ioannis, & Azonis opinio fuit, vt Accursius refert, neque ab ea recedit Gregorius in dict. l. 11. Scholio quinto, docens prædictam partitæ legem accipiédam, secundum leg. 14. titul. sequenti, quæ pignore prius restituto actionem ad debitum creditori non denegabat, & ibi ipsemet Gregorius scholio sexto adnotauit, præfataque dupli pœna, statuta quoque est à lege 5. & 6. titul. 14. lib. 3. ordinamenti, & a l. 1. & 6. titul. 11. libr. 5. vbi Didacus Perez, quæ habetur in l. 5. & 6. titul. 13. lib. 4. Compilationis. & in l. 1. titul. 17. lib. 5. vbi Azeuedo, quibus iuribus statuitur, hac de re, magistratũ summariè cognoscere debere pignoreque restituto pro crimine
5 alijs pœnis spoliantes coercere posse, in nulla tamen lege inuenio pœnam amissionis debiti imponi, nisi in lege. 4. titul. 17. libr. 5. Compilationis cui scholia Azeuedo non adiecit, ne tamen discedamus à prædicta cõmuni opinione, putarem prædictam legem intelligendam in casu tantum, quo loquitur.
6 Prætextu ergo vis illatæ prædicta pœna lex nostra propria authoritate spoliãtem plectit nec non, & in vis armatæ pœna coercendum iubet dicta lex. 1. titul. decimoseptimo, lib. 5. Compilationis, cuius antea meminit textus in lege. tertia, ad legem Iuliam peculatus, & in §. item lege Iulia de vi publica, instituta de publicis iudicijs, & in lege prima, ff. ad legẽ Iuliam de vi priuata, quibus conuenit textus in lege octaua, titulo decimo, partita septima, quas cri-
7 minales pœnas nostra lex non tollit, quando criminaliter ageretur contra vim inferentem; textus enim noster & pœna calumniæ ab eo irrogata accipi debet, quando ciuiliter actum fuit. Prædictæq; pœnæ in duo-
8 bus tantum casibus locum non habent. Primus est, quando pactum initum esset inter creditorem, & debitorem, vt propia authoritate posset rẽ ingredi, iuxta prædicta omnia allegata iura Partitarum, & Compilationis, & vtrobique scriptores, & de huius pacti firmitate, late disputat Ioannes de Platea in lege nemo carcerem, C. de exaction. tributorum, libro decimo à numero vigesimoquarto,
9 & hic quæri solet, an sicut in hoc valet pactum, valeat etiam consuetudo, & quæstionem mouet Ioannes Andreas in capite cum tanto, de consuetudine, & Iacobus de Velouiso, & Albericus in lege creditores, C. de pignoribus, latè tractat Gregorius Lopez, in dicta le-

ge

ge.14. titulo.5. part.14. Scholio.4.

10 Secundus eſt, quando debitor fugeret, l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. de his quæ in fraudem creditorũ. Quatuor tamẽ hoc caſu neceſſaria ſunt, fuga ſcilicet, vel fugę ſuſpicio: Secũdò, & vt res, vel pecunia debita portetur à debitore: Tertio, vt iudex adiri nequeat: Quartò, vt fugę ſuſpicio oriatur poſt cõtractũ: quæ omnia quatuor requiſita colliguntur, ex dict. §. ſi debitorem, & ex Bartol. ibi, & ex Accurſio in leg. ſi alius, §. veriſimile, ff. quod vi aut clam. & in l. interdum, §. qui furem, ff. de furtis, quibus accedit textus in lege ſi creditores, ff. de priuilegijs creditorum, & in l. ſi alius, §. bellisſimè, ff. quod vi aut clam, eſtquè omnino intuẽdus Platea in dict. l. nemo carcerem, num. 22.

11 Quibus & alius tertius caſus adiungi ſolet, quando creditor ſcilicet rem fideiuſſoris ingrederetur: nam quoad debitorem principalem, ius non amitteret, vt Albericus in dicta lege extat, ff. quod metus cauſa, poſt veteres, quos refert adnotauit:

12 iureque gentium generaliter conceſſum fuit, vt propria authoritate rem debitores ſui, quis occupare poſſet, etiam iudice non adito, neque pacto appoſito, lege. 4. ff. de ſtatu hominum, §. primo, inſtituta de iure perſonarũm, l. ex hoc iure, ff.

13 de iuſtitia, & iure, & de creditoribus, & quam grauiter olim ſe uirent in debitores, plura congeſsit Gelius lib. ſecundo, cap. 1. Alexander ab Alexandro, libro. 6. capit. decimo, & ibi Tiraquelus in Scholijs, litera. L. & de creditum præſtituta die, nõ ſoluentis, crudeli apud Indos ſupplitio, ipſemet Alexander vbi ſupra author eſt.

Textus LXXIII.

OTROSI, es à ſaber, que ſi vienen muchos hombres querelloſos, diziendo, è querellando contra algun hombre que tienen preſo los oficiales, que aquel hombre los robò cada vno dellos yendoſe por el camino: y eſto miſmo dizen y querellan otros del, è no ſe prueua contra el al, ſino eſtas querellas que dan del: y eſto ſe libra en eſta guiſa en razon de los robos; que los robadores ſon tomados con los robos, è los robadores publicos notorios, que los matan por juſticia, è los otros hombres, que

que no son publicos, ni de mala fama, ni son tomados con el robo si querellan dellos que los robaron, è les fue prouado cõ prueua, o por pesquisa valedera juzgan que pechen lo que tomaron con la pena del robo, segun el fuero de aquella tierra, cuyo termino robaron. E demas si roban en camino, deuen pechar al Rey cien marauedis de la buena moneda por cada cosa, è maguer muchos sean los querellosos, que dizen que los robò, è maguer sea de mala fama, el acusado no juzgarã contra el, sino se prueuã las querellas que dieron contra el: mas entonce el Alcalde deue mandar que se salue por su juramento: y es à saber, que el enfamado, que es acusado de algũ mal fecho que puede el Alcalde mandarlo prender, è de la prision se salue, y esto por razon de la mala fama.

SVMMARIVM.

1 *Manifestum furtum partis querela, & rei furtiuæ aprahensione satis probatur.*

2 *Duplex furtum est manifestum, scilicet & non manifestum, manifestum est, aprehendere cum re furtiua.*

3 *Non manifestum furtum est, quãdo cum re subtracta fur non aprehenditur, licet cum ea postea reperiatur si iam, quò destinauerat pertulerat.*

4 *Qui visus est furari manifestus, fur dicitur licet deprehensus nõ fuerit, cum re furata.*

5 *Interpretatur lex nostra.*

6 *Partis querela, & furis fuga satis constat de delicto.*

7 *Ad inquirendum de furto sola partis accusatio sufficit.*

Lex LXXIII.

IN TEXTV IBI.

Que aquel hombre los robò
Scholium Vnicum.

1 Sententia huius legis est manifestum furtũ partis querela, & rei furtiuæ aprehensione satis probari furtum tamen non manifestum probationem legitimam deposcere quãquam accusatus malæ famæ sit, ad capturam tamẽ reprobam famam sufficere.

2 Duplex furtum in iure est manifestum scilicet, & non manifestum. Manifestum dicitur cũ fur cum re furtiua deprehenditur antequã abscondere possit: In domovè causa furandi adprehen-

3 hendatur, non manifeſtum tamen appellatur, quando cum re ſubſtracta fur non deprehenditur, licet cum ea poſtea adprehendatur, ſi tamen iam quo deſtinauerat, pertulerat, l.3.5. & 6. ff.de furtis, l.2, titulo.14.part.7.
4 Vbi qui viſus eſt furari, manifeſtus quoque dicitur fur, licet cum furto deprehenſus nõ fuerit, & Accurſius docuit in dicta l.3. & communis opinio eſt, ſecundum Albericum ibidem in principio, & Gregorius adnotauit in dicta l. Partitæ, Scholio
5 quarto. In huius ergo criminis probatione, ſi crimen manifeſtum ſit adprehenſioque interueniat plena probatio dicitur, ſecundum noſtræ legis ſententiam: manifeſtum enim nulla alia probatione indiget, cap. de manifeſta, & cap. manifeſta, ſecunda queſtione prima. Quini-
6 mò & partis accuſatione, & furis fuga ſatis conſtare de furto, ex multis tradit Riminaldus conſilio 2.numer.3. In furto tamen non manifeſto, probatione opus eſt, lex nec manifeſtũ, lex ſi quis ex domo, lex is qui opem, lex vulgaris, ff. de furtis, quibus iuribus ſatis noſtræ le-
7 gis confirmatur ſententia. Ad inquirendum tamen ſola partis accuſatio, vel denuntiatio ſufficit, iuxta Baldi doctrinam in lege mancipia, num.1.C.de ſeruis fugitiuis: etſi improbæ famæ reus ſit, capi ſola accuſatione poterit ſine alio inditio, & ſuſpicione, ex textu in lege 3, titulo 30.part.7. & cum criminum ſcriptores in ſuis titulis, & præcipuè in titulo de furto: de eo latiſsimè ſcripſerint, nequaquam hæc res interpretationẽ noſtram deſiderat.

Tex LXXIIII.

EN El titulo de las penas, ſobre la ley que comiença: Todo hombre que foradare caſa, muera por ello. Y eſſo miſmo ha de morir ſi ſubiere por pared, q entre por fieneſtra, o por texado a la caſa, deue morir. O ſi abriere la puerta con llaue, o en otra manera. O ſi deſcerraxare arca: o ſi entrare en otra guiſa por la puerta ſeyendo abierta, e lo fallaren que eſtà eſcondido en caſa, deue morir por ello por juſticia.

SVMMARIVM.

1 *FVres domos ingredientes foramina facientes, oſtium, vel archas cum falſa claui aperientes, aliavè huiuſmodi crimina committentes, mortis pœna puniuntur, & num. ſeq.*
3 *Si quis ſchalas appoſuerit ad alicuius feneſtras, cauſa furandi, vel pudicitiæ violandæ, mor-*

tis pœna afficitur, & numero quinti.

5 *Interpretatur textus in §. si quis, quinquè solidos, capitis primi, de pace tenenda, & eius violatoribus.*

6 *Effractor pœna mortis punitur.*

7 *Rumpens, frangensquè portam, vel muros, volendo rapere monialem, hominemvè interficere, aliudvè simile delictum perpetrare, mortis pœna plectitur, licet delictum non perfecerit.*

8 *Qualitates, & circunstantiæ aggrauant furta, quarum prætextu rigorem nō habet lex nostra; licet de ea dubitauerit Gregorius.*

Lex LXXIIII.

IN TEXTV IBI: *Que foradare casa.*

Scholium vnicum.

1 LEX Fori 6. titul. 5. libr. 4.
in fures, domos ingredientes, & foramina facientes,
mortis pœnam irrogat: quam
& nostra lex extendit in ascen-
2 dentes per parietem, per fenestras, vel per tecta intro euntes: vel ostium, vel archas cum falsa claui aperientes, vel rumpentes, cuius pœnæ meminit textus in capite vltimo, versiculo, *Eo verò*, in Authentica, vt nulli iudicum, collatione nona, & lex
decimaoctaua, titulo decimoquarto, partita septima: & alludit ad prædictā pœnam decisio textus in lege finali, ff de rerum diuisione, & ex ea nostræ legis sententiam post Cynum, & Innocentium, quos refert, admit-
3 tit Bald. ibidem in principio.
Scalis enim admotis transcendere, grauissimum crimen fuit,
4 & mortis pœna dignum: & si ad
fenestras alicuius quis eas apposuerit, causa furandi, vel castitatis violandæ; vltimo supplitio plectendum, Bartolus docuit in dicta lege finali, nume-
5 ro tertio. In cuius rei argumen-
tum adduci potest textus in capite primo, §. si quis quinquè solidos, de pace tenenda, & eius violatoribus in vsibus feudorū.
6 Et textus in lege finali, versicu-
lo finali, ff. de re militari: vbi effractor pœna mortis punitur, cui suffragatur textus in lege prima, & secunda, ff. de effractoribus, vbi in effractores pœ-
7 na mortis animaduertitur. Et
huic rei accedit singularis Cyni doctrina in lege si quis non dicam rapere, numero tertio, C. de Episcopis & clericis, vbi committentem fracturam portarum, vel murorum, vel similium, volendo rapere monialem, vel hominem interficere, furtumvè facere, prætextu fracturæ, mortis pœna plectendum ait, licet delictum perfectum

ctum non fuerit, & Accursius, & Albericus docet in lege, qui ea mente, ff. de furtis. Prædictæ
8 ergo qualitates furta grauant, vt ex prædictis iuribus constat, & Baldo placuit in dicto §. si quis quinquè solidos, in fine, & Angelo de Aretio in §. ex maleficijs, numero quarto, institutis de actionibus, Abbati in capite vltimo, de furtis, in fin, quæ hic libuit adducere, nostræ enim legis pœnæ dubius est Gregorius in lege decimaoctaua, titulo 14. part. 7. Scholio 5. prope fin. qui omnino inspiciendus est.

Texus LXXV.

Otrosi es a saber, que si alguno toman con el furto, maguer sea el primero furto, muera por ello. Esso mismo, si el merino toma los malhechores, en faciendo el malfecho, o luego en siguiendolos: e no se ha porque hazer pesquisa, pues concegeramente, y en publico, e de dia fue el fecho. Ca esto cumple para hazer justicia del malhechor.

SVMMARIVM.

1. *Fur manifestus, mortis pœna coercetur, licet primum tantum furtum commiserit.*
2. *Famosus latro, quis dicatur.*
3. *Primum furtum in famoso latrone, an sufficiat quando homicidium sequutum non fuit, ad hoc, vt pœna mortis irrogetur.*
4. *Grassatores in nostro Regno, pœna mortis puniuntur, licet homicidium non committant.*

IN TEXTV IBI; *Si alguno toman con el furto.*
Scholium vnicum.

1 SENTENLIA nostræ legis est, notum & manifestum furem mortis pœna coerceri, licet primum tantum furtum ab eo com-
2 missum sit: notusquè hic fur dicitur famosus latro, de quo in in lege capitalium, §. famosos, ff. de pœnis, quanuis Accursius ibi, primum furtum hoc casu non sufficere contendat, nisi ho-
3 micidium sequutũ fuisset, aliavè plura furta loco eius, Bartolusquè, & ordinarij interpretes ibi communiter eius opinionẽ recipiunt, & allegant pro ea textum in leg. capitalium, §. gras-
4 satorem, ff. de pœnis. Sed in nostro Regno lex nostra admittenda est, eiquè adstipulatur lex decimaoctaua, titulo decimoquarto, partita septima: & quod de Draconis lege Atheniensibus lata tradit Xenof. primo de

 dict,

dict. aut fact. Socrat. qua sancitum fuit: *Illum affici morte debere, qui aut furabatur, aut latrocinabatur, aut rapiebat, aut in ædes alienas irruebat, aut sacrilegium committebat.*

Textus LXXVI.

OTRO Si es a saber, que quando furtan, o lieuan ganados, o bestias, o otras cosas, que son a tales, que se pueden lleuar por rastro, e los que vienen en essa demada lleuan rastro fasta el termino de algun lugar: Estos que van en esta demanda suelen acender fuego ay, e hazer afumada deuen hazer afrontar, è fazerlo saber al Alcalde de aquel lugar donde es aquel termino. E si el Alcalde no sacare aquel rastro de su termino, hasta que lo meta en otro termino de otro lugar el rastro. Es tenido a pechar el ganado, o la cosa assi lleuada, como de furto, si la lleua furtada. Y esto que es dicho del Alcalde, esso mismo son tenidos de hazer los del lugar, o los Alcaldes, dende si fueren afrontados dello, e les mostraren el rastro. Y esso mismo han de hazer si alguno querella, que lleuan lo suyo robado, ca los oficiales, o el concejo a que es querellado, deuen prender los robadores, e tomar lo que lleuan robado: o querellan del querelloso: ca si el querelloso no ouiesse, no son tenidos de prender los robadores, ni tollerles el robo. Mas si querelloso ay deuenlo hazer assi como dicho es, sino son tenidos a lo pechar.

SVMMARIVM.

1 A*Bigeus est, qui pecora ex pascuis, vel armentis, ex domo, vel stabulo abigit.*

2 *Quilibet iudex, furem cum re furtiua apprehensum, puniri potest: etsi alibi furtum commisisset.*

3 *Dubia prædicta opinio est. In abigeo tamen nullus de ea dubitauit.*

4 *Furis, & abigei, diuersitas adnotatur.*

5 *Abigere, verbum, plures significatus habet: quoad nostram tamen legem, & eius intellectum abigere, abducere est.*

6 *Lege veteri, qui potuit apprehendere furem, & non fecit, ad damnum, & res, pro quibus fures, latrones, & abactores tenebantur, condemnabatur.*

Lex

Lex LXXVI.

IN TEXTV IBI;
O lleuan ganados, o beſtias.

Scholium Primum.

1 TRACTAT Hæc lex de crimine abigeatus, quando quis pecora ex paſcuis, vel armentis, ex domo, vel ſtabulo abigit, cuius pœna mortis eſt, l. 1. ff. & C. de abigeis, l. 19. titul. 14. partita ſeptima. Et in vtroquè loco ſcriptores, cuius criminis cum veſtigia reperiri poſſint cum iudicio, lex noſtra ſtatuit magiſtratũ accuſatione interpoſita, abigeos ſequi debere quemlibet, ſcilicet in
2 eius iuriſdictione; à quo deſcendit, vt & quilibet magiſtratus, furem cum re furtiua adprehenſum punire poſſit, & ſi alibi furtum commiſiſſet, iuxta Bartoli ſententiam in lege, ſi dominium, & in lege ſi abducta, ff. & C. de furtis, & in l. ſed nequè legatarius, ff. de condictione furtiua, (& quanuis contrariam opinionem verio-
3 rem eſſe pleriquè opinentur, relati ab Anania in cap. vltimo, numer. 9. de furtis, quibus ipſe aſſentitur Abbatem improbás in cap. primo, de raptoribus, qui communiter ait, ſeruari Bartoli ſententiam, & ei ſuffragatur text. in lege quarta, titulo decimoquarto, partita ſeptima,) in abigeo tamen, etiam ante ipſam legem Partitæ, nulla vnquam dubitatio eſſe potuit, vt tradit Hippolytus Bonacoſæ, de equo ſiue cauallo, quæſtione 109. per totam.
4 Furiſquè, & abigei diuerſitatem adnotauit Gregorius in
5 dicta lege 19. titulo 14. partita ſeptima, Scholio octauo. Et abigere verbum, plures ſignificatus habet, vt cernere eſt ex Ambroſio Calepino, verbo, abigo, à quo abigeus, & abactor dictus eſt; & quoad noſtrã legem attinet, abigere, *abducere eſt*, & non ſolum in proprietate ſermonis, dolum, ſed & vim ſignificat, vt Liuius Deca. libr. primo refert ibi: *Herculem in ea loca, Gerione interempto, vobes mira ſpecie abegiſſe: abigamquè ego iam illum aduenientem ab adibus.* Plautus ſcripſit in Aulul. duæquè de abactoribus Græcæ Iuſtinianeæ cõſtitutiones latæ fuerunt, vt legitur in legibus Georgi, Iuſtinia. tit. 4. lege ſexta, & ſeptima: & de abactoribus titulum inſcripſit Iulius Paulus receptarum ſententiarum ad filium, libro quinto, titulo decimooctauo, & in C. Theodoſiano mentio fit in lege vltima, tit. vigeſimooctauo,

libro nono, vbi Cuiatius omnino inspiciendus est.

IN TEXTV IBI: *Es tenudo a pechar el ganado, o la cosa assi lleuada.*

Scholium II.

6 DE Carolo Magno quoquè fertur, eos, qui possent adprehendere conuictos, & non fecerunt, ad damnum, & res, pro quibus fures, latrones, & abactores tenebantur condemnari statuisse, in eius constitione Capitulari in his, quæ addidit ad leges Longobardorum, libro primo, titulo de furt. & seruo corrupto.

Textus LXXVII.

Sobre la ley: Todo hombre que matare a otro a traycion, o aleue, arrastrenlo por ello. Es a saber, que el que sobre tregua fiere a aquel cō quien ha treguas el aleuoso: (maguer no sea hijodalgo, segū dize la ley que comieça: Todo fidalgo, en el capitulo: Si fijodalgo, q̄ es en el titulo de los rieptos:) Este tal que fiere sobre tregua, deue morir por ello: mas en riepto el fidalgo por aleue no deue morir por ello, saluo si el fecho que hizo es tal, que deue morir quien quier que lo haga, segun dize la ley, que comiença: El reptado, que es en el titulo de los reptos. Assi el fidalgo si mata sobre tregua, deue morir por ello.

Lex LXXVII.

IN TEXTV IBI: *Sobre la ley.*

Scholium vnicum.

AD Intellectum huius legis, inspiciēda sunt adnotata in legibus 39. & sequentibus, quæ de indutijs loquuntur. Et lex, quæ hic refertur, est lex secunda, libro quarto, titulo decimoseptimo Fori: nulloquè alio Scholio est opus ad huius textus interpretationem.

Textus LXXVIII.

EN La ley que comiença: Quien hiziere moneda, que es en el titulo de los falsarios, &c. sobre aquellas palabras: Quien las rayere con lima, o con otra cosa, o las cercenare, &c. Esto es, a saber, del q̄ vsa a sabiēdas de falsa monede, que no se falla en el derecho cierta pena. Mas es a saber, que si el que vsa de falsa moneda a sabiendas de otro: quien ge la dio prueue donde la ouo, que aura pena al aluedrio del juzgador, porque vsa a sabiendas de falsa moneda: mas sino da autor, o sino prueua donde la ouo, e vsa a sabiendas de llo, iuzguenlo por falsario, e darle han pena de falsario.

SVMMARIVM.

Pecuniæ vſus, in locū contractus permutationis ſubrrogatus fuit.

2 Ius gentium introduxit, vt nummi materia difficultatibus permutationum ſubueniret.

3 Homerus reſcenſu, & æſtimatione dignas boū & pecudum numero taxauit.

4 Pecuniæ nomine omnes res, & corpora continentur.

5 Pecunia pro hæreditate ponitur.

6 Nummus, monetam tantum ſignatam ſignificat.

7 Pecuniæ vocabulum exactius eſt, & non ſolum nummos, ſed & omne patrimonium reſpicit.

8 Facere pecuniam, id eſt, rem, & patrimonium augere, interpretatur Cicero.

9 Pecunia omne pecus dicta eſt, pecudiſq́ nota ſignabatur.

10 Nummus dicitur, quia cuncta metitur, eſtquè quodammodo medium inter homines.

11 In nummo antiquitus impreſſa fuit Tarentis filij Neptuni imago inuehentis equo.

12 Auguſtus Cæſar, nummum argenteū nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſit.

13 Nummus, & numiſma, idem ſunt.

14 Numiſma apud alios vocatur nomiſma per quartā vocalem. Numiſmaq́, ſiue nomiſma, cum vnico tātum .m. ſcribitur; nummus verò duplici litera.

15 Nummus, ſiue nomiſma, omnem pecuniam ſignificat, ſiue aureā, vel argenteam, vel æream.

16 Nummi Etymon declaratur.

17 Nummularij, & argentarij, Aetymologia adſcribitur.

18 Nummarij iudices, qui ſint.

19 Moneta Aetymon traditur.

20 Aera dicta eſt, id eſt, numeri nota.

21 Aedes monetæ Iunoni dicata fuit.

22 Moneta diuerſis attributis ponitur.

23 Monetarij dicuntur, qui in moneta publica operantur.

24 Monetariorum corpus, quid.

25 Monetalis cuſſio, quid.

26 Triumuiri monetales, qui.

27 Monetariorum bellum grauiſſimum refertur.

28 Monedula, quid ſit.

29 Corijs boum priſcis temporibus, moneta fuit cuſſa.

30 Lacedemonij corio numiſmate vtebantur.

31 Inuictiſſimus Imperator Carolus Quintus in ſtricta belli occaſione, cor. a percuſſa moneta vſus eſt.

32 Omnia priſcis temporibus pecudibus, iumentis ac bobubus, æſtimabantur.

33 Poſtquam moneta vſus cœpit, æris fuit eius principio, rudiſquè, & non ſignati.

34 *Interpretatur l. x 1. ff. de contrahenda emptione.*
35 *Æs non signatum, appendi, & numerari solitum fuit.*
36 *Ianus primus fuit, qui æs signauit*
37 *In veteribus monetis altera parte Ianus, altera verò prora nauis exculpebatur, ouisq; & bobis imago.*
38 *Apud Lydos primus vsus fuit argentea moneta.*
39 *Argentum Æginæ primò signatum fuit.*
40 *Caracteres argenti fuerunt vigua, & quadrigua, & hinc vigati, & quadrigati.*
41 *Moneta aurea primò in Perside à Dario percussa fuit.*
42 *Aes distincta species est ab auro, argento, & cæteris metallis.*
43 *Aes & pro auro accipitur.*
44 *Aes pro argento quoquè desumitur.*
45 *Omne genus monetæ, æs, veteres vocare sunt soliti.*
46 *Auari etymologia adnotatur.*
47 *De prodigo æris mentio fit.*
48 *Aes propriè pro asse accipitur.*
49 *Per assem & libram, apud nonnullos authores, & per as & libra apud Iureconsultos idem est.*
50 *Aes cōtractum dicitur, quod mutuo sumptum est.*
51 *Aes militare, quid.*
52 *Aes suū alienu, & ductile, quid*
53 *Aes pro stipite acceptum fuit, & hinc stipendium.*
54 *Aerosam Insulam Cyprum ab antiquis, diciconstat, quia in ea plurimum æris nascebatur.*
55 *Pecunia & ærugo appellatur.*
56 *Aerarium sanctius apud veteres, quid.*
57 *Aerarium, quid.*
58 *Rationes ad ærarium reddere, & deferre, quid.*
59 *Primum ærarium in æde Saturni fuit.*
60 *Cymiliarchium ærarium, quid.*
61 *Interpretatur lex iubemus, C. de sacrosanct. Eccles.*
62 *Apud Athenienses, ærarium cella erat post ædem Mineruæ.*
63 *Ærarium à fisco distat.*
64 *Prædictis vocabulis promiscuè vtuntur Iureconsulti.*
65 *Fiscus propriè dicitur Regis pecunia: ærarium verò populi.*
66 *Inuictissimus Rex noster æraria in Regno erigere cupijt.*
67 *Tribunus ærarius, quid.*
68 *Aeraria annona, quid.*
69 *Interpretatur lex annonas, C. de erogatione mil. anno.*
70 *Interpretatur lex militaris, C. de milit. veste.*
71 *Interpretatur lex, qui extrinsecus, de verb. oblig.*
72 *Ius, ac imperium monetam cudendi, soli Regi, & summo Pontifici competit, & superiorem nō cognoscentibus.*
73 *An ius condendi possit concedi priuato.*
74 *Moneta falsa adulterina quoq; nuncupatur, & num. seqq.*

77 *Adul-*

Lex LXXVIII.

IN TEXTV IBI: *Quien fiziere moneda, que es en el titulo de los falsarios.*

Scholium I.

1 AD Nostræ legis interpretationē, præmitto primò, pecuniæ vsum in locum contractus permutationis substitutum, & subrrogatum fuisse; necessitate enim co-
2 gente ius gentium introduxit, vt commercia in societate hominum necessaria facili negotio perficerentur nummi materia electa, cuius publica æstimatio difficultatibus permutationum, & qualitate quantitatis subueniret, lex prima, ff. de contrahenda emptione. Erat enim vetustis temporibus numisma
3 incognitum: *Homeri testimonio, qui rescensu, & æstimatione dignas, non pecunia, sed boum, & pecudum numero taxauit, cùm nihil tunc impenso pretio veniret*: vt Diod. refert Iliados 7. ad finem, Plinius libro trigesimotertio, capite tri
4 gesimotertio, Natural. histo. c. 30. & hinc fluxit, vt pecuniæ nomine ea cognita, omnes res, & corpora continerentur, cùm pecunia adquiri, æstimariuè possint, l. pecuniæ verbum, 178. ff. de verborum significatione, lex propèmodum, & lex pecuniæ nomine, 222. ff. eodem titulo, lex si ita, de fideiussoribus: &
5 Cicero Act. 3. in Verrem. Pecuniam pro hæreditate posuit, ac pro omnibus his rebus, quæ in hæreditate essent, tum mobilibus, tum etiam immobili-
6 bus. Nummi autem significatio strictior est, monetam enim tantum legitimè signatam signi-

ſignificet, lex litigatores, §.
quod ait prætor, ff. de arbitris.
7 Pecuniæ aurē vocabulum, ex-
actius fuit, ſic pecunioſum Ci-
cero Act.2. in Verrem arbitra-
tus eſt, hominē diuitiarum co-
pijs, & facultatibus inſtructiſ-
ſimum, nō ſolum ad nummos
percuſos, ſed ad alia bona, allu-
8 dens. Et Act. 4. facere pecuniā
maximam dixit, id eſt, rem, &
patrimonium augere: exinde-
9 que pecunia omne pecus dicta
eſt, & pecudis nota ſignabatur,
vt Plinius tradit lib. 18. Natu-
ralis hiſtoriæ, cap.3. & libro.33.
cap.1.
10 Secundò præmitto, nummū
exinde dici, quia eſt quodam-
modo medium Inter homines,
metitur enim cuncta ex inſti-
tuto factus, vt pro indigentia
ſit: & propterea nomen hoc ha-
bet, vt ex Ariſtole conſtat, lib.
quinto Æthicorum, ad Nico-
ma.cap. quinto: & de nummis
mentionem Vlpianus facit in
lege nummis, de in litē iurand.
& Paulus in lege prima, ff. de
contrahenda emptione: & in
lege prima, de rerum permu-
11 tatione, & alibi ſæpè. Et numiſ-
ma quoquè appellatum eſt, ſi
Ariſtoteli, in Tarentitonorum
Republica credimus: in eo em̄
Tarentis Neptuni filij impreſ-
ſa erit imago inuehentis equo,
ſicut & in Suetonio legitur in
12 Octauio, cap. 94. Auguſtum
Cæſarem, nummū argenteum
nota ſideris Capricorni quo na-
13 tus eſt percuſsiſſe. Numiſma
quoquè nummus appellatur,
ſiue vt alij putant. Nomiſma
14 per quartam vocalem, hicquè
nummus geminato m, ſcriben
dus eſt, in dictione tamen nu-
miſma, corripitur, cum vnico
tantum m ſcribatur, vt à Grā-
15 maticis proditum eſt. Num-
muſquè ſiue numiſma, omnē
pecuniam cōplectitur, ſiue au-
ream, argenteam, ſiue æneam,
vt ex Plauti loco in Pſeud. cer-
nere poſſumus, ibi: *Nimis ſum
miſer nummum nuſquam reperire
argenti queo.* Aliquando tamen
ſpeciale eſt nomen pecuniæ æ-
reæ, vt Cicero refert Actio. 4.
in Verrem, ibi: *Facta eſt ſponſio
ſeſtertijs quinquè coegit, Scandilius
quinquè illa millia nummum dare,
ac nummerare à Pronio.* Num-
16 miq; Ethymon a nomine Græ
co deduxit Budeus in l. Ius ci-
uile, ff. de iuſtit. & iure, & in l. 1.
ff. de contrahenda emptione:
17 & hinc nummularius, & argen
tarius dictus eſt, vt ex innume-
ris legibus patet, quanuis non-
nullij inter ipſos diuerſitatem
conſtituant, vt eleganter ad-
notauit Budeus, in lege ſi ho-
minem, §. quotiens, ff. depo-
18 ſiti. Et hinc nummarij quoquè
iudices dicti ſunt, quamq; iu-

tis.

risdictionem haberent, tradit Alexander ab Alexandro lib. 2.cap.24. lib.2.

19 Tertiò præmitto, monetam nomē generale esse, cuius ethymologia à monendo fluxit, teste Cicerone primo de diuinatione: signi enim impressione authoris, vel pretij quanti æstimare debeamus nos monet. In moneta enim notabatur numerus, quo expendi debebat: & hinc æra dicta est, id

20 est, numeri nota: Alexanderq; ab Alexand. lib 6.cap.4. refert

21 Iunoni, tres ædes dicatas esse: vltimamquè in arce cognomento monetæ in area, in qua M. Maulij Capitolini domus fuit, quæ vota fuerat à Lucio Furio dictatore: nam cum nouo motu tota vrbs contremisceret, & quibus piamentis, cuivè Deo sacrum fieret, nō dinoscerent, ex arce vocem auditam fuerūt, monentem, vt sue plena sacrū Iunoni, & procuratio fieret, & inde monetæ nomen datum: & hinc Ouidius libro, 1. Fastorum:

Candida te niueo posuit lux proxima templo,
Qua fuit sublimis alta moneta gradus:

Et idem Ouidius lib.6. Fastorum tradit:

Arce quoq; ex summa Iunoni templa monetæ,
Ex voto memorant facta Camille tuo.

Et in huius rei comprobationem innumera adducit Tiraquelus in Alexandrum, dicto lib.6. cap.4. verbo, tertia in ar-

22 ce, litera Q. Monetaquè publica dicta est in l. 6. §. 1.ff. ad legem Iuliam peculatus; & sacra dicitur in lege 38.ff. de pœnis, adulterina lege 6. §.1.ff. ad legem Iuliam peculatus, l. 2. C. quibus ex causis serui, l. 1. C. de falsa moneta, Paulus lib. 5. sententiarum, tit. 25. monetæ adulteratores libro 6. §. fin. ff. de pœnis monetam percutere, lex 19. ff. ad legem Corneliam, de falsis: & monetarij dicuntur in lege 2. C. quibus ex causis serui pro præmio, & in l. 1. 7. & 13. C. de Murelegulis, lib. 11. & in l. 6. C. de dignitatibus, eod. libro, & in l. 2. de falsa moneta, in Codice Teodosiano: mone-

23 tarijquè, & hi dicuntur, qui in moneta publica operantur, vt scribit lex 6. §. 1. ff. ad legem Iu-

24 liam peculatus. Et monetariorum corpus dicitur in lege 16, ff. de extraordinarijs, siue sordidis muneribus, in C. Theo-

25 dosiano: & monetalis cussio in l. 18. eodem titul. Et Triumuiri

26 monetalis æris argēti, auri flatores in lege secūda §. deinde, ff. de origine iuris. Et de monetariorum bello grauissimo scribit

scribit Sextus Aurelius, & in
Aureliano Flauius Vopiscus, re-
latus à Ludouico Celio Lectio-
num antiquarum, libro octauo,
28 capite vndecimo, litera D. Et
monedula quoque dicta est qua-
si monerula, quædam auis, ex
graculorum genere, quæ mo-
netam surripit, cùm huic soli
aui furacitas auri, argentiquè
præcipuè mira sit: iuxta tradita
à Plinio naturalis historiæ, li-
bro decimo, capite decimono-
no.
29 Quarto præmitto ex boum
corijs, monetam priscis tempo-
ribus primò percussam fuisse, vt
Plutharcus ait in vita Nummæ,
& Donatus in Virgilium, libro
primo Æneidos, ibi:

Taurino quantum possent circun-
dare tergo.

Tradit pecuniam ex corio bu-
bulo, priscis temporibus cussam
fuisse: hincquè pecuniam di-
ctam, quod ex pecore originem
duceret: vnde & illud Diui Hie
ronymi, in Rufinum: *Vt cùm*
montes auri pollicitus fueris, ne scor-
teum quidem nummum de thesau-
30 *ris tuis proferas.* Lacedemonij e-
tiam scorteo numismate vtebā-
tur, vt docet Seneca de beneficis,
libro quinto, capite decimoter-
tio, in hæc verba: *Æs alienum*
habere dicitur, & qui aureos debet,
& qui corium forma publica per-
cussum, quale apud Lacedemonios
fuit, quod vsum numeratæ pecuniæ
31 *præstat.* Et nostris quoquè tem-
poribus fertur inuictissimum
Carolum Quintum Imperato-
32 rem coria percussa moneta in
stricta belli occasione vsum fuis-
se. Omnia ergo priscis tempo-
ribus pecudibus, iumentis, ac
bobubus æstimabantur, necnō
etiam delinquentes plecteban-
tur, vt adnotauit Alexander ab
Alexandro, libro quarto, capi-
33 te vicesimoquinto. Mox tamen
rudis, & non signari æris vsus
esse cœpit, vt Plinius author est
naturalis historiæ, libro tricesi-
motertio, cap. 3.
34 Et hinc inferri intellectus po
test ad Pauli responsum, in lege
prima, ff. de contrahenda em-
ptione, asserentis etiam sine pe
cunia emptionem fieri, autho-
ritate Homeri, qui meminit
Achiuos non pecunia, nequè
ære signato, sed rudi massa æris,
vel ferri vinum mercari, vt tra-
dit libro septimo Illiados, ad fi-
nem, & Tiraquelus retractuum
titulo primo, §. tricesimo, glos-
35 sa prima. Et hoc non signatum
æs, æs graue appellatum est, ap-
pendiquè, & non numerari so-
litum, vt testatur Liuius prim.
Decad. libro quarto, ad finem.
36 Aes tamem, Ianus primus fuit,
qui signauit, iuxta Macrobij sen
tentiam, in Saturn. libro pri-
mo, capite decimoseptimo, in
cuius æris signaculis, Saturni
reue-

reuerentiam seruauit, vt quo-
niam ille naui fuerat auectus,
ex vna quidem parte sui capitis
effigies, ex altera verò nauis ex-
primeretur, quo Saturni me-
moriam etiam in posteros pro-
pagaret. Et Ouidius quoque te-
statur primo Fastorũ scribens:
Multa quidem didici, sed cur na-
ualis in are.
Altera signata est, altera forma vi-
ceps.
Et deinde infert:
At bona posteritas puppem formauit
in are,
Hospitis aduentus testificata Dei.
Et huc pertinet illud Ouidij, li-
bro primo Fastorum:
Aera dabant olim, melius nunc omẽ
in auro est,
Victaq; cõcessit prisca moneta noua.
37 Et in veteribus monetis, altera
parte Ianum vifrontem, altera
proram nauis exculptam, vo-
bisquè ouilq; imagines Plinius
refert vbi supra, & Plutharcus
Problemat. capite quadraginta.
38 Moneta autem argentea pri-
mum Lydos vsos fuisse, testa-
tur Herodotus, libro primo: ta-
39 metsi Æginæ argentum primo
signatum nonnulli opinentur,
vt tradit Strabo, authoritate E-
phori, libro octauo, qui ait, pri-
mo in Aegina à Phidone signa-
ri cœptum argentum, de qua
re inspiciendus est Polydorus
Virgilius de rerum inuentori-
bus, libro secundo, capite vige-
40 simo. Cataceres autem, argen-
ti fuerunt vigæ, & quadrigæ,
& inde vigati, quadratiquè, si-
ue quadrigati dicti sunt, vt Pli-
nius refert libro trigesimoter-
tio, naturalis historiæ, cap. 3.
41 Moneta autem aurea, primũ
in Perside percusa à Dario fuit,
siquidem volẽs, memoriam sui
relinquere, opere quod à nullo
alio Regum factum esset, ex au-
ro, quam potuit purgatissimo
monetam percussit, vt tradit
Herodot. libro quarto: & hinc
stateres Darici, & Darici num-
mi, vt Pollux refert libro nono,
capite sexto, & Plutharcus in
Artaxerxe, & in Apophtheg.
quãuis dubitet Xenophon Pæ-
diæ Cyri, lib. 5.
42 Quinto præmitto, æs, distin-
ctam speciem esse ab auro, ar-
gento, ferro, & reliquis metal-
lis, lex in venditionibus, C. de
contrahenda emptione: plerun-
què autem pro auro accipimus,
43 lex etiam aureos 159. ff. de ver-
borum significatione, & sæpe
44 pro argentea moneta, proinde
quasi sit genus cũ reliquis spe-
ciebus, non quia vocis penuria
hoc exigat, genus enim metal-
lum est, sed vsu sic est receptum,
cùm olim ex ære pecunia prius
percussa fuisset, vt supra adno-
tatum est, & quod prædicto lo-
co Vlpianus dixit in dicta lege,
etiam aureos intellectum vo-
luit ex impropio, & per cata-
chresim,

chreſim.; ac ex vulgari loquen-
di conſuetudine, vt Brecheus
animaduertit in dicta lege etiā
45 aureos, numero primo. Nam
omne genus monetę veteres æs
vocare ſunt ſoliti: Cato in re ru-
ſtic. *fundū æribus tribus emptū poſ-*
ſidebat. Plautus in Aulularia, ibi:
Ad poſtremum redit miles as petit,
Terentius in Phormione: *An-*
cillam ære emptam ſuo. Oratius
libro ſermonum, Satira ſecun-
da:
Et fruſtra mortis cupidum, cū dee-
rit egenti,
Æs laqui pretium?
Virgilius Egloga prima: *Non-*
nunquā grauis ære domū mihi deſtra
46 *redibat*. Et hinc Nigidio placuit
lib. 30. Commentariorum, aua-
rum dici, id eſt, auidum æris,
quāuis aliter interpretetur Au-
47 lus Gelius lib. 10 cap. 5. De pro-
digo quoquè æris Oratius me-
minit in Arte poetica, ibi: *Vti-*
lium tardus prouiſor prodigus æris.
Ex quibus authoribus ſatis cō-
ſtat, ærem pro omni numiſma-
te accipi. Quamuis propriè pro
aſſe accipiatur, vt ex Suetonio
Tranquilo conſtat in Auguſt.
Caium (ait) enim, &; Lucium ado-
ptauit domi per aſſem, & libram em-
48 *ptos à patre Agryppa*. Et quod Sue
tonius per aſſem, & libram di-
xit, lex duodecim Tabularum
49 *Per as, & libram aiebat*, teſte Bu-
deo libro ſecūdo de aſſe, qui aſ-
ſis æreus erat, ſecundum eum,
50 & paruæ æſtimationis. Et hinc
æs contractū dicitur, quod mu-
51 tuo ſumptum eſt, æs militare,
quod tribunis ærarijs attribu-
tum erat, vt militibus redderē-
tur. Plautus in Aul. *Cedit miles*
52 *æs petit*. Hincquè etiam dicimus
æs noſtrum, æs ſuum, æs alie-
num, & æs ductile: & Doctores
tractāt in lege ſubſignatum, §.
bona, ff. de verborum ſignifica-
tione: ex indequè æra dicta fuit,
& æramentum denominatiuū
ab æs, æris. Erant autē æramen-
ta opera ex ære facta, ſicut ex
ferro, ferramenta, vt teſtatur Pli
53 nius libro 33. cap. 3. Et æs quo-
què ſecundum eum, pro ſtipite
acceptum fuit, & hinc ſtipen-
dium dictum eſt. Et non omit-
to quod idem author tradit cap.
quinto, libro trigeſimotertio,
54 Æroſam Ciprum inſulam, ab
antiquis dici, quia in ea pluri-
mum æris naſcebatur; & æru-
ginem quoquè libro vigeſimo-
quarto, refert propriè in ære eſ-
ſe, ſicut rubigo in ferro eſt, vn-
de apud Horatium, & Iuuena-
55 lem pro ipſamet pecunia, quæ
ex ære fit, ærugo accipitur. Ab
ærequè ærarium quoquè dictū
eſt: fuitquè ærarium ſanctius ap
56 pellatum ab antiquis, quod prorſ
ſus intactum erat, ex quo ni-
hil promi licebat, vt teſtatur
Liuius lib. 7. ſecūdi belli punici
& 1. Decad. lib. 7. de quo, verba
facit Cicer. in 6. in Verrem, ibi:

Primum mihi literas publicas, quas
in ærario sanctiore conditas habebãt,
proferunt. Et lib.7.ad Atticum,
epistola 20. ibi: *Attulit mandata*
ad Consules, vt Romam venirent
pecuniam de sanctiore ærario profer-
ferrent, Et Cæsar lib.1.belli ciui-
lis, ait: *Lẽtulu aperto sanctiore æra-*
57 *rio ex vrbe profugisse*. Pecunia e-
nim publica vno in loco condi-
ta erat apud Romanos, æra-
riumq; dicebatur, ex quo tribu-
ni ærarij dicti sunt: & de quæ-
storibus ærarijs, hominibusquè
ærarijs, & præfectis ærarijs, latè
scribit Budæus in annotationi-
bus ad Pandectas, ad titulum de
58 officio quæstoris: & hinc ratio-
nes reddebantur, & ad ærarium
referebantur, vt constat ex illis
verbis Ciceronis in Pisonem:
Rationem ad ærarium retuli conti-
nuo Cæsar, sicut lex tua iubebat.
59 Hoc ærarium prius in æde Sa-
turni fuit, vt auctor est Macro-
bius in pri. Satur. cuius rei hanc
rationem afert, ibi: *Ædem verò*
Saturni Romani ærarium esse vo-
luerunt, quod tempore, quo incoluit,
Italiam fertur in eius finibus nullum
esse furtum commissum: aut quia sub
illo nihil erat cuiusquam priuatum:
Prędictiquè ærarij meminit A-
lexander ab Alexandro, libr.2.
60 cap.2. vbi ait, *Cimiliarchium* quo-
què ærarium nuncupatũ fuisse,
vbi Tiraquelus interpretatur,
Thesaurum esse, aut aliud recõ-
ditum quidpiam, ac sepositum,
iuxta Homeri locum, libro.15.
Odysseæ in principio, ex cuius
expositione intelligitur textus
61 in l.iubemus 14.C. de sacrosan-
ctis Ecclesijs, vbi huius vocabu-
li mentio fit, & in l.vltima, §.sin
autem, C. de bonis authoritat.
iudic. possiden. in illis verbis:
Et in cimiliarchio sancta Ecclesia
illius ciuitatis, in qua huiusmodi con-
tractus celebratur, deponere. Et in l.
litibus, §.sin autem, C. de agri-
colis, & censitis, ibi: *Et deponan-*
tur in æde sacra, vel cimiliarchio ci-
uitatis, sub qua possessio sita est. Et
62 apud Athenienses quoquè æra-
rium cella erat post ædem Mi-
neruæ, vt Plutarchi, & aliorum
authoritate refert Budeus vbi
supra, ad titulũ de officio quæ-
63 storis. Ærariumq; à fisco distat,
in illo enim pecunia publica, &
Imperatoris reponebatur: fiscus
tamen Cæsaris tantũ pecuniam
recondebat: & quanuis promis-
64 cuè his vocabulis Iureconsulti
aliquando vtantur, l. inter pu-
blica 17. de verborum significa-
65 tione. Propria tamen significa-
tione Principis, fiscũ dicimus,
ærarium verò, populi, vt ex Sue
tonio, & Budeo, alijsq; grauissi-
mis authoribus docet Brecheus
in dict.l.inter publica, ex nu.10.
66 Et nostra tempestate anno Do-
mini 1599. Romanorum exem-
plo inuictissimus Rex Philip-
pus Hispaniarũ Rex æraria in
Regno erigere cupijt, & de eo-
rum

rum vtilitate, & incommodis disceptatum fuit à prudentissimis viris, regioquè mandato, Regniquè expensis cētum tantum libri impresi, vulgo, typis mandati fuerunt, anno qui præcessit millesimo sexcentesimo. Scioquè nunc de eorum erectione tractari, & ad id sum à Regno commissarius electus hoc anno 607. Vtilia enim visa sunt, authorq; huius libri est Luisius à Valle de la Cerda, vt ex eius
67 inscriptione patet. Et de tribunis ærarijs scripsit Cicero ad Athicum libro primo epistolarū, in epistola, cuius initium est: *Quaris ex me tribuni non tam ærarij, quam vt appellentur ærati.* Et
68 ærariæ annonæ meminit textus in lege prima, C. de Collatione donatorum, lib. decimo, & in lege speciebus, C. de cohortalibus, libro duodecimo, & in lege his scholaribus, & in lege annonas, C. de erogatione mi-
69 litaris annonæ. Et hinc infertur interpretatio ad dictam legem annonas, ibi: *Ad similitudinem militum, quibus æraria præbentur annonæ adærari præcipimus, vt omnibus supra designatis emolumenta debita in pretijs dispositioni tuæ culminis pro publica vtilitate taxatis præcipiat erogari*, vbi, *adærari non adhærere*, vt in nonnullis mendosis Codicibus inuenitur, scribēdum est: adærariquè ibi accipitur pro eo scilicet, quod est ad pretium redigere t xationequè debita æstimare. Infertur quoquè ex prædictis interpretatio ad textum in lege, septem d[illegible]bus, C. eodem titulo, de erogatione militaris annonæ, ibi: *Species resistentes non aliter adærentur, nisi in foro rerū venaliū distrahūtur*, vt sensus sit ad pretij reductionem, taxationem, & æstimationem, vt in superiori interpre-
70 tatione. Et ex his quoquè intelligitur textus in lege militaris, C. de militari veste, libro duodecimo, ibi: *Militaris adæratio vestis à collatoribus exigatur*: vbi adæratio pro pretio, & pecuniæ quantitate accipitur cum vnaquæquè pecunia, vt dictum est, æris appellatione intelligatur; & huc spectant Lucilij versus, libro secundo Epigrammatum, quos transtulit Alciatus in lege etiam, ff. de verborum significatione, ibi:

Ermodoti hoc dogma est, quis
quis miser indiget ære,

Philosophi asumat palia diues
erit.

71 Ex quibus infertur quoq; intellectus ad textum in lege, quæ extrinsecus, iuncta glossa, verbo, denario, ff. de verb. oblig. vbi interroganti de pecunia aurea, si te-

si respondeatur de ærea, vel èdiuerso, valet stipulatio, quamuis alioquin rerum diuersitas stipulationem viciaret, §. si de alia, institutis, de inutilibus stipulationibus: & ita interpretatur Baldus ibi, post Accursium, idem Baldus in lege singularia columna secunda, versiculo, decimo est speciale, si certum petatur.

72 Sexto præmitto ius, ac Imperium monetam cudendi summo Pontifici, Imperatori, Regi, & alijs Principibus secularibus temporalibus, vt aiunt, nō agnoscentibus superiorem, aut quibus hi concesserint, solùm permitti, ex capite primo, quæ sint regalia in vsibus feudorum, lex secunda, titulo primo, partita secunda, lex nona, titulo septimo, partita septima, tradit Diuus Thomas de regimine Principis, libro secundo, capite decimotertio, Accursius in Rubrica, C. de veter. numismatum, libro vndecimo, Igneus in lege necessarios, §. non aliàs, secunda parte, numero nonagesimo quarto, ff. ad Senatusconsultum Silanianum, Martinus Laudensis in tractatu de moneta, numero primo, Ioannes Regnandi in tractatu de monetis in principio, Franciscus Curtius Senior de monetis, numero primo, Albertus Brunus de augmento, & diminutione monetarum, numero primo, secundo, & sexto.

73 Quod dixi tamen, principem monetæ percusionē alijs permittere posse, ita accipiendum est, secundum communem sententiam, videlicet, si ius cudendi concedatur potestati, vel ciuitati: nam si priuatæ personæ indulgeretur, rescriptum non valeret, iuxta doctrinam prædicti Martini Laudensis in dicto tractu de monetis, numero secundo, & ex nostris docet Gregorius Lopez in dicta lege partitæ, Scholio duodecimo.

74 Septimo præmitto, monetam falsam apud probatos authores adulterinam dici, lege prima, C. de falsa moneta, ibi: *Adulterinam monetam*, lex secunda, Codicis Theodosiani, libro nono, titulo vigesimo primo, ibi: *Adulterinam monetam, &c.* lex nona eiusdem tituli.

75 Rursus & falsa moneta quoquè nuncupatur, vt constat ex rubricis Codicis Theodosiani, & Iustiniani de falsa moneta, & ex lege octaua ipsius Codicis Theodosiani, dicto titulo 21. libro nono.

76 Promiscuè itaque his nominibus Imperatores vtuntur in prædictis iuribus, & titulis. Hinc

77 Hincq; adulterina ſigna dicũtur, ideſt, quæ ſunt alienis anullis facta, ſic & adulterinæ literæ, ideſt falſæ literæ, & adulterinæ claues, quæ pro veris ſubſtituuntur, & hinc adulterinum genus, de qua re intuendus eſt Plinius libro ſeptimo, capite ſecundo, vt ex his putem non re-
78 ctè animaduertiſſe Couarruuiam, in cap. octauo de falſa moneta, numero ſecundo exiſtimantem Latinè, ſolum monetam adulterinam dici: nam & nummus reprobus appellatur ab Vlpiano, in lege eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignoratitia actione, & pondera falſa Iureconſultus dixit, in l. arbitrio, §. de eo, ff. de dolo, falſumque, & adulterinum, pro eodem accipiuntur, in lege ſi quis legatum, in principio, ff. eodem titulo.
79 His ergo ſic præmiſſis, nouem erunt pertractandæ concluſiones, quibus facilè noſtrũ textum intelligemus.

Prima erit de attentante, non autem perficiente falſam monetam.

Secunda erit de fabricante, efficienteque falſam monetam.

Tertia erit de percutiente monetam, etiam probam, non habente authoritatem cudendi.

Quarta erit de non vtente falſa moneta, quanuis fabricauerit eam.

Quinta erit de vtente, licet non fabricante.

Sexta erit de tondente, radẽte, & circuncidente monetam.

Septima erit de tingente monetam.

Octaua erit, de eo qui potuit impedire.

Nona & vltima erit de expẽdente monetam antiquam reprobatam, & de huius criminis probatione.

80 Quoad primam concluſionem vulgus recepit affectum, & attentatum non puniri, niſi ſequatur effectus, vt habetur in lege cogitationis pœnam, gloſſa, & Doctores ibidem, ff. de pœnis in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcopis, & clericis, lege prima in fine, ff. quod quiſque iuris, l. qui falſam, ff. ad legem Corneliam de falſis, lege qui ea mẽte, ff. de furtis, & vtrobiquè ſcribentes: & quanuis in dicta legé
81 ſiquis non dicam rapere, in atrociſsimis delictum attentatum puniatur falſæ, monetæ delictũ, ab hac regula excipitur, lex prima, & ſecunda, C. de falſa moneta, l. qui falſam, de falſis: vbi qui falſam monetam percuſſit, ſi totam non formauit, abſoluitur.
82 Sed ommiſsis multis, quę hic adduci poſſunt, diſtinguendum eſt in hac re cum Cino in d. l.

si quis non dicam rapere, num.
tertio, qui omnino vidēdus est,
in hac materia: nam si tractatur,
de actione ciuili, & delictum,
non perfectum est, non datur
actio, l. vulgaris, §. qui furti, ff.
de furtis, §. furti autem actio, in
stitutis de obligationibus, quæ
83 ex delicto nascuntur. Aut agi-
tur depuniendo delicto, & sic
principaliter ad pœnam, & in
hoc casu adhuc subdistinguen-
dum est: nam aut quæritur de-
puniendo delicto, quod princi-
paliter quis committere inten-
debat, & tunc aut non consum-
mauit, quia noluit, aut quia
non potuit, si quia noluit non
punitur, & hic est verus intelle-
ctus textus in dicta l. qui falsam,
ibi: *Suffragio iustæ pœnitentiæ absol
uuntur:* aut quia non potuit, &
84 hoc casu etiam distinguere de-
bemus, nempè, vt si impediatur
quis impedimento facti, quomi
nus faceret, puniatur eodemmo
do, ac si delictum perficeret, iux
ta textum in lege is qui cū Tel-
lo, C. de sicarijs, &. §. item lex
Cornelia de sicarijs, instituta, de
publicis iudicijs, & hæc est vera
huius delicti, non perfecti falsæ
monetę, interpretatio, cui distin
ctioni suffragatur textus in le-
ge prima, & secunda, ff. de effra-
ctoribus, glossa, & Albericus in
lege qui ea mente, ff. de furtis.
85 Quoad secundam conclusio-
nem, de iure ciuili antiquo re-
ceptum fuit, fabricantem fal-
sam monetam legis Corneliæ
pœna de falsis plecti, lege qui
falsam, ff. de falsis: pœna autem
erat in libero, & nobili, aquæ, &
ignis interdictio, lege vltima de
falsis, in cuius locum deinde de
portatio successit, lege secunda,
§. primo de pœnis, lege tertia, ff.
ad legem Iuliam peculatus, l. pri
ma, §. fin. de falsis: humiliores ta
men in metallum damnabātur,
lege si quis, §. qui viui, de pœ-
86 nis: in seruos verò vltimo suppli
tio animaduertebatur, iuxta tex
tum in §. item lex Cornelia, de
publicis iudicijs.
87 Iure autem Codicis Theodo-
siani, si Decurio, vel eius filij
adulterinum numisma facerēt,
perpetuò exulabantur, & super
facultatibus suis Princeps con-
sulebatur: plebeius autem re-
bus amissis in metallum dam-
nabatur, si seruus vltimo sup-
plitio subiungebatur, iuxta tex
tum in l. prima, Codicis Theo-
dosiani de falsa moneta, titulo
vigesimoprimo.
88 Iure autem Codicis Iustinia-
nei pœna mortis flammarum
nummos adulterinos perficiens
plectitur, vulgaria sunt iura, in
lege prima, & secunda, C. de fal
sa moneta, & quanuis Accur-
sius opponat de textu in dicta le
ge prima, vbi non videtur præ-
dicta pœna mortis statui, in no-
89 stro Regno absque dubio præ-
dicta

dicta pœna ignis, fabricans falſam monetam plectetur ex noſtra lege, & in l. decima, titulo duodecimo, libro quarto fori, lege quarta, & nona, & decima, titulo ſeptimo, part. ſeptima, lege quarta, titulo ſexto, libro octauo ordinamenti, lege quinta, & ſexta, titul. 17. lib. octauo Compilationis, & ex Gothorum iure prouiſum fuit, ex l. 2. titul. 6. lib. 9.

90 Ex quibus iuribus iam videtur ſublata diuerſitas, an numiſma falſa fuſione formatum aureum eſſet, necne, vt Accurſius voluit, in dicta lege ſecūda verbo, pecuniæ, C. de falſa moneta: ad cuius interpretationem videtur alludere, textus in l. quinta codicis Theodoſiani, titul. 21. libro nono, vbi adulter aureorum, ſolidorum, flammarum exuſtionibus mancipatur, à qua lege ſumpta eſt prædicta lex ſecunda, C. de falſa moneta, de qua re diſputat Salicetus, in dicta lege ſecunda, numero ſecundo.

91 Nam ſiue aurea, argentea, ſiue ærea moneta ſit, adulter ipſius conuictus, concremabitur.

92 Rurſus & ex prædictis legibus Regijs ceſſat illa quæſtio, an qui monetam falſam, non tamen Imperialem fabricaret, pœne ignis plecteretur: communis enim placitum ſcribentium

93 fuit, vt non pœna ignis, ſed capitis delinquens puniretur, iuxta dictam legem primam, C. de falſa moneta, vt ſic ſcilicet Cōciliaretur, cum dicta lege ſecunda, quæ pœnam ignis ſtatuit prædictaquè capitis pœna non naturalis, ſed ciuilis interpretationem ſumebat, vt interpretatur Accurſius, in lege finali, C. de veterum numiſmatum, &c. Et teſtatur Salicetus in dicta lege ſecunda, & Ioannes Andreas, & communiter ſcriptores tractant, in capite quanto de iure iurando: & prædicto iure

94 Codicis omnes facultates monetam adulterantis fiſco addicebantur, iuxta dictam legem ſecundam, C. de falſa moneta, & eadem pœna in Codice Theodoſiano præfinita fuit, in lege nona, ſub titulo vigeſimoprimo, de falſa moneta, libro nono. Prædicta tamen lex partitæ de bonorum amiſsione mentionem non fecit, lex tamen fori ſeptima, titulo duodecimo, libro quarto in pœnam dimidiæ partis bonorum amiſſionis reum punit, cui conueuit, lex vigeſimatertia, titulo quinquageſimonono, libro octauo ordinamenti, lege quinta, titulo decimoſeptimo, libro octauo Cōpilationis, à qua lege tanquam proditor prædicta ſemiſsis bonorū pœna falſi numiſ-

95 matis author punitur: iure tamē nouiſsimo pœna amiſsionis

omnium bonorum irrogata est ex leg.67.titu.secundo,lib.quin to Compilationis. Domus ve-
96 rò,seu fundus,vbi prædicta falsa moneta fabricatur, etiam si aliena sit,fisco addicitur,iuxta di ctam legem primam, C.de falsa moneta, versiculo, *domus verò*, cui conuenit textus in lege decima, titulo septimo, part.septima, vbi Gregorius adnotauit.

97 Deinde,& si prædicti numismatis adulter clericus sit, ab ordine, & beneficio deponendus est, & in carcere perpetuò detinendus,iuxta vulgarem Abbatis doctrinam in capit. tuæ, numer.quarto,de pœnis,docentis pœnam mortis impositam, de iure ciuili, iure Pontificio esse depositionem, & in carcerem perpetuum coniectionem: inuenio tamen in falsi crimine,Cle-
98 ricos conuictos omnibus Ecclesiasticis muneribus,&beneficijs priuari,& per Ecclesiasticum iudicem degradari, deindeque seculari potestati tradi puniẽdos, iuxta textum in capit. ad falsariorum, de crimine falsi, & adnotauit Bernardus Diaz in practica criminali canonica,verbo, falsarij, capit.117. & in casu nostro,criminis scilicet adulterinæ monetæ, latè disserit Didacus Perez in leg.vigesimatertia, titulo decimonono, libro octauo ordinamẽti,Scholio primo, versicul. *Quarto principaliter quæ-*
99 *ritur*. Et quanuis hoc crimen falsæ monetæ non sit de expressis, per quæ clericus actualiter degradandus sit, & traddendus magistratui,propter criminis tamen immanitatem actualiter degradãdum, & potestati traddendum contendit. Eum tamen improbat Salcedo in additionibus ad Bernardum Diaz dicto capite.117.annotatione finali,vbi negat hoc casu locum habere temporalis curiæ traditionem cum textus in dicto capite ad falsariorum, tanquam odiosus,& pœnalis ad alios similes, vel maiores casus trahendus nõ sit, quam Salcedi opinionem admisit Vela de delictis,capi.11. versiculo, Pontificium autem ius.

100 Quoad tertiam conclusionem dicendum est,fabricantem monetam, etiam probam, si tamen cudendi eam authoritatem non habeat, pœna mor-
101 tis puniri: nam quanuis adulterina moneta propriè dici non possit,falsa tamen est,cùm prædictum ius numisma formandi Principibus tantum sit tributum, sitquè ornamentum Regis, & Regni, cum in eo Regis imago repræsentetur, eiusquè memoria conseruetur, iuxta textum in capite vnico, quæ sint Regalia, & in lege, quicunque, ad legem

Cor-

Corneliam de falſis quibus conuenit, l. ſecunda, titulo. 1. part. 2. nam cùm authoritas Principis vſurpata ſit, etiam in materia proba, monetam ſuo nomine perficiens, mortis reus erit, vt arbitratus eſt, Petrus Gregorius in ſintagmate iuris, capit. ſecun-
102 do. part. tertia, numer. 3. Nam in omni numiſmate ad hoc, vt falſum non ſit, tria animaduerti debent. Primum, materia publicè electa, cum præfinito pódere, iuxta textum in lege prima, & quæ ibi ſcribentes tradunt, ff. de contrahenda emptione. Secundum character, quo inſignitur, ſeu notatur. Tertium, valor ſeu functio decreta, vt conſtat ex dicta lege prima, & tradit gloſſa, in capit. quanto verbo, *Patris*, de iure iurando. Itaque quanuis duo in hac probæ monetæ functione interueniant, cùm character, & publica authoritas ei deficiat, falſa moneta erit, ſecundum prædicta iu-
103 ra, & gloſſæ opinionem. Monetam enim, ſuo nomine percutere alij, quàm regi crimen capitale eſt, iuxta prædicta iura, vt teſtatur gloſſa in lege ſacrilegij, ff. ad legem Iuliam peculatus, & Alexandr. in lege ſingularia, ff. ſi certum petatur, poſt Bartulum in l. qui falſam in principio, de falſis: itaquè ſecundum prædictam doctrinam, non ſolum punietur falſæ monetæ adulter, ſed etiam, & bo-
104 ni, & iuſti numiſmatis formator, ſi ius à ſuperiori datum illi non ſit. Inuenio tamen Hippolytum de Marſilis, in dicta lege qui falſam, numer. 86. aliter ſenſiſſe nempe: vt prædictus probæ monetæ fabricator, non dicatur falſam monetam perfeciſſe, vel falſum falſitatem commiſiſſe, ſed potius inobedientaim ſui ſuperioris, puniri itaquè nō debere tanquam nummi falſi adulteratorem, ſed mitiori pœna plectendum, & numer. quinquageſimo ſeptimo, & quinquageſimo octauo, latè diſputat, & non paucis fundamentis prædictam opinionem amplectitur; cui cùm difficultate aſſentior ex ad notatis à Tiraquelo de retractu, §. primo, gloſſa. 10. numer. vigeſimotertio, vbi Saliceti Conani, & aliorum authoritate, ait huius monetæ adulterato, rem eſſe puniendum pœna cudentis falſam monetam cum ei quanuis non deficiat pondus, deficit tamen authoritas, docet Menochius. libro ſecundo, centuria quarta caſu. 319. numer. vigeſimo octauo, Maſcardus de probationibus, concluſio. 1700. volumine ſecundo, numero ſecundo.

105 Quoad quartam concluſionem conſideranda ſunt omnia, adducta in prima concluſione, nempè, vt quanuis quis

perfecerit falsum numisma, si tamen eo vsus non fuit, quia no luit delicti sui pœnitens ei hoc casu succurrédum sit, iuxta decisionem textus in dicta lege, qui falsam, ff. ad legem Corneliam, de falsis, vbi Bartolus, numer. 1. & in l. qui ea mente, nu-
106 mer. 3. & 4. ff. de furtis, vbi in delictis iam perfectis, & consummatis docet pœnitentiæ locum esse, quando crimen non erat punible ab origine, ex textu in l. 1. §. dixerit, versiculo, quod si feceris, ff. de publicanis, & in l. si cum exceptione, §. satis deméter, ff. de eo quod metus causa, ibi: *Si vult pœnam euitare*, cui
107 doctrinæ accedit: nam affectus alicuius rei prohibitæ, etiam si habuisset effectum, si nemini nocuisset, considerandus non est, iuxta adnotata à glossa in capit. quanto, de iure iurando, & ea quæ ex illa scribentes eliciunt, nempe, vt quando falsitas committitur circa id quod de se nõ probat, non noceat, & testatur Innocentius ibidem.
108 Quibus suffragatur, quia quãdo delictum non habet actum exteriorem impunibile est, iuxta ea quę tradit Albertus de Rosa, in secunda parte statu. quæst.
109 168. quibus adhæret. Nam si statutum puniat facientem actum cum exercitio, non comprehédit facientem actum, & illum non exequentem, iuxta glossam in cap. auaritiæ, de electione in 6. quam ibi ita declarat Domi-
110 nicus, numer. 9. Ex qua doctrina glossæ infert interpretationem ad statuta, quæ imponunt pœnam portantibus aliquas vestes prohibitas, nam licet faciant nõ tamen portent, pœnam non merentur, & Dominico adstipulatur illud, quod dici solet de fa-
111 cto, quod non durat, factum enim nõ dicitur, l. item, §. quod si actor, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, l. si pro parte, §. versum, ff. de in rem verso, l. alt., C. de his quibus vt indignis, cũ
112 vulgaribus: ideoquè coniectum in carcerem qui aufugit, si reuertatur, fugisse non dici, testatur Baldus in l. 1. C. de ædilitio edicto, & in l. prima, C. de seruis fugitiuis, & prædictis conducunt adnotata, per Alexandrum consil. 104. volum. 1. asserentem, for
113 mantem, & fabricantem monetam non vsualem, pœna ordinaria non puniri, cùm statutum loquens de moneta intelligi debeat de vsuali, & expendibili, de qua re latè tractat Tiraquelus de retractu, glossa. 2. numer. 14. & 15. ex quibus iuribus, & Doctorum authoritatibus putarem,
114 vt quanuis quis perficeret falsum numisma, si tamen antequam expendat, eoquè vtatur pœnituerit, plecti non debeat pœna ordinaria, sed extraordinaria, & quidem mitissima. & præ-

prædictis accedit doctrina Baldi, consil. 55. libr. 3. & Parisij consil. 196. numer. 30. libr. 4. existi-
115 mantium non puniri eum, qui adulterinum numiſma in arca habet, ſi non expendit, nequè eo vſus eſt: aiunt tamen eſſe à iu-
116 dice conſiderandum, an veroſimile eſſet velle expendere necne, cum maxima ſuſpicio inſit aduerſus eum, qui adulterinum nummiſma conflauit, licet non probetur expendiſſe, quæ omnia arbitrio iudicis relinquuntur, qui inſpicere debet bonam, vel malam conditionem, & famam delinquentis, vt teſtatur Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 4. caſu. 316. numer. 64. & 65. & 66. vbi mentionem fa-
117 cit cuiuſdam ſtatuti Ferrariæ, lib. 3. ſub Rubrica: *Facientium falſam monetam*; dum punit, etiam habentes in arca falſum numiſ-
118 ma. Si tamen quis adulterinis nũmis, quia non potuit, vſus nõ fuit, non ambigo, pœna mortis flamarum eſſe plectendum, iuxta ea quæ in prima concluſione animaduertimus.

119 Quoad quintam concluſionem diſtinguendum eſt: expendens enim ignoranter falſam monetam, nulla pœna punitur, cùm regulariter ignorantia ignorantem excuſet à pœna, iuxta textum in l. 33. §. ſed enim, ff. de incendio ruin. & naufragio, & in l. Metrodorum, ff. de pœnis, & tradit gloſſa, in l. 1. ff. de re-
120 ceptatoribus, vbi ignoranter receptans excuſatur à pœna receptantium, cui concinnit textus in l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines, ff. de iniurijs, vbi
121 attentans virginem, vel eius pudicitiam, nõ tenetur actione iniuriarum, ſi iuſtè ignorare potuit virginitatem cum veſte me-
122 retricia inducta eſſet, & de ignoranter contrahẽte inceſtas nuptias, excuſationem habere poſſe reſponſum fuit, in l. ſi adulterium, cum inceſto, ff. de adulterijs: In cuius rei confirmationẽ adduci quoquè ſolet textus in
123 capit. Apoſtolicè, de clerico excomunicato miniſtrãte, vbi clericus probabiliter ignorans ſe ſuſpenſum, licet celebret, nõ incurrit irregularitatem, & his cõducũt omnia adnotata per Hippolytum de Marſilis in dicta lege, qui falſam, numer. 66. vſquè ad numerum. 88. vbi plene diſputat omnibus prædictis numeris plura iura, & authores con-
124 gerens: ex quibus cõtendit expendentem falſum numiſma ignoranter nulla pœna plectendum, niſi ignorantia eſſet craſſa, & ſupina; quæ ignorantem non excuſaret cum ſcientiæ cõ-
125 paretur, iuxta textum in cap. 1. de poſtulatione prælatorum, & in capit. cum in tua, qui matrimonium accuſare poſſunt, l. regula, ff. de iuris & facti ignoran-

tia, cap. quod clericus. 16. distinctione, c. qui humanis 12. quæst. 2. & in cap. quosdam, & in cap. quanto, de præsumptionibus.

126 Rursus & à prædicta regula excipitur ignorantia affectata, cum & scientiæ similis sit, secundum glossam in Clementina. 1. verbo, scienter de consanguinitate, & affinitate, & in capit. eos, verbo, affectata de tempo. ordinationum, lib. 6. & in cap. vltimo, §. vt autem, de officio de legati, eodem lib. 6. & late tractat idem Hippolytus de Marsilis, in leg. 1. §. cum quis latrones, de quæstionibus. Inter ignorantiã itaquè distinctio quoquè esse debet: nam si crassa supina, vel affectata sit, expendentem non liberat, si tamen vera ignorantia sit, tunc nulla pœna in expendentem statuenda esset, iuxta iura superius allegata: sed si scienter

127 quis expẽdat falsam monetam, hoc casu pœna falsi punitur, sicut ille qui adulterinam fabricauerit, iuxta textum in lege, lege Cornelia, ff. de falsis versic. *Eadem lege exprimitur*, vbi qui nummos adulterinos conflauerit, vel expenderit, æquipatantur. quanuis Bartolus in dicta lege, lege

128 Cornelia, numer. 3. contendat expendentem falsum numisma crimine falsi teneri, si plumbeũ, vel stagneum esset: hanc enim æris speciem tantum nominauit textus in dicta lege, lege Cornelia: si tamen æs alterius qualitatis esset, extraordinem expendentem, non autem pœna ordinaria esse plectendũ asserit: additque ipse Bartolus dicto numer. 3. in fine hac distinctione plures liberasse à pœna legis, legis Corneliæ de falsis: argumento textus in lege facularij, de extraordinarijs criminibus, vbi ipsemet Bartolus testatur: Salice-

129 tus tamen in l. 2. C. de falsa moneta, num. 6. hæsitat, de hac Bartoli opinione, ait enim illud quod in prædicta lege cauetur de nũmo plumbeo, vel stagneo exempli causa dictum, & Saliceti opinionem refert, & sequitur Ioannes de Anani, in cap. ad falsariorum, de crimine falsi, & Angelus de maleficijs, verbo falsario, versiculo: *Quæro an aurifex*, Hippolytus de Marsilis, in dicta lege qui falsam, numer. 64. Petrus Gregorius in sintagm. iuris, lib. 36. capit. 2. numer. 34. & contra Bartolum crebior opinio est, adulterinum numisma scienter, & dolose expendẽtem, eadem pœna plecti, ac si formasset, & fabricasset, siue aureum, argenteum, vel stagneum numisma esset.

130 Quoad sextam conclusionẽ, probam monetam radẽtem, tondentem, aut circuncidentem, si homo liber sit vestijs subijci, siuero seruus vltimo afficisupplicio dicendum est, iuxta textum in l.

qui

quicunque,ff. de falſis,& ibi docet Accurſius,verbo, *Ad beſtias*, hanc in hoc crimine ſpecialem, pœnam eſſe,& ibidem Bartolus in principio, & Accurſius in lege ſecunda,C.de falſa moneta, & ibi ſcriptores,& in cap. quanto, de iure iurando: De iure tamen regio lex partitæ.9.titul.7. part.7.nullam diffinitam pœnā irrogat, probam monetam radenti,aut tondenti,ſed arbitrio Regis relinquit:iure autem nouiſsimo, prædictam monetam, circuncidens, pœna mortis punitur,& amiſsionis omnium bonorum, iuxta textum in lege 67.titul. 21.libr.5. Compilationis:cum habeamus itaque legē expreſſam Regni, amplius de hac concluſione non erit diſputandum.

131 to, de iure iurando

132 Regis relinquit

133 Quoad ſeptimam concluſionem animaduerto,prędictam legem quicunque,de falſis,eandę pœnam ſtatuere in tingētes monetam, quàm in circuncidentes, & hæc quoquè crimina æquiparat textus in dicta lege.9. titul.7.par.7.quæ in vtroquè caſu pœnam arbitrariam Regis arbitrio irrogat, & ibi Gregorius Lopez,& Accurſius,& ſcribentes tractant in l.2.C.de falſa moneta,&in dicta lege quicunque, & in dicta lege qui falſam,de falſis, & ex prædicta æquiparatione putarem,iure regio nouiſsimo prædictum numiſma tingē tē puniri pœna mortis, & amiſſionis bonorum,iuxta dictam legem.67.titul.21.lib.5. Compi-

134 lationis, & in vtroque caſu tingentis,tingentis,& circuncidē tis exiſtimo pœnam mortis nō debere eſſe cum qualitate flammarum,cum dicta lex non aſſerat,& prædictam tingentis pœnam contrà Pariſium,& Marſi-

135 lium extendit Menochius dicto caſu.136. ad tingentem monetā alterius Principis ex rationibus ab eo adductis.

136 Quoad octauam concluſionem dicendum eſt, eadem pœna affici,etiam eum qui cū prohibere poſſet adulterinum numiſma non prohibuit,vt eſt textus expreſſus in lege, lege Cornelia,ff.de falſis, & probat textus in l.ſi ſciente,& in l.frater,ad legem Pōpeiam,de parricidijs, & Accurſius in ſcholijs ad prædictas leges arbitratus eſt.

137 Quoad nonam concluſionē aſſero,monetam veterem reprobatam,expendētem,pœna ordínaria non plecti, cùm hæc falſa nō ſit,quia ęre,vel forma ſit adulterata,ſed quia quanuis vera eſſet,reprobata fuit,hic itaque delinquens extraordinem punietur iudicis arbitrio, vt in indiuiduo docet Baldus conſilio.494.

138 libr.1.& conſ.366.libr.3. Principem enim poſſe vetus numiſma reprobare,teſtatur Frācifcus de Marchis,queſ.152.&.186.&.187. Et no-

& nostris temporibus contigit.
139 Philippus enim III. Inuictissimus Rex noster Hispaniæ, numisma æreũ reprobauit, aliudquè de nouo conflare fecit, & vt in veteri numismate certũ signũ obsignaretur, sinequo expendi non posset: nam quàuis quis expenderet numisma vetus in pœnam mortis non incideret, secũdum prædictos Doctores, sed arbitrio iudicis puniendus esset, & meminit Menochius prædicto casu.316.numer.penultimo: quod est notandum.

140 Et de huius criminis probatione, præsumptione, suspitione, & inditio, & de diuersis pœnis apud diuersas gentes; & nationes, latè tractant, ex nostratibus, Gregorius Lopez in lege 9.titul.7.part.7. Didacus Perez, in lege.4.titulo.6.lib.6. ordinamenti Montaluus in l.7.titul.12. lib.4. fori Azeuedo, in l.5.&.6. tit.17.lib.8. Compilationis Villadiego in l.2. titul.6.lib.7. fori iudicum Gothorum, Couarruuias in titu. de falsa moneta, Bernardus Diaz in praxi crimin. canonica, c.117.ad finem, & ex exteris Bart. & ordinarij in l. quicunquè, & in l. qui falsam, ff. de fals. & in l.1.&.2.C. de falsa moneta Cuiacius in Codicẽ Theodosianum, titul.21.lib.9. & Doctores tractant in cap. ad falsariorum de crimine falsi, & in capite quanto, de iure iurando, Cœpola in consilio.77.numer.4. Alexand. consilio.104.volumin.1. pertotum Bossius in sua praxi, titulo, *de falsa moneta*, Azo in summa ad legem Corneliam de falsis; Papiensis in praxi in titulo de rescindenda sententia, verbo, *Procurauit*, Menochius de arbitrarijs, lib.2. centuria.4. casu.316. part.3. capite.2. pertotum caput Mascardus de probationibus, conclusione.1700. pertotam, Capela Tolosana, decision.162. Damahuderius in praxi, capite.65. Franciscus Marcus, decis.87. Tiraquelus de vtroque retractu, §. 1. gl.20.n.13. Grãmaticus decis. 14. Afflictis in commentarijs ad cõstitutiones Regni, sub Rubrica decudente falsam monetam, Parisius cõs.69.lib.4. Fabius Mõtelio, in praxi, particula.3.num. 392. Raphael Comentis cõs.138. Craueta consi.214. Alciatus responso.461. Baconius, lib.1. declationum iuris cap.14. Barbacia cons.51. Baldus cons.155. lib.3. Franciscus de Marchis, quæst. 152.&.186.&.187. Martinus Laudẽsis in tractatu de monetis per totum, Franciscus Curtius Senior in tractatu de monetis pertotum, Ioannes Regnãdi in tractatu de monetis pertotũ, Albertus Brunus in tractatu de augmento, & diminutione monetarum Alex. ab Alex. genialiũ dierũ, lib.4.c.15.& lib.6.c.4. & libr. 4.cap.25.& lib.2.c.2.

Tex-

Textus LXXIX.

SObre la ley que comiença: Quando, &c. que es en el titulo de las acuſaciones, ſobre aquella palabra el Alcalde ante quien fuere el pleyto embielo à dezir à aquel pariente. Si el mas propinquo pariẽte es fuera de la tierra, no es tenido el pariente que acuſaua de irle à fazer la pregunta fuera de la tierra, ſino quiſiere: mas eſtonce el Alcalde atenderlo ha vn año al pariente mas cercano, ſegun dize la dicha ley. Y eſte atender del año deue començar, deſpues que es moſtrando al Alcalde que no lo puede fallar al pariente mas cercano.

SVMMARIVM.

1 IVdex, qui ex officio procedit principio iudicij offenſum, vel eos, qui accuſare poſſunt, terminum ſtatuere debet intra quem accuſent.

2 Si accuſator accuſationem produxit, eamquè non proſequitur, & hoc caſu terminum ſtatuere debet accuſatori iudex qui de cauſa cognoſcit.

3 Contumax multis modis dicitur.

4 Quando accuſator accuſationem non produxit, ſed tantum reum diffamauit, & hoc caſu iudex terminum ſtatuet, vt accuſationem intendat.

5 Si in accuſando aliquis præferri debet, tanquam proximior, & hic citari à iudice debet, licet alius remotior accuſationem propoſuerit, eamquè proſequatur.

6 Dubia quæſtio eſt, an vnica citatio, vnicuſq; terminus, eiuſq; lapſus ſufficiat ad hoc, vt iudex accuſatorem repellere queat.

7 Si accuſator ſit abſens, terminus & dilatio anni ei ſtatuenda eſt: & hinc ortum habuit praxis legis Regiæ, vt & intra annum reus abſens condemnatus audiatur de nouo.

Lex LXXXI.

IN TEXTV IBI.

Embielo à dezir à aquel pariẽte, &c.
Scholium Primum.

1 QVatuor in iure caſus ſunt, in quibus magiſtratus poteſt, & debet offenſo diem præſtituere, vt accuſationem proponat, & propoſitam proſequatur.

2 Primus erit, quãdo magiſtratus ex officio ius dicit: adſtringitur enim principio iudicij offenſum, vel eos qui accuſare poſsũt eorum iniuriam proſequendo diem ſtatuere, intra quem accuſent, l. 2. § vltimo, ff. de adulterijs, l. Diuus Adrianus, ff. de cuſtodia reorum, & ibi communiter ſcribentes, quæ iura, & Doctores

tuti, accuſator non admitteretur, quam quæſtionem latè diſ-
15 putat Antonius Gomecius deli ctorum, capite primo, num.24. vnicamque denũciationem ſufficere contendit cõtra gloſſam, & Doctores in dicta lege qui crimen, & pro Gomecio vrget expreſſus textus in dicta lege.17. ex qua idem adnotauit Gregorius, Scholio.5. vt ſic accipiatur textus in lege prima, §.ſi frater; ff. de collatione bonorum, vbi per contumaciam actiones, & accuſationes denegantur. Sed ſatius erit nõ ſemel admoneri accuſatorem.

IN TEXTV IBI:
Mas eſtonce el Alcalde atenderlo ha vn año.

Scholium II.

7 Dicta in ſcholio anteriori accipienda ſunt in accuſatore præſente: ſi tamẽ abſens ſit, dilationem anni accuſatori ſtatuendam decidit lex noſtra, & ante eam lex.15. titul.20. libr. 4. fori: vbi adnotauit Montaluus ſcholio.1. ex quibus legibus puto ortam fuiſſe praxim, vt ſicut abſens accuſator intra annũ admittitur, ita etiã reus accuſatus intra annum à die prolatæ ſententiæ diffinitiuæ, ſi iudicio ſuperſit, audiendus ſit, quoad pœnam ſcilicet pecuniariam, iuxta textum in lege tertia, titulo decimo, libro quarto Compilationis (quoad crimen enim poſt annum auditur, vt ex ipſius legis ſerie conſtat) annuſque à noſtra lege datus intelligendus eſt, niſi ipſe accuſator contumaciter abeſſet, iuxta textum in l. ſicut proponis, C. quomodo & quando iudex, vel negligeret, lex conſentaneum, eodem titulo, vel ſe celaret, lex ſancimus, §. vltimo, C. ad Senatuſcõſultum Trebelianum.

Textus LXXX.

Sobre la ley què comiença: Defendèmos, què es en el titulo de las vendidas, ſobre aquel: E ſi el hombre libre, ſobre aquellas palabras: Fue vendido no lo ſabiendo, &c. Es a ſaber, que ſi aquel hombre libre que vende, ſi lo ſabe, e lo contradixo, e lo vendio, deſpues eſte que lo vendio, y el que lo compro deue morir por ello. E aſsi ſe entiende en la ley primera; que es en el titulo de los que venden los hombres libres, en el capitulo: E quien a ſabiendas. Mas ſi eſte hombre que vendian lo ſupo que lo vendian, e no lo contradixo, pudiendolo contradezir, el vendedor no ha de auer pena, e quiteſe el vendido ſi quiſiere. E ſi el vendido no ſupo el quando lo vendian, eſtonce el vendedor ha de pechar cien marauedis, o ſer ſieruo, ſegun dize en eſta ley: Defendemos, en el capitulo: E ſi el hombre.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Homo liber vendi non potest, huiusmodiquè venditor crimen legis Flauiæ, de plagiarijs committit, & num. seq.

3 Emptor sciens, eadem pœna tenetur.

4 Inter ignorantes venditio sustinetur, quatenus emptor pretium consequatur.

5 Qui seipsum vendi patitur, libertate priuatur.

6 Prædictusquè etiam manumissus, liber non efficitur.

7 Quinquè requiruntur ad hoc, vt homo liber seruus fiat.

8 Quod de venditione dicitur, ad aliumquemlibet titulum extenditur, per quem liber homo in alium transfertur.

9 Homo liber, an per pactum constituere se posit hominem alterius, & de intellectu l.p. & numer. sequenti.

11 Uxor illius, qui passus est, se venundari potest, eum in libertatem reuocare.

12 Hominis liberi emptori & venditori pœna mortis imponitur ab hac nostra lege, & quomodo hæc pœna accipiatur vsque ad numerum 15.

16 Pœna iuris veteris refertur aduersus emptorem, & venditorem hominis liberi.

17 Liber homo vsucapi non potest.

18 Liber homo non pignoratur, nisi in duobus casibus.

19 Causa vrgentis famis, potest pater filium occidere, ederequè.

20 Homo liber potest dari obses pro pace.

21 Homo liber capi potest, vt seruiat creditori pro debito.

22 Qui diceretur addicti apud veteres.

23 Aliud est seruus esse, aliud seruire.

24 Diuersitas magna inter seruum, & addictum adnotatur.

Lex LXXX.

IN TEXTV IBI.
E si el hombre libre.

Scholium primum.

1 Ait hæc lex, hominem liberum vendi non posse, quæ sententia de iure communi probatur in l. & liberi, & in l. si emptione, §. liberum hominem, & in l. liberi hominis, ff. de contrahenda emptione, §. final. institutis eodem, l. inter stipulantem, §. sacram rem, ff. de verborũ obligationibus, & de iure partitarũ in l. 15. tit. 5. part. 5. & de iure fori, in l. 8. titul. 10. lib. 3. & Gothorum iure antea statutum fuit in lege 12. titulo 4. lib. 5. fori iudicum, & Græcorũ, & Athenienſium iure prædictã vẽditionem prohibitam fuisse, tradit Xenofon libro secundo, de dict. & fact. Socrat. & Const. Har-

Harmenop.lib. iur.epito.tit.8. Imperatorq; Conſtantinus vetuit in lege vnica, titulo decimooctauo, ad legem Flauiam, de plagiarijs; in Codice Theodoſiano: & iure diuino vetitā fuit prædicta venditio, Exodi
2 capite vigeſimoptimo. Huiuſmodiquè venditor crimen legis Flauiæ de plagiarijs committit, lex prima, & final.& per totum titulum, C.ad legem Fla
3 uiam, de plagiarijs. Et emptor quoq; ſciens, eiuſdem criminis reus eſt, cum ab ipſa natura liberi hominis venditio prohibea
4 tur, iuxta prædicta iura. Inter ignorantes tamen hominis liberi venditio, quanuis nulla fiat, ſuſtinetur verò eatenus, vt emptor pretium conſequatur, l.liberi hominis, 70. ff. de con
5 trahenda emptione. Qui tamen ſeipſum vendi patiatur, ſi maior viginti annis ſit, ſciatquè cōditionem ſuam liberam eſſe, emptorquè ignoret, libertate priuatur, ſeruitutiquè perpetuæ mancipatur, lex non ideò, 5. lex ſi myſterium, 16. C. de liberali cauſa, Authentic, ad hoc, C. de Latina libertate tollenda, lex ſi vſumfructum, de liberali cauſa, lex liberis, §. ſi quis ſciens, eodem, lex prima, C. quibus ad libertatem proclamare non licet, lex & ſeruorum, ff. de
6 ſtatu hominum, §. ſerui autem, inſtitutis de iure perſonarum. Ita vt ſpe redeundi ad libertatem priuetur, cum ea abuſus ſit lex homo liber, 21. ff. de ſtatu hominum, lex cum pacto, 40. ff. de liberali cauſa. Quibus iuribus Hermogenianus, & Modeſtinus ſanxerunt, hominem liberum maiorē viginti annis venalem ſe præbētem, nec poſt manumiſsionem ad libertatem proclamare poſſe, qua ſe abdicauit, ſed effici libertinæ conditionis.

7 Quinquè itaquè, ſecundum iura ſuperiora, neceſſaria ſunt ad hoc, vt homo liber ſeruus fiat. Primò enim requiritur, vt maior viginti annis ſit. Secundò, vt venditio fiat gratia pretij participandi. Tertiò, vt verè participet. Quartò, vt qui emit, credat eum ſeruum eſſe. Vltimò, vt & is qui venditur, ſuæ conditionis non ſit ignarus.

8 Rurſusquè & quod de venditione his caſibus diximus, accipiendum eſt in quolibet alio titulo, per quem liber homo in alium ſe transferri patiatur, iuxta textum in l. ſi vſumfructum, §.1.ff.de libe.cauſ.in illis verbis: *Etiam ad donatos, & in dotem datos, referri poſſe, item ad eos, qui pignori dari paſsi ſunt.* Et hinc fluxit,
9 vt & homo liber per pactū ſe cōſtituere hominē alterius poſsit, l.cum ſcimus, C. de agricol. & cenſitis, lib.11.l.fin.C. de tranſa-

ctionibus, vbi multa congerit Lucas de Pena in glossa, *vtroq;* in principio, & Iacobus Rebuffus num. 1. & probatur in lege 89. titulo 18. part. 3. Quæ huius contractus formam perscribit, & de multiplici conditione hominum, qui huic seruitutis generi astringuntur, tractat glossa in Rubrica prædicti tituli de agricolis & censitis, vers. *& dic de agricolis*, & Ioannes de Platea in l. fin. prædicti tituli, ex nu. 3. vsque ad 10. & ante eum Speculator titulo de feudis, §. quoniam, vbi per totum illum §. signanter tradit innumeras in hac materia quæstiones: Baldus tamẽ in lege vltima, C. de tran-
10 sactio. numer. 2. ad finem, ait ex pacto non posse quem fieri hominem alterius: argum. textus in lege nec si volens, C. de liberali causa, cui assentitur Gregorius Lopez in dict. l. 89. schol. 1. ad finem, vbi testatur, prædictũ contractum, instrumentiq; formam dictę legis Partitæ in Regno Hispaniæ, in desuetudinẽ abiisse.

11 Non tamen hic silentio prætereundum est, quod tradit Lucas de Penna in dicta lege cum scimus, C. de agricolis & censitis, verbo, *corporis*, versicul. *ex quibus arguitur*, columna 3. nẽmpè vxorem illius, qui se ad pretium participandum venundari passus fuit, repetere eum posse, & in libertatem reuocare: argumento textus in lege prima, in fine, & in lege secunda, ff. de liberali causa, & textus in cap. perlatum, 29. quæstione 2. quæ est notabilis theorica ad textũ in l. homo liber, de statu hominum, & ad legem cum pacto de liberali causa: quibus iuribus omni modo prohibetur libertatis reclamatio, & ad textum in l. tutelas, §. si libertate, de capitis diminutione, ex quo elicit Petrus Gregorius in sintagmate iuris, lib. 25. 3. part. capite septimo, num. 1. Proximos eius qui se venalem præbuit, eum in libertatem reuocare non posse, quanuis ignominia seruitutis, labequè, & macula ipsius aspergantur. Solum enim vxori indulgetur.

IN TEXTV IBI: *Este que lo comprò, y el que lo vendio deuen morir.*

Scholium II.

12 Pœna mortis irrogatur à lege nostra in hominis liberi emptorem, & venditorem, idemquè probatur in cap. 1. de furtis, vbi glossa vnica, & docet Abbas ibidem num. 2. & Ioannes Andreas in princ. & Ioannes de Anania, num. 1. & 2. Antonius de Butrio nu. 2. Ancar. num. 1. & Cardinalis in principio,

pio, & prima oppositione, Marianus Socinus numero primo: qui omnes testantur, pœnam supradictam dicti capitis, cuius decisio loquitur in vendente locum habere in emente, donante, donatario, & similibus: glossa tamen in dicto capite primo ait, secundum Canones, hanc pœnã mortis irrogari non posse, iuxta textum in capite in Archiepiscopatu, de raptoribus, & in cap. inter hæc, 33. quæstio. 2. & sanè Abbas in dict. c. 1. nu. 4.
13 inquit, mortem in iure Pontificio intelligi debere de sententia excommunicationis, per textum in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi: adijcitquè in fine illius numeri esse casum in dicta Decretali prima, de furtis, in quo iudex ecclesiasticus iurisdictionem habet in seculares prædantes, & vendentes, seu aliter exponentes homines liberos: excõmunicationis enim cultro in eos poterit animaduertere, vt ibidem censet Anania in dict. cap. 1. numer. 3. Licet anceps, ne videatur dict. Decretalis superflua, & in c. 1. de homi-
14 cid. nu. 5. Aliter mortẽ de iure Pontificũ interpretatur, id est, de æterna, vt sit sensus quoad lethale peccatũ, si quis hominem liberum vendat, aut furetur, & glossæ, & Abbatis doctrina recepta est ab omnibus scriptoribus ibi. Et hoc casu quanuis Ecclesia nõ nouerit sanguinis pœnam, iuxta textum in dicto capite in Archiepiscopatu.
15 In tã graui tamẽ scelere, iudicẽ ecclesiasticum seculari curiæ similes reos tradere debere existimat Petrus Gregorius in sintagmate iuris, 3. part. lib. 36. ca-
16 pite 31. nu. 9. Olim tamẽ pœna huius criminis pecuniaria erat; l. in fuga, C. ad legem Flauiam; de plagiatijs, l. fin. ff. eodem tit. quæ pœna aboleta est, & prædicti rei metalli pœna damnabantur, cum cæteris antea cognitis supplicijs, ex textu in dict. l. fin. ff. & C. prædicto titulo de plagiatijs, & glossa ibi, verbo, *supplitijs*, quæ putat reũ prius verberandum, & mox in metallum mittendum. Postmodum verò pœna mortis imposita est de iure ciuili, vt constat ex textu in l. 1. ff. ad legem Flauiam; de plagiarijs: l. quoniam seruos, C. eodem, l. quæ Constantini vnica, ad legem Flauiam, de plagiarijs, lib. 9. Codicis Theodosiani; eademquè pœna decreta est lege antiqua Græcorũ: nam qui liberum hominẽ alienabat cæssus, & rasus, manu truncabatur, vt constat ex Const. Armenop. lib. 6. iur. epitom. titulo octauo; & de diuersis pœnis apud diuersas gentes nonnulla congerit Petrus Gregorius in sintagmate iuris, libro. 36. capite. 31. per totum.

17 Vlterius & eadem quoq; ratione statutũ est, liberum hominem vsucapi non posse, iuxta legem vltimam, C. de præscriptionibus longi temporis, legem 2. cum glossa ibi, C. de ingenuis, Baldum in l. 1. in principio, C. de annali exceptione, Angelũ in l. non solum, in principio, de vsucapionibus, l. 6. titul. 29 partita 3. & ibi Gregorium scholio secundo.

18 Hinc etiam infertur, hominem liberum pignori dari non posse, cap. 2. de pignoribus, text. in authentico vt nulli iudicum, §. quia verò, collatione 9. l. 3. tit. 13. part. 5. Hoc tamen in duobus casibus excipitur. Primus est, si captiuus pro eius redemptione pignorarer se, l. liber captus, & l. vltima, C. de captiuis, l. penultima, titul. 29. l. 3. tit. 30. part. 2. Secundus, quando pater filium causa famis pignoraret, vel venderet: nam hoc casu venditio, & pignoratio hominis liberi locum habet l. 2. C. de patribus qui filios distraxerunt, l. 8. & 9. titulo decimoseptimo, partita quarta. Quinimo propter

19 prędictam necessitudinem poterit pater filium suum occidere, edereque, iuxta notabilem prædictam legem Partitæ octauam. Data etiam patri in filium maior potestas fuit, quàm domino in mancipium: nam seruus semel venditus, deinde libertatem adeptus in posterum sui iuris fiebat. At filius à patre venditus, si liber fuisset factus, redibat in potestatē patris: iterumq; atque iterũ venditus, & libertate donatus, seruus patris, vt ante efficiebatur: ita vt vsque ad tertiam venditionem ex filio quęstum pater facere posset, postea verò ex patris exiret potestate, quarta venditione omnino interdicta: vt tradit Dionysius Halicarnaseus antiquit. Rom. lib. 2. pagina 53. litera A. Nec silentio prætereo, hanc vēdēdi potestatē à lege 12. tabularum ortum non habuisse, vt cōmuniter falso receptum extat, quod ex multis authoribus, præcipueque ex Numæ Pompilij lege colligi potest, in qua ita scriptum est: *Si pater permiserit filio vxorem ducere, quæ ex legibus particeps sit, & sacrorum & bonorum, patri post hac nullum ius esto vendendi filium.* Ex qua sanè legis exceptione perspicuum est, filij venditionem ex Numæ tēporibus, & forsan ipsius Romuli, & vrbis initio permissã fuisse, vt ex Halicar. cōstat vbi sup.

20 Rursus & homo liber potest dari hodie obses pro pace indutijs, vel securitate, cap. vt pridem, 23. q. 8 l. Diuus, ff. de iure Fisci, l. obsides, ff. de testamētis, cum vlgaribus, quibus cōuenit l. 3. tit. 23. part. 5. vbi Gregorius Schol. 8.

21 Vlte-

21 Vlterius & homo liber capi poteſt, vt ſeruiat creditori pro debito, de qua re intuenda ſunt iura in l.2.tit.8.lib.3. Fori legū, l.5.tit.4.libr.2. eodem Foro, l.5. & 6.tit. penult.lib.5.Ordinam. & l.4.tit.16. lib.5. Compilationis, vbi ſcribentes latè tractant, & Gaſpar Baeccius in tractatu de inope debitore creditorib' addicendo, per totum.
22 Qui addicti dicebantur apud veteres, illi ſcilicet, qui pecuniæ damnati, quod iudicatum facere nō poſſent nexi in ſeruitutem creditoribus addicebātur, vt ille Veturius, de quo ſcribit Valerius Maximus lib.6. cap.1. & Quintilianus lib. 5.
23 Inter prædictos tamen diuerſitas eſt: aliud enim eſt ſeruos eſſe, aliud ſeruire, qualis eſſe in addictis quæſtio ſolet, qui ſeruus eſt:
24 ſi manumittatur, fit libertinus: non item addictus, qui recepta libertate ingenuus eſt: ſeruusque inuito domino libertatem non conſequitur: addictus tamen ſoluēdo citra voluntatem creditoris libertate potietur: ad ſeruū nulla lex pertinet, addictus legē habet, propria poſsidet, prenomē, nomen, & cognomen, retinet, & ciuitatem quoquè Hotomanus de verbis iuris, verbo, addicti.

Textus LXXXI.

SI En vna pelea, o contienda muchas palabras de denueſtos ſe dizen, no ſe juzga ſino la pena del vn mayor denueſto, ſi los denueſtos fueron de ambas las partes: maguer mas ſean los vnos que los otros: ſaluo ſi fueron dichos muchos mayores denueſtos de la vna parte, e menores denueſtos de la otra parte, entonce no ſe ygualaran los menores con los mayores.

SVMMARIVM.

1. *VNica tantum pœna pro iniuria grauiori imponitur: & ſi plura conuitia dicantur, dumtamen proferantur vno cō textu.*
2. *Prædicta ſententia nulla lege deciſa eſt, fulcitur tamē grauiſſimorum Doctorum opinione.*
3. *In delicto, & iniuria, eiuſdem ſpeciei, doctrinam noſtræ legis plerique admittunt.*
4. *Statutum puniens blaſfemum, & non adijciens pro qualibet vice de vnica pœna accipiēdum eſt, licet pluries blaſfemauerit. Secus ſi pro qualibet vice, ſicut in lege Regni.*
5. *Quando delicta & conuitia ſunt diuerſæ ſpeciei, licet vna oratione dicantur plura conuitia reputantur, & pro quolibet delinquēs punitur.*
6. *Siue delicta, & conuitia ſint vnius, aut diuerſæ ſpeciei, ſi nullo alieno*

lo alieno actu intermixto proferantur vnicum conuitium esse, lex nostra nouiter declarat, quæ notabilis est.

Lex LXXXV.

IN TEXTV IBI: *La pena del mayor denuesto.* *Scholium vnicum.*

1 SEntentia huius legis est, vnicam tantum pœnam pro iniuria grauiori irrogandam, etsi plura conuitia, vno tamen contextu proferantur, in quo notabilis est lex nostra, & omninò menti tenenda, nullam enim aliam legem Regni, neque iuris communis intueor, in qua sanciatur.

2 Inter scribentes tamen controuersum fuit, & quæstionem mouit Bartolus in l. item apud Labeonem, §. ait prætor, ff. de iniurijs, & Accursius in lege, si quando, C. de bonis vacátibus, lib. 11. vbi Platea, Lucas de Penna, & Iacobus Rebuffus, qui asserunt pro pluribus conuitijs, vna oratione, vel vnico contextu prolatis, vnicam tantum pœnam irrogandam esse, illam scilicet, quæ pro grauiori iniuria infligi debeat, quā opinionem admisit Augustinus in additionibus ad Angelum, in parte *verba iniuriosa*, num. 6.

3 Prædictam tamen sentétiam præfati authores accipiūt quoties iniuriæ essent eiusdem speciei: nam tunc si in continenti, neque vllo interiecto tempore, vel interposito interuallo conferantur, licet iterentur, vnica sola pœna reus erit afficiendus, secundum Bartoli distinctioné in l. nunquam plura, ff. de priuatis delictis, num. 1. & 2. & Angeli in l. si non conuitij, in principio, C. de iniurijs, & Bartol. Socini in l. si familia, ff. de iurisdictione omnium iudicū, nu. 8. & 9. docentium plura verba iniuriosa prolata eodem instanti, & inducentia vniforme delictū siue vniformen iniuriam vnicū verbum iniuriosum reputari.

4 Ex quo infert Bald. in d. l. si familia, num. 3. statutū puniens execrantem, id est, blasfemum (quamuis Latinum verbum nō esse agnoscam) & non adijciens, pro qualibet vice de vnica pœna intelligendum esse, licet pluries execratus quis sit, vno instanti, & vnico contextu, ex qua Baldi doctrina infertur intellectus ad l. 5. tit. 4. lib. 8. Compilationis, per quā imponitur pœna execranti pro qualibet vice, tunc enim si pluries execratus fuerit, pluries punitur, cum lex exprimat, & ita interpretatur doctus Gomecius delictorum, cap. 1. num. 2. & 3.

5 Quando verò conuitia sunt diuersæ

diuerſæ ſpeciei, etiamſi vnico contextu proferātur, plura cenſeri, & non ſolum pro grauiori, ſed pro quolibet conuitio reum puniendum, author eſt idem Bart. vbi ſupra, & Socinus in dicta l. ſi familia, prædicto num. 9. quibus aſſentitur Plaça delictorum, cap. 1. num. 17. Lex tamen noſtra, ſiue conuitia ſint diuerſæ, ſiue eiuſdem ſpeciei, ſi vna oratione, & contextu, nullo alieno actu intermixto proferātur, vnica pœna punienda ſancit: illudquè quod grauius delictum ſit, ſolùm eſſe conſiderandum ait, & praxim recepiſſe ex Couarru. & aliorum teſtimonio admittit Plaça vbi ſupra: nullus tamen huius noſtræ legis ſtyli pro hac opinione ſcriptor meminit.

Textus LXXXII.

OTRO *Si en las penas que manda dar el fuero por calunia de muger casada, essas mismas se entienden por la que es desposada por palabras de presente.*

SVMMARIVM.

1 *Leges Fori, de quibus hic mentio fit, declarantur.*
2 *Sponſa adultera, pœnis adulterij ſubijcitur, tanquam ſi nupta eſſet.*
3 *Sponſalia, & matrimoniū valdè diſtant.*
4 *Diſtinctio eſt, an loquatur in odioſis, an in fauorabilibus.*
5 *Interpretatur text. in l. 47. Tauri.*
6 *Sponſaliorum etymon traditur.*
7 *In ſponſalibus dirimendis, quibus verbis vteretur.*
8 *Interpretatur textus in l. ſi vxor, §. Diuus, ff. ad legem Iuliam, de adulterijs.*

Lex LXXXII.

IN TEXTV IBI: *Que manda el Fuero. Scholium I.*

1 Fori leges, de quibus hic mētio fit, extāt in tit. 7. lib. 4. l. 2. & in tit. 1. lib. 3. l. 11. vbi Montaluus nonnulla conſiderat, quæ & hic cōducunt, & hùc quoq; pertinent Gothorum leges tit. 4. ſub lib. 3. & ea quæ in earū adnotationibus Villadiegus ſcripſit, & huius Fori, de quo in noſtra lege, meminit quoq; text. in l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordinam. vbi non pauca Diegus Perez ſcribit.

IN TEXTV IBI: *Por calunia de muger caſada. Scholium II.*

2 Sponſa enim adultera, pœnis adulterij ſubijcitur, tanquā ſi nupta eſſet, vt probatur in l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordin. vbi latiſſimè Diegus Perez, & prædicta

Ordin.lex cōpilata est in l.3.tit. 20.lib.8. Vbi Azeuedo, quæ antea fuit l.81.Tauri. Vbi scribentes abundè tractant, & non solùm prætextu prædictæ sponsæ, & eius pœnæ, si adulterium cōmittat, sed & aliorum qui iniuriam ei inferunt, calumnia locū habet l.2.tit.3.lib.4.Fori,l.2.tit. 10.lib.8.nouæ Collectionis. Vbi Montaluus, & Azeuedo, pœnā Palinodię ad conuitium inferētes in sponsam extendunt, tritaquè & peruulgaris materia est: in ea itaquè immorari non erit, fas cùm fœcundi commentarij de ea extent.

3 Animaduerto tamē cum iudicio, legē nostrā prætextu calumniæ, sponsam nuptæ comparasse, in alijs enim, sponsalia & matrimoniū valdè distāt, vt ex his inferatur intellectus ad text. in l.solet,ff. de his qui notantur infamia: ex quo Baldus, & Angelus ibi asserunt, matrem contrahentem, sponsalia non amittere tutelam filij, cum hoc casu non subijciatur pœnæ authenticæ eisdem C.de secundis nup-

4 tijs. Et de diuersitate inter sponsalia & matrimonium, innumera congerit Baldus in l.1, 2. lectura, C. de spons. Cardinal. in cap. is qui fidem, de spons. Idem Baldus in l.si quis seruo, ad finē, C.de furtis, versic. Quæro nunquid. Abbas in cap. ex publico, de conuersione coniugatorum, & in Rubrica de sponsalibus, & in cap.2.de sponsa duorum, & in cap.1. de postulatione prælatorum. Distinctioquè vera in hac materia est, vt distinguamus, scilicet, an loquamur in odiosis, aut in fauorabilibus: ex qua distinctione intelligeretur quoq;

5 text.in l.47. Tauri. Vbi sponsus filius non eximitur à patris potestate: hicquè est casus etiā de iure Regio, in quo & nepoti substitui pupillariter potest.

IN TEXTV IBI:
Desposada por palabras de presente.

Scholium III.

6 Quæ promissa erat, sponsa appellabatur, vt Seruij authoritate docet Aulus Gelius Noctium Ath.lib.4. c.4. Quippequi ait, cum qui vxorē ducturus erat, ab eo vnde ducēda erat, stipulari eam in matrimonium ductum iri, & qui daturus erat, itidem spōdebat, qui contractus stipulationum, sponsionumquè dicebatur sponsalia, cuius ethimi meminit quoquè Alexander ab Alexand. Genial. dier. lib.2.c.5. & ante eos Plautus in Aulularia Pluthar. in problemat.29. Festus Pompeius lib. 7. Quanuis in sponsalibus dirimendis diuersis verbis, & quæ prædictæ Seruij æthimologiæ, non conueniunt, vti placuerit

Caio in l. 2. vers. in sponsal. ff. de diuortijs, quorum & Alexander ab Alexandro meminit lib. 4. c. 8. & ibi Tiraquelus litera O. & astruit Ludouic. Cœlius lib. 17. c. 29. litera C. Et solenné sponsaliorum formam laté disertéq; perscribit Brison. de formulis, lib. 6. Fol. 513. Prædictaq; sponsa, secundum nostram legem de præsenti accipitur: calumnia enim, & reliquæ pœnæ ad futura sponsalia nõ extenduntur, neq; obstabit textus in l. si vxor, §.
8 Diuus, ff. ad l. Iuliam, de adulterijs. Ibi enim adulterium nõ coercetur, sed sponsus agere potest actione iniuriarum, ratione atrocis iniuriæ sibi illatæ, ob spé matrimoni, vt non indocté interpretatur Couar. de spons. c. 1. 1. part. num. 6. Et ideo text. noster sponsalia de præsenti desiderat, vt pœnæ locus sit.

Textus LXXXIII.

QVando pena no fallan en el fuero, escrito sobre el yerro fecho, e prouado, deuese juzgar la pena segun derecho comunal. E si el Judio firiere al Christiano, no puede el Christiano demandar que peche el Judio la pena que en el priuilegio de los Judios se contiene: mas merece auer pena el Judio que biriere al Christiano: e segũ derecho mayor pena aura el Judio q̃ biriere al Christiano, quanto es mejor el Christiano que el Judio. Mas la pena de los priuilegios no se estiende a otras personas, sino a aquellas que en los priuilegios se contienen. Saluo si el Rey que dio el priuilegio, o en otra guisa la quisiere declarar.

Textus LXXXIIII.

ES A saber, que si Cristiano mata a Judio, o Moro a tuerto, en pelea, o en otra manera, que deue auer la pena que en los sus priuilegios se contiene. E si no han de ello priuilegio en algun lugar, e lo han en otros lugares, aura esta misma pena que en los otros priuilegios de los lugares se contiene. E si no han pena puesta por priuilegios, entonce deue auer la pena de muerte o de despaciamiento, o en otra manera: assi como el Rey tuuiere por bien. E segun derecho no se deue dar tan gran pena al Christiano que matò al Moro, o al Judio, como al Moro que matò al Christiano.

SVMMARIVM.

1 *IVdæi ab Hispania exacti sunt.*
2 *Iudæi à cœtu Christianorum explosi fuerunt in Gallia.*
3 *Publico edicto Iudæi eiecti fuerũt ab Anglia.*
4 *Claudius Cæsar Iudæos expulit.*
5 *Sisebutus Rex Gothorũ sub pœna expulsionis compulit Iudæos ad*

ad fidem Christianam suscipiendam.

6 *De iudaico ritu, Iudaeorumquè superstit omibus multa scripsere Iur. C. & Imperatores.*

Lex LXXXIII. & LXXXIIII.

IN TEXTV IBI: *E si el iudio, &c.*

Scholium vnicum.

1 HÆc iura de Iudæis tractant, qui cùm ab Hispania exacti sint iussu Regum Catholicorum Ferdinan. & Elisabeth, vt scribitur in l. 2. tit. 2. lib. 8. Compilationis, & iustissimis equidem causis, quæ ibi recensentur, nullius itaquè, aut modicę vtilitatis hæ nostræ leges sint, de eis verba facere non libuit.

2 Animaduerto tamen, & à cœtu Christianorum explosos fuisse in Gallia, vt testatur Pe. Grego. in sintagmat. Iuris, par. 3. lib. 22. cap. 3. num. 23. Et publico edicto ab Anglia eiectos fecisse scribit Poly. Virgil. c. 17. histor. Angli. Et Eutrop. libr. 16. refert Iudæos, & Samaritas caput contra Imperatorem erigentes, a Iuliano victos, moxq; a Iustiniano fuisse trucidatos, & ipse Eutropius narrat lib. 17. Phocæ Iudæos in Christianos sæuientes oppressos, & Sueton. Tranquil. in Claudio cap. 23.

4 inquit, Claudium Cęsarem Iudæos tumultuantes expulisse;

5 Sisebutiusquè Rex Gothorum in Hispania Regnum adeptus anno Domini 595. Iudæos, qui his temporibus Hispaniam incolebant, compulit ad Christi fidem recipiendam, aliàs enim puniendos, & expellendos edicto iussit, si credimus Franch. Tarapha lib. de Regn. Hisp. in Sisebutio, a i quod alludit text. in l. 24. tit. 2. lib. 12. Fori Iudicū, cuius inscriptio est Sisebuti, &c. & meminit Villadiego ibi nu. 1.

6 Labitur tamen in cōputo anni. Et de Iudaico ritu scripsit Paul. libr. 5. sententiarum, tit. 22. Iudaicæquè superstitionis meminit Vlpianus in l. generaliter, 3. §. finali, ff. de Decurionibus: & Quintil. lib. 5 ibi: *Infamis est primus iudaicæ superstitionis author*: nequè hic omittendus est Modestini locus in l. circuncidere, 11. ff. ad l. Corneliam, de sicarijs. Vbi ex Imperatoris rescripto indulgetur Iudęis filios suos circuncidere, non autem alijs hoc permittitur: qui si hoc fecerint, castrantis pœna plectuntur. Fit & Iudæorum mentio in l. spadonem, 15. ff. de excusat. tutor. & Iustinian. & Theodosius meminerunt in titulis de Iudæis, in Iustinianeo & Theodosiano Codicibus: Iudæorumquè sacra, ritus, & cæremoniæ ex vrbe depulsæ

depulſæ ſunt. Tiberiuſq; apud Suetonium in eius vita, cap. 36. externas cęremonias, Egyptios Iudaicosquè ritus compeſcuit, coactis, qui ſuperſtitione ea vtebantur religioſas veſtes, cum inſtrumento omni comburere. Vbi intuendus eſt Veroaldus, Seruiuſq; enarrans eum locum lib. 8. Æneidos, hos verſus ſcribit.

Hanc tanti numinis Aram,
Vana ſuperſtitio, veterumuè ignara Deorum impoſuit.

Scribitquè apud Athenienſes, & Romanos, cautū lege fuiſſe, ne quis nouas religiones introduceret. Ideoq; Socratem damnatum fuiſſe, & Chaldæos, & Iudæos fuiſſe expulſos, inſpiciēdusquè eſt Plutarchus in vita Romuli, & Dionyſ. & Cicero lib. 2. de legibus, & Balduinus in 7. lege Romuli, & Plin. libro 30. cap. 1. in eosquè inuehitur Iuuenal. Satira 14. his verſibus.

Quidam ſortiti metuentem Sabbatha patrem,
Nihil præter nubes, & cæli numen adorant.
Nec diſtare putant humana carnē ſuillam,
Qua pater abſtinuit, mox & præputia ponunt,
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Traddidit arcano quodcūquè volumine Moſes,
Non monſtrare vias eadem, niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos,
Sed pater in cauſa cuiq; ſeptimaquaquè fuit lux,
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam,
Spontè tamē iuuenes imittantur cætera ſolam,
Inuiti quoq; auaritiam exercere iubentur.

Textus LXXXV.

Otroſi es a ſaber, què el hijodalgo no ſerá aſsi juzgado, como otro que no es hijodalgo. E la pena de la deshonra del hijodalgo, es quinientos ſueldos. E ſi qualquiera otro, que no ſea hijodalgo demanda pena de deshonra, ſi por fuero ay pena, eſſa juzgaran, e ſi no juzgaran la pena de quantia de quinientos ſueldos ayuſo: porque no ha de auer tan gran quantia como el hidalgo. Pero es a ſaber, que ſi los hombres que ſon de ſu juzgado fieren al Alcalde ſuyo, o lo matan, o lo deshonran, el Rey darles ha pena en los cuerpos, y en los aueres, qual quiſiere: e deue hazer dar emienda al Alcalde por los ſus bienes de la deſhonra, e de las feridas como a oficial del Rey, o como a otro hombre hijodalgo, que tal deshonra recibieſſe. E deſto diremos mas cumplidamente adelante en la ley que comiença: Otroſi es a ſaber, que ſi los hombres ſon de ſu juzgado.

SVM-

SVMMARIVM.

1 De Quingentorum solidorum, pœna tractatur.

2 Vnde solidorum vindicatio originem habuerit.

3 An ante leges styli nobilis à plebeio distingueretur in iniuria illata.

4 Æcymon solidorum scribitur.

5 Solidum, id est, totum integrum, & non diminutum interpretatur.

6 De diuersitate solidi tractatur.

7 Solidarij milites, qui?

IN TEXTV IBI: *E la pena de la deshonra del hijodalgo, es quinientos sueldos.*

Scholium vnicum.

1 Prædictæ quingentorum solidorum pœnæ meminit lex 131. huius Codicis, & lex 2. tit. 10. lib. 8. Nouæ Compilat. quæ nostræ legi conuenit, quãuis Compilator eius immemor fuerit, & solum referat legem 2. tit. 3. lib. 4. Fori, in qua mentio non fit prædictorum solidorũ prætextu nobilis, ita vt iniuriam illatã hac pecuniæ quantitate luat, & cum styli leges ad interpretationem legum Fori latæ sint: hanc pœnam statuit in illustri persona, cùm a lege Fori statuta non
2 esset. Et vnde hæc quingentorum solidorum vindicatio originem habuerit, latè differitur à Montaluo ibidẽ, & in l. 1. tit. 5. libr. 2. Fori legum, Otalora de nobilitate, 2. part. cap. 4. ex nu. 11. Ioãne Garcia de nobilitate, gloss. 1. ex nu. 11. Menesio in l. 1. C. de iuris & facti ignorantia,
3 Auilesio in proœmio num. 19. Gracian. reg. 433. Pallad. c. 17. num. 9. Salced. ad Bernar. Diaz cap. 66. verbo, *Se mentitum*, Plaça delictorum cap. 1. numer. 22. qui & disputant, an ante leges styli, extante Fori lege, qua nobilis à plebeio non distinguebatur eadem pęna qua plebeius illustris plecteretur. Et de valore horũ solidorum eis redactis ad summam nummi nostratis præfati authores tractant, & omninò inspiciendus est Couar. de Collatione vet. numismatum, c. 3. num. 3. Et de solidi æcymo, Accurs. C. de vet. numism. potesta.
4 neq; omittendus Vlpiani locus in l. ergo, §. creditoribus, ff. de fideicommiss. libert. & innumeras leges in quibus mentio fit de prædictis solidis congessit Otalora vbi supra, num. 13. qui solidum putat dici, *Quasi nihil illi deesse videretur*: pro quo adduci possunt plurima iura, nam solida præstatio dicitur a Iurecon sulto in l. 2. §. idem, ff. de administratione reum ad ciuit. pertin.
5 id est, *integra*, & in l. & quæ nondum, §. fin. ff. de pignorib. & solidum

solidum fideicomissum, in l. qui solidum, de legat. 2. & solida legata, id est, *integra & non diminuta*, in l. si legatarius, ff. de dolo: & solidum pretium, id est, *totum*, in l. cùm fundus, §. vltimo, ff. si certum petatur: & solida tempora, in l. fin. C. de temp. in integr. & solidus grex, id est, *integer*, in l. 2. de reiuendicat. & solidus fundus, in l. 3. ff. de seruitute legata: & solidum capere dicitur, *Qui totum quod ei relinquitur, capere & acquirere potest*, in l. 6. ff. de vulgari & pupillari: & solidum recipere quis dicitur: & solidum soluere, id est, *integre omne illud quod debetur*, in l. 2. C. qui bon. no. ces. l. 3. ff. ad l. Falcidiam, l. 1. §. interdum, eod. tit. Et sic solidi solutio interpretatur à Iureconsulto, *de sorte scilicet & de vsuris debitis*, in l. 4. §. addici, ff. de fideicommis. libert.

6 Et hæc omnia iura de solido aureo accipi debent velut *integre, neq; vllà ex parte diminuto*. Eorum interstitione, qui semisses dicuntur, aut tremisses, vt exponit Ludouicus Cælius libro. 10. cap. 2. litera F. Nam & solidus argẽteus inuenitur, de quo verba facit prædictus author ibidẽ. Et solidi numeri idem Ludouicus meminit lib. 22. c. 15. paulò post principiũ: & de solido integro, qui ex sexmille denarijs constat, agit Alexand. ab Alexandro lib. 4. cap. 24. & de diuerso solidi valore nonnulla cumulat Petrus Gregorius in sintag. lib. 28. cap. 13. num. 7. & 9. & lib. 37. cap. 12. num. 12. & lib. 36. c. 2. num. 15. & libr. 21. cap. 18. nu. 10.

7 Et hinc solidarij milites dicti sunt, id est, stipendiarij, vt testatur Radenicus libro tertio, cap. vigesimo.

Textus LXXXVI.

Otrosi es a saber, quẽ el que es hijo de cauallero de partes del padre, maguer dende arriba viniesse de otros hombres que no fuessen hijosdalgo, recebirlo han a repto, y en toda houra de hidalguia; ca este tal es juzgado por hidalgo.

SVMMARIVM.

De nobilitate agitur, remissiuè.

2 *Genus, & sanguis ex proauo deriuatur.*

3 *Romæ nobiles à censu cœperunt.*

4 *Quoad reptationem, & alios effectus à patre nobilitatem descẽdere sufficit.*

Lex

Lex LXXXVI.

IN TEXTV IBI:
Hijo de cauallero de partes del padre.

Scholium vnicum.

1 NON Culpa carerem, si de nobilitate commentarium facerem: cũ ex nostratibus Ioannes Arce ab Otalora, & Ioann. Garcia, & Hieronymus Osorius Lusitan. longos tractatus scripserint, & ex exteris Clytoueus, & Bonus de Curtili Brixiensis, & omnium eloquentissimè Tiraquelus, & ab antiquioribus licet nõ ex proposito, plura scripta sunt, vt cernere est ex Barto. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. & Abbate in cap. venerabilis, de præbendis, Bald. in l. nobiliores, C. de com. & merca. Felino in cap. super eo, de testibus, cum relatis à Tiraquelo, cap. 1. Et quanuis prædicti authores, triplicem esse nobilitatem contẽdant, & in qua-
2 tuor species diuidant. Quoad nostrã legem tamen omnes cõueniunt, nobilitatem à sanguine, & genere, maioribusq; nostris originẽ ducere: genus autẽ ex proauo deriuatur, si Ouid. credimus Metamor. lib. 13. ibi:

Nam genus & proauos, & quæ nõ fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto.

3 Plinius tamen lib. 33. cap. 2. in principio, ait, Romæ nobiles à censu initium habuisse, dumtamen ex ingenuo patre, auoquè paterno procreati essent: quiq; hic census fuisset, constat ex illis Plinij verbis: *Hac de causa cõstitutum, ne cui ius eius esset, nisi cui ingenuo ipsi patri, auoq; paterno sextertia cccc, census fuisset?* Pater ergo nobilitatẽ à proauo, saltẽ vè ab auo descendere debere: & hinc ius nostrum Regium eum nobilem putat, qui natus ex parentibus, patre scilicet, auo, & proauo, nobilibus sit, iuxta textum in l. 2. tit. 21. part. 2. & Plinij sententiæ assentiuntur leges 7. 8. & 9. lib. 2. tit. 11. nouæ Colle-
4 ctionis. Quibus aduersatur lex nostra styli, quæ in patre tantũ nobilitatem desiderat: loquitur tamẽ restrictiuè, quoad effectus scilicet prouocandi, & aliorum similium honorũ, ad quos sufficit patria nobilitas ex nostra lege, quam praxis admisit, & notabilem testatur Otalora secunda parte, capite tertio, num. decimonono: & ex hac lege defendi quẽdam nobilem, in quo à Magistratu dubitatio fuit, an capitis, alteriusvè plebeiorum, mortis pœna afficeretur, & tandem ei caput trucidatum fuit: licet aui nobilitas non esset nota.

(.?.)

Textus

Textus LXXXVII.

SI Pleyto criminal acaece entre Iudio y Iudio, los Adelantados, y los Rabbies lo deuen librar. E ſi el Rey tiene por bien que ſe libre por ſu caſa, los ſus Alcaldes que oygan el pleyto, e fagan ay venir los Adelantados, o los Rabbies, que lo oygan con ellos, e que les mueſtren la ſu ley por do ſe ha de dar la pena al Iudio acuſado, ſegun ſu ley, ſi fuere vencido: e los Alcaldes con los Adelantados, e con los Rabbies, juzguenlo aſsi ſegun ſu ley.

Textus LXXXVIII.

OTroſi, ſi Iudio contra Iudio ha demanda en pleyto ciuil, o criminal, eſte tal pleyto ſe ha de librar por ſus Adelantados, o por ſus Rabbies. E ſi algun Iudio ha querella de los Adelantados, el Rabbi lo ha de librar: e ſi del Rabbi, el Rey.

Textus LXXXIX.

OTroſi es a ſaber, que en caſa de los Reyes, aſsi acuerdan, e juzguan, que los pleytos, e las poſturas que los Iudios fazen entre ſi, e los juyzios, y las poſturas de los pleytos, e los dichos de los teſtigos, e las cartas, e los inſtrumentos que entre ellos ſe hazen, eſſe ordenan que ſe deue juzgar por la ley de los Iudios tambien en los pleytos criminales, como en los ciuiles. E aun ſi el Rey demanda a algun Iudio los bienes de otro algun Iudio ſu deudor, por ſu deuda quel deue, o por calunia en que el cayo, quier lo demande ante los Rabbies, o ante los Alcaldes Chriſtianos, por ley de los Iudios ſe libra todo el pleyto, e ſe prueua el pleyto ſobre que contienden.

Textus XC.

OTroſi como quier, ſegun dicho es de ſuſo, los pleytos ciuiles, e criminales, que acaecen entre los Iudios, ſe deuen librar por ſus Adelantados. Pero en los pleytos criminales, el Rey de ſu oficio deue ſaber verdad por quantas partes, aſsi como de los yerros que acontece entre los Chriſtianos: e ſabida la verdad del hecho, por prueuas, o por peſquiſas, o por preguntas, o por conocencias, o por preſunciones, o por tormento: ſegun es derecho deuen dar la ſentencia, ſegun la ley la pena que deue auer.

IN TEXTV IBI
Entre Iudio y Iudio.

Scholium vnicum.

HÆ Leges de Iudæis tractant, videnda itaquè ſunt ea quæ de eis adnotantur in l. 83. Nullis enim alijs ſcholijs indigent iura hæc.

Textus

Lex XCI.
IN TEXTV IBI:
Por Corte de Rey.

Scholium Primum.

1 HÆc lex de caſibus Curiæ tractat, quos cum recenſuerimus in legibus anterioribus, hic reſcribere non erit fas, & quæ ibi deſunt inſpicienda ſunt in l.5.tit.3.par.3. l.23.tit.9.part.2.l.14.tit.2.libr.3. ordinam.& in l.4.tit.17.lib.8.& in l.7.tit.2.lib.6.eiuſdem ordinamenti, l.8.&.9. titu.3.lib.4.l. 21.tit.5.lib.2.l.4.tit.15.lib.9.l.2. tit.6.lib.8.l.4.tit.1.lib.3.l.11. tit. 3.lib.4.& in l.5.tit.13.eod. lib.4. Compilationis.

IN TEXTV IBI:
Saluo repto.

Scholium II.

2 ENumerat textus noſter caſus, de quibus Regij curiæ magiſtratus ius dicunt in prima inſtantia, in prouocatione tamen limitationem adijcit lex, cuius cognitio ad ipſam Regiam perſonam ſpectar, vt ſancit expreſſus textus in l.2.ad finem, tit.3.part.7.quæ accipi debet, quando quis prouocat, deſi deratur enim Principis conſpectus, vt in noſtræ legis ſtyli ſerie adnotatur, cuius ſententia ſatis confirmatur ex l.penult. & vlti
3 ma prædicto tit.& partita. Atſi per accuſationem procedatur, alij Magiſtratus citra Regẽ poterunt generoſum de crimine proditionis damnare, vt adnotauit Gregorius Lupus in d.l.2. ſcholio vltimo.

IN TEXTV IBI:
Biudas, huerfanos, y de cuytadas perſonas.

Scholium III.

4 VEteres & recentiores leges miſerabilibus perſonis admodum fauẽt, ita vt deſignatæ perſonæ eſſent, quæ huiuſ-
5 modi cauſas tutarentur. Sophocles itaquè orphanorum tutores orphaniſtas nũcupat, vt teſtatur Ludouicus Cęli, lib.15.c.9. litera F.qui & adijcit eodem loco, apud Athenienſes, Magiſtratus nũcupatim creatos fuiſſe ad cognitionem cauſæ miſerabilis perſonæ: & hinc orphanotrophi dicti ſunt hi qui præponuntur orphanis nutriendis, tanquã tutores, ſeu curatores: & hinc quoque orphanotrophium appellatũ eſt locus in quo filij orbi alũtur, vt patet ex l. ſi quenquã, & ex l. omnia priuilegia, C. de Epiſcopis, & clericis, & ex l.illud, & ex l.ſancimus, C. de Sacroſanct.Eccleſ.Prædictis ergo, viduis, orphanis, & orbis, noſtra lex fauens, in curia, eorum cauſas pertractari præcipit: nulloſquè alio commentario eget.

Textus XCII.

SI alguno viene diziendo al Alcalde, que fu' ano hombre, que es ay en el lugar, que hizo algun mal fecho, que no atañe à el, si se quisiere obligar à acusarle, ò obligar en la pena que el otro deue auer, sino gelo prouare, deuelo oyr el Alcalde: mas en otra guissa non lo deue oyr, saluo sino mostrare carta, ò alguna otra cosa que hiziesse alguna fe al Alcalde, porque se ouiesse de mouer contra el acusado.

SVMMARIVM.

1 AD accusandum non admittitur, nisi qui se ad pœnam talionis subscribit.

2 Forma huius subscriptionis traditur.

3 Non solùm subscriptio, sed & satisdatio de lite exercenda desiderabitur.

4 Pœna subscriptionis, & pœna talionis, non est in vsu.

Lex XCII.

IN TEXTV IBI.

O obligar en la pena que el otro deue auer.

Scholium vnicum.

1 SEntentia huius legis est: non prosequentẽ suam, vel suorum iniuriam ad accusandum non admitti, nisi subscribat se ad pœnã talionis.

2 Forma huius subscriptionis erat: *Ego ille aduersum te in rationibus publicis adsisto, si te iniustè interpellauero, & victus exinde apparuero, eadem pœna, quam in te vindicare pulsaui, me constringo, atquè conscribo, partibus tuis esse damnandum, etquè subiturum & pro rei totius firmitate manu propria firmo, & bonorum virorum iudicio roborãdũ trado.* Hanc formam ex Odoranno Monacho Senonensi decerptã tradit Brison. de formul. lib. 5. pag. 469. breuior tamẽ subscriptio à IC. scribitur in l. vltima, ff. de priuat. delictis, & in l. vltima, ff. de furtis; & in l. athales, ff. ad leg. Cornel. de fals. & in l. si cui, ff. de accusat. & iure Codicis idẽ statutũ est solẽnibus enim subscriptionibus astringere se eum, qui ad accusandum prosiliebat, iubent Imperatores, in l. si crimen, C. de accusat. & in l. i.
3 C. de his, qui accusare non possunt. Quę iura non solùm subscriptionem, sed & satisdationẽ de exercenda lite exposcũt, cu-
4 ius praxis meminit Bart. in l. si cui, num. 2. ff. de accusat. Sed cũ nostris temporibus de consuetudine nõ obseruetur prædicta subscriptio, cùm & pœna talionis sublata sit, iuxta adnotata ab Speculatore, quem omnes communiter sequuntur in tit. de accusat. §. 1. nu. 4. his tũ inusitatis, tum peruulgaribus immorandũ non erit.

Textus

Textus XCIII.

EN el titulo de los Adulterios,en la primera ley,dize assi: Si muger casada faze adulterio,ambos sean en el poder del marido, è faga dellos lo que quisiere:e de lo que an assi,que no pueda matar el uno dellos, y dexar al otro,sobre estas palabras: Si acaece que se vaya el uno,e prenden al otro, y el preso es vencido de adulterio por juyzio,dargelohan los Alcaldes,en poder del marido,y el marido deuelo tener,mas no lo deue matar fasta que aya el otro, y le vença por juyzio:porque los mate à ambos,si quisiere.

SVMMARIVM.

1 *Argiuus Hiectus primus fuit, qui in adulteros legem sanxit.*

2 *Mox lex Iulia,de adulteris coercendis,lata est.*

3 *Domitianus, & post eum, multi Imperatores leges addiderunt cõtra adulteros.*

4 *De pœna adulterij,iure recẽtiori.*

5 *An maritus adulteros simul accusare, & occidere debeat.*

6 *Maritus accusans Iudicialiter adulteros,excusat pœnas, quæ imponuntur à iure, consentientibus impudicitiam vxoris suæ.*

7 *Corollarie tractatur vnde nomen cornutus descendat, originemque trahat.*

Lex XCIII.

IX TEXTV IBI:

Si muger casada haze adulterio.

Scholium primum.

1 LEx hæc de adulterij crimine,& eius supplitio tractat, ad cuius intellectum sciendum est, Argiuum Hiectum, siue Hiettum,vt ex Pausania legitur,lib.9. fuisse primum, qui in adulteros legem tulit; mox tamen Diuus Augustus legem Iuliam sanxit, qua graui coertione,& multiplici pœna adulteria vetuit, vt constat ex Sueton. in Augusto,cap.19. Plutharco in apotheg. & Vlpiano in l.1. ff. ad legẽ Iuliã, de adulter. & Tiraq. in connubialibus, l.13.num.16. Deinde Tiberius, pœnam grauiorẽ de adulteris fáciuit,vt Cornel.Tacit.lib.2.adnotauit. Domitianus quoquè, & post eum multi Imperatores Iuliam legẽ nouis æditionibus innouarunt, huiusquè legis Iuliæ innumera capita fuerũt, neque enim temeratores solùm nuptiarũ, lex Iulia accersiuit, vt videre est ex Alex. ab Alex.lib.4.c.1. qui huius rei innùmera cõgessit, paretquè ex toto tit.ad legẽ Iuliã,de adulter.&de diuersis pœnis,apud diuersas gentes in adulteros statutis,inspiciendus omnino est idẽ Alex.prædicto loco, & ibi Tiraque.in eius ad notationibus.idẽ Tira.in l.13.con.exn.16.Vbi materiam hanc latè prosequitur, & videnda sunt ea,quæ adnotauimus in l.62.supra.

2

3

IN TEXTV IBI: *Faga dellos lo que quisiere, è de lo que han.*

Scholium II.

4 HÆc pœna prouisa fuit, ex l. 1. tit. 7. lib. 4 fori, & ex l. 2. tit. 15 lib. 8. ordinamenti, eadem pœna electa est, lege què, 81. Tauri, & l. 4. titul. 20. lib. 4. nouæ collectionis idem quoquè statutum est, quæ omnia iura huic nostræ legi conueniunt, la tequè ibi scribentes tractãt, quos hic non transcribimus.

IN TEXTV IBI: *Mas no lo deue matar.* *Scholium III.*

5 PRobat hæc lex, maritũ, qui adulterum, & adulteram vxorem accusauit (vnus tamen tantum captus fuit, alter verò fugit) non posse conuictum, & traditum vltimo supplitio afficere, donec alter capiatur, & conuincatur, vt pœna in adulterum, & adulteram simul irrogetur. Quæ sententia difficilis mihi semper visa fuit, nequè vllo iure sustineri poterit post fori, & styli leges quibus cautũ fuit, vt cõtra absenté procedi queat, quod antea vetabatur ex vulgari lege absentem de pœnis, & superius latè docuimus: existimo itaquè alludere nostram legé ad id illud ius vetus, quo maritus adulteros simul accusare nequibat, sed vnum tantùm, l. maritus in 2. §. fin. l. vim passam. §. duos, ff. de adulterijs, l. reos, C. eodem ibi: *Sed ordine peragi vtrosquè licet:* & de illarum legum ratione, ne his moremur, latè scribẽtes disserunt, præcipuè Salicetus in d. l. reos, & tunc legendum erit in nostra lege: *Fasta que acuse al otro*, & non, *Fasta que aya el otro*, vt cõmuniter legitur: quæ lectura quadrat diligenter perspecta l. ordinam. 2. tit. 15. lib. 8. quæ marito permittit simul adulteros accusare, quemlibetvè eorum, quasi asserat legibus anterioribus styli nõ licere, alioqui enim frustra prædicta potestas à recentiori lege data esset, & vtrũquè ius respiciens l. 80. Tauri, vnius accusationem vetat, cùm ambo igitur accusentur, & conuincantur, quanuis vnus prehendi non possit, in alium pœna irrogari poterit, vt probant expressa iura in l. adulter, & in l. nihil, & in l. quod ait lex, §. vltimo, ff. de adulterijs: Vbi adulter, qui non aufugit, occidi potest, & quæstionem video mouisse Cifuentes in l. 82. Tauri, vers. *Tertio dubitatur*, vbi ex dictis iuribus præfatam sententiam admittit, & nostram legem styli in desuetudinem abijsse firmat, abrogatamuè esse recentiori lege melius diceret.

IN

IN TEXTV IBI:
Y le venga perjuyzio.

Scholium IIII.

6 HIc ergo maritus qui iudicialiter accuſat, excuſabit pœnas cõtra cõſentientes vxoris impudiciriam latas, à lege.9.tit.19. lib.8. Compilation. & qui aſſentitur vxoris impudicitiæ cornutus à noſtratibus dici ſolet vulgari modo, ideſt, corde nudus, cũ dedecus tale patiatur, quod Ætymon ex Doctore Moya placuit Ioanni Patladorio rerum quot.cap.17. nume.2. Ego tamen hæſito de hac æthymologia, cum cornutus à cornu originẽ traxerit, corollariè itaquè & non abs re ommiſsis mul-
7 tis, quæ hic congeri poterãt, animaduerto cornutũ dici, ideſt, *Habẽtẽ cornucopiæ*, explicatioquè fabuloſa, hæc erit Amaltheã, ſcilicet, nimpham educaſſe Iouem in inſula Chipræ, & tanquã virginem lacteque carentem vſam fuiſſe lacte cuiuſdam capræ, quę Iouis nutrix fuiſſet, hęc capra fregit in arbore, cornu trũcaquè dimidia partę decoris erat, quod cornu ſuſtulit prædicta nimpha cinxitquè decentibus herbis, & plenũ pomis Ioui obtulit. Iupiter autem, poſtquam res cæli tenuit gratus nimphæ, & capræ nutricibus, ſidera nutrices fecit, appellanturquè Amalthea, & capra cæleſtis, ab aſtrorum ſciẽtiæ profeſſoribus, & huius quoque capræ cornu fertile fecit, & hoc eſt, *Quod vocatur cornucopiæ*, & hinc ortum habuit adagium, vt hic qui vxoris impuditiriam cõſentiebat, eius ocaſione cornu copiæ habere diceretur, cũ eius vxor alia capra cæleſtis eſſet, ad quod alludit illud Plauti Bach. *Falix Polcagrus fouet cæleſtẽ caprã, quæ ſibi opes ſuppeditat.* Hinc itaquè cornutus dicitur maritus, qui cornu conſentiendo cæleſtẽ caprã in domo fouet, cuius cornu copiæ prætextu omnibus abundat, vt colligitur ex Ouid. Faſtor. lib.5. illis verſibus.

Nais Amalthea Cratea nobilis Ida.
Dicitur inſyluis oculuiſſe Iouem.
Huic fuit hædorum mater formoſa duorum.
Inter dicteos conſpicienda greges.
Cornibus aerijs, atque in ſua terga recuruis.
Vbere, quod nutrix poſſet habere Iouis.
Lac dabat illa Deo, ſed fregit in arbore cornu.
Trũcaquè dimidia parte decoris erat.
Suſtulit hoc nimpha, cinxitq́ decentibus herbis.
Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Ille vbi Res cæli tenuit ſolioque paterno.
Sedit, & inuicto nihil Ioue maius erat.
Sidera nutricẽ, nutricis fertile cornu.

Fecit, quod domina nunc quoque nomen habet.

Quæ hic adiungere volui: nã ab hac fabula forsan cornuti, nomen originem habuit, Moix & Parladorij ætymologia reiecta.

Textus XCIIII.

LOS pleytos de los que estan presos, e de los que fueren enfiados ante el Alcalde, ha de escriuir la fiadura el escriuano del Rey, que escriue con el Alguazil, è los pleytos de los sobredichos, ha los de tener, è descriuir el escriuano del Rey, que escriue con el Alguazil en casa del Rey.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio in causa criminũ cautiones, & fidei iussiones recipere debet, neque alij committere.*

2 *Iuramentum recipitur a tabellione ante officij ingressum de custodiendis his, quæ à lege iubentur.*

3 *Forma litis actorum aliorumquè ad officium concernentia perscribitur à legibus collectionis, quæ hic recensentur.*

Lex XCIIII.

IN TEXTV IBI:

Los pleytos de los que estan presos.

Scholium Vnicum.

1 INquit hæc lex, tabellionem in causa criminum reorum cautiones fideiiussiones, aliaquè acta scribere debere, nec alij committere posse.

2 Huic nostræ l. conuenit, textus in l. 1. tit. 21. lib. 4. cõpil. quæ & huic iuramẽtum addit, quod à prædictis tabellionibus recipi debet de custodiendis his, quæ à nostra lege iubentur, antequã ad officij exercitium admittantur, & à lege. 2. & sequẽtibus forma perscribitur litis actorumte- 3 stium, & cautionum fideiiussorum, quæ receptionum, & in integro titul. precipuè in l. 7. & 8. tit 20. lib. 2. eiusdem nouę collectionis, nulloquè alio scholio opus est ad huius legis cognitiònem.

Textus XCV.

OTrosi, si alguno acusa à otro, que le quemò sus casas, ò que le matò su pariẽte, ò sobre otra cosa desaguisada, que le aya hecho, y el Alcalde lo hizo emplazar, e llamar à los plazos que el fuero manda, è no viniere, entonces deue el Alcalde saber del fecho, de que querellò si fue fecho: mas no ha de saber quiẽ lo fizo: è si fallare que tal fecho es fecho, entonces lo deue dar por fechor.

SVMMARIVM.

1 *REus non cõdemnatur, nisi prius constet delictũ fuisse cõmissum.*

2 *Intellectus textus in l. 1. §. item illud ad Silanianum.*

3 *Aliter*

3 *Aliter debet de delicto constare, quoad effectum procedendi, & inquirendi, quam quoad effectu condemnandi.*

4 *Adnotatur diuersitas inter delictum facti transeuntis, & facti permanentis.*

Lex XCV.

IN TEXTV IBI:

Entonce deue el Alcalde saber del fecho.

Scholium Vnicum.

1 SEntentia huius legis est, iudicem accusario nẽ accusantis admittere posse, in causaquè procedere, quamuis ipsi de delicto non liqueat, nequibit tamen reum condemnare, nisi prius ei constet crimen fuisse commissum, quæ sententia admodum iuri consentanea est, & expresse probatur in vulgari textu in l. 1. §. item illud, ff. ad Silan. & quamuis comuniter allegetur, is textus ad hoc, vt ad nullum actum iudex procedat, nisi prius illi crimen pateat: errant tamen, qui hunc §. in hunc sensum accipiunt, cuius intellectus est, secun-

2 dum nostræ legis interpretationem, nempe, vt ad sententiam iudex non descẽdat antequam de crimine ei liqueat, quod manifeste indicat prædicti, §. sententia, dum decidit reum tormento non subijciendum, donec de delicto pateat, non tamẽ ex hoc negat ante sententiam torturæ, accusationem admitti aliaquè litis acta exerceri posse,

3 Aliter enim debet, de crimine constare ad effectum inquirendi, quàm quoad effectum condemnandi: ad inquirendũ enim sola accusatio, vel denuntiatio sufficit ad condemnandum tamen, tum probatio, tum & criminis existentia præcedere debet, vt optime interpretatur Baldus in lege mancipia, numer. 1. C. de seruis fugit. Scioque di-

4 uersitatem constitui in delicto facti transeuntis, & permanentis, quasi illud probationes tantum legitimas requirat, nulloquè tẽpore de eo constare opus sit: nã cum nulla prędicti criminis remaneant vestigia frustra tractabitur de delicti existentia, hoc tamen cum permanens sit, vltra probationes legitimas existentis corporis indagationem desiderat. Veritas enim facti aliter constare non potest, vt ex Bald. adnotauit Blanc. in praxi criminali in principio, numer. 6. estque recepta, & communis opinio ab omnibus criminum scriptoribus, nulla itaquè alia interpretatione est opus.

(?)

Textus LXCVI.

Sobre la ley que comiença: Toda muger, que es en el titulo de los testimonios, es à saber, que pueden las mugeres ser recebidas en testimonio sobre las cosas, quier sean ciuiles, quier criminales, que se fazen en tal lugar, que no es razon ni aguisado de ser, y hombres con las mugeres. E otrosi, se reciben las mugeres en testimonio en las vendidas y en las compras, que usan de hazer las mugeres, y sobre las contiendas y maleficios que acaecen entre las mugeres, prueuese por su dicho de mugeres en testimonio. E otrosi, en la pesquisa que se faze de los yerros hechos de noche en yermo, si ellas dan testimonio de vista, juzguenlo por prueua. E otrosi, fazen los sus dichos presumpcion para poder tormentar, mas en aquellos lugares do es cierto, que el fecho fue fecho ante hombres, no son creydas, si los hombres que se acertaron ò alguno dellos no testimonia, esso mismo que ellas dizen en su testimonio.

SVMMARIVM.

1 *Apud veteres, per quem Deũ iurare mulieres deberent, per quem & homines.*

2 *De iuris iurandi forma, remissiue multa tractantur.*

3 *Recensentur casus in quibus fœmina testis esse potest.*

4 *Omnis testis idoneus est, nisi qui lege prohibitus reperiatur.*

5 *In omni actu, in quo quis libere rogare masculos potest, fœmina testimonium reijcitur.*

6 *In factis mulierum, & vbi fœminæ cõueniunt, in testes admittuntur.*

Lex LXCVI.

IN TEXTV IBI:

Que pueden las mugeres ser recibidas en testimonio.

Scholium primum.

1 LEX nostra, de mulieris temonio agit, in quo cum ius iurandum præstari debeat, & solum Deum trinum, & vnũ religio nostra agnoscat cessabit veterum quæstio, per quem Deũ iurandum esset, cũ in veteribus scriptis, neque mulieres, per Herculem deierasse, neque viros per Castorem legatur, cum id Castoris iuramentũ tantum fœminarum fuisset, ita vt me Castor à viro dici in nullo veteri scripto inueniatur, vt adnotauit Aul. Gelius noctium Atthicorum, lib. 11. cap. 6. per Polucẽ verò vtrique tã masculo, quàm fœminæ iurare non vetabatur, cum Deus communis esset, vt ex ipsomet authore videre est, itaque Donatus in Andriã Terentij, actu. 3. Scena. 2. *Per Castorem*, inquit, *& Polucem ornatiua sunt iurandi apta fœminis*: nam ibi, apud ipsum Terẽtiũ Lesbia fœmi-

mina, fic loquuta eft: *Per castor sci tus puer natus est Pamphilo*, & de iuris iurandi apud veteres Romanos formula multa fcripfit Ludouicus Cælius lect. antiq. libr. 21. cap. 15. & de forma iuramẽti innumera congefsit Brifonius de form. lib. 5. fol. 461. & fequenti, & lib. 8. fol. 712. 713. & 705.

I N T E X T V I B I: 5

Quier sean ciuiles, quier criminales.

Scholium Secundum.

TExtus nofter recenfet cafus in quibus fœmina teftis effe poteft, quafi regulam conftituẽs, vt his exceptis teftimoniũ fœminæ non admittatur, quod & antea prouifum fuit ex l. 8. titul. 8. lib. 2. fori: iuri tamen com
4 muni aduerfatur, quo alia regula conftituitur, nempe, vt in omni cafu fœminæ teftimonium recipiatur, cũ ille teftis effe pofsit, qui prohibitus non reperiatur, lex. 3. §. lege Iulia, ff. de teftibus: at fœmina in teftamento tantum prohibetur, l. hac confultifsima, cum vulgaribus, C. de teftam. l. 1. 2. & 9. titul. 1. 6. parte, nifi dicamus, alludere legem noftram ad ius canonicum, quo mulieris teftimoniũ reijcitur, iuxta textum in cap. forum ad finem, de verborum fignificatione, quafi afferat illo iure non obftante in cafibus hic enumeratis, teftem effe poffe fœminã: fcio tamen gloffam ibi, verbo, *Non fœmina*, illud caput intelligere in caufis criminum, quafi in his folum fœmineũ teftimonium recipi nequeat, iuxta textum in cap. mulierem. 33. quæftion. 5. In ciuilibus enim, & fecundum canones teftificari poteft, cap. tam literis, de teftibus: ad cognitionem itaque huius vulgaris materiæ, & noftræ legis interpretationem alia tertia & in praxi recepta regula conftituenda eft, vt in omni actu, in quo libere quis mafculos rogare in teftes pofsit, teftimonium fœminæ nullum fit, qua ratione in teftamentis, & contractibus idonei teftes non erunt, in actu tamen in quo eligi teftes non poffunt, fœminæ teftimonium firmum erit, vt agnouit Ioann. Fab. in §. teftes, num. 1. & 2. inft. de teftamen. Hic ergo fenfus noftræ legis eft, vt vbi hominum copia fit, fœminæ non admittãtur, in factis tamen mulierum, & vbi ipfe, & non viri conuenire folent fummo iure huiufmodi teftimonia fidem faciant, quam exiftimo veram, & breuem noftræ legis interpretationem.

(;)

21 Lextus XCVII.

EN casa del Rey, assi lo vsan, que si alguno faze cosa, porque merezca muerte, è lo fizo el fecho estando el Rey en el lugar, lo mandò el Rey sacar de la Iglesia para fazer del justicia a quella que fuere fallada por derecho.

SVMMARIVM.

1 *AB Ecclesia potest extrahi delinquens, quando in Regia domo deliquerit.*

2 *Regia domus Palatium nuncupatur, & qua ratione.*

3 *Palatiar, vnde dictum sit.*

4 *Apollo Palatinus, vnde dictus.*

5 *Tribus Palatina, vnde instituta.*

6 *Vnde Palatini ludi nũcupati sint.*

7 *Palatinus mons quid.*

8 *Palatij præfectura quãti habita sit*

9 *Palatiũ Regium immunitate potitur, à quo nullus extrahitur, nisi Rex iubeat.*

10 *Qui Palatium offendit delinquẽdo non potitur eius priuilegio.*

11 *Si ex casu fortuito rixa orta in Palatio sit, non extrahitur ab eo delinquens.*

12 *Delinquẽs in vna Ecclesia, si ad aliam confugiat nõ gaudet eius priuilegio.*

13 *Delinquẽs in Ecclesia ad Palatiũquè fugiens, ab eo extrahẽdus est.*

14 *Immunitate non gaudet, qui commisit homicidium in palatio, non tamen extenditur ad alia leuiora crimina.*

Lex XCVII.

IN TEXTV IBI: *En casa del Rey assi lo vsan.*

Scholium Primum.

1 Sententia huius legis est, ab Ecclesia extrahi, delinquentem posse, si in Regia domo delictum cõmisisset.

2 Regia domus cuius nostra lex meminit, Palatium nũcupatur, & quidem apud probatissimos Latinę linguæ authores, quę Regis domus, Palatij nomine insigniri cœpit Augusti Cæsaris tempore, nempe quia is Palatinum montem incoleret, ac inibi esset prætorium, domus item Romulia loco dicta Palatium est, & hinc fluxit, vt vbicumquè fuerit Rex eius domus Palatij assequatur nuncupationẽ, vt adnotauit Ludouicus Cælius, libr. 8. cap. 1. ad fin. sic &

3 *Palatiar*, dictum est pro sacrificio, quod in monte fiebat Palatino, vt ex Festo Pompeio, idem Cælius testatur, lib. 28. c. 24. paulò post principiũ, Festus enim lib. 17. narrat sacrificium, quod veteres Romæ in monte Palatino sacrabãt, *Palatiar appellasse, siue Palatuar*, in idem enim conuenit, nisi in altero locorum mendum sit, & hinc Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 11. quod in Palatio sacrum fiebat, *Palatiar* quoquè vocari tradit.

Apollo

4 Apollo quoquè Palatinus di-
ctus est, tanquam regum conser
uator, vt animaduertit Briso-
5 nius de formulis, lib. 1. pag. 49.
ad finem, & Palatina tribus, vn-
de instituta, traditur à Plinio, li-
bro. 18. c. 3. & à Lucio Floro Epi
to. Liuij, lib. 20. ibi: *Libertini in
quatuor tribus redacti sunt, cum an-
tea dispersi fuissent ex quilinam Pa-
6 latinam suburranā colinam,* & hinc
Palatini ludi nuncupati sunt:
quia in Palatio triduo celebrabā
tur in Diui Iulij honorem, qui
victam armis rem publicam in
dominationē vertit: de quibus
meminit Sueton. in Caligula, c.
56. & scribit Iosephus antiquita
7 tum Iudaicarum, lib. 19. cap. 1.
Palatinus verò mons à Palantia
vrbe Arcadiæ dictus fuit, aut à
balatu pecorum, seu Pale pasto-
rum Dea, vel à Palatia Latini v-
xore, siue ab Hiperborea Palan
tis filia, vel quod ibi Palas defun
ctus sit, vt constat ex Varrone,
lib. 1. & 4. linguæ Latinæ, & Vir
gil. lib. 8. Æneidos, his versibus.

*Arcades his oris genus à Palante pro-
fectum.*
*Qui Regem Euandrum comites,
qui signa sequuti.*
*De legere locum, & posuere in mon
tibus vrbem.*
Pallantis proaui de nomine Pallātēū.

8 Idemquè colligitur, ex Liuio,
1. Deca, lib. 1. Palatijquè præfe-
ctura multi habita fuit, vt scrip-
tum extat apud Alexand. ab A-
lex. lib. 6. cap. 20. & ibi Tiraquel.
in eius ad notationibus, verbo,
Ac præfectus Palatij, & verbo, *Cui
præfecturæ*, vbi Alexā. lapsum
notat, & Palatio præfectus, quis
hodie sit docet Petrus Grego-
rius, in sintag. libr. 6. cap. 8. nu-
mer. 11.

IN TEXTV IBI:
Lo mādò el Rey sacar de la Iglesia.
Scholium II.

9 PRædictum Regis Palatium
immunitate potitur, nullus
enim delinquens ab eo ex-
trahendus est, nisi de speciali mā
dato Regis, vt Mōtaluus docuit
in l. 7. titul. 5. lib. 1. fori, scholio
1. in fine, & eum refert & sequi-
tur Remigius de Goni, de im-
munitate Ecclesiarum. 25. am-
pliatione, numer. 1. vbi. 2. 3. & 4.
sequentibus hanc opinionē con
firmat, & Palatij Ætymon, ex
Platea, & alijs tradit diuersita-
temquè inter Palatium & au-
lam, & prætoriū, constituitquè,
ibi inspici poterunt, quo breui-
ter adnotato facilis redditur no
stræ legis sententia, quę alioqui
difficilis visa est, ait enim crimē
Committentem in Regio Palatio
immunitate Ecclesiæ non frui:
nam cum Montaluus & Remi-
gius eādem immunitatem, quā
gaudet Ecclesia Palatio indulse
rint, sicut qui in Ecclesia delin-
quit, eius non vtitur indulto, ita

&

& eadem ratione eo non potiatur, qui in Palatio deliquit, argumento textus in cap. vltimo, de immunitate Ecclesiarum, & in l.4.tit.11.p.1. & eorum, quæ in dict.c.adnotauit Abbas, num. 7.Nauarrus in Manuali. cap.25. num.20. Remigius Fallent.3.Iulius Clar.§.fin.quæstion.30.numer.15.Couarr.variar.resol.lib. 2.cap.20. nume.15. Ex duabus, nempe communiter receptis ra-
10 tionibus, quia consentaneũ non esset, vt qui Ecclesiam delinquẽdo offendit eius beneficio iuuaretur, argumento textus in cap. de viro.12.quæst.2.& in cap.quia frustra, de vsuris, & quia qui intra Ecclesiam crimen commisit eius spe delinquere videtur, vt ab ea defendatur, in quo graui iniuria Ecclesia afficitur, quas rationes Couarr.vbi supra reddit eædemquè, & regio Palatio conducunt, à quo eius offensor non defenditur, eadem itaquè distinctio, quæ in pijs locis traditur eadem, & in Palatio constituenda erit, vt si ex casu fortui-
11 to rixa orta sit, homicidiumquè sequutum Palatij indulto rixantes potiãtur, secus verò si ex proposito, scundum Hostiensem Cardinalem, & Ancharr.in d.c. vltimo, vbi & Ioannes Andreas eandem opinionem admisit.

12 Rursus nostri textus sententia cõfirmatur, si animaduertamus delinquentem in vna Ecclesia, & si ad aliam confugiat, eius immunitate non frui, iuxta Couarr. opiniónem, dicto cap.20. numer.15.Remigij Fallentia.11. num.2.improbata Syluestri consuetudine, cuius meminit in sũma, verbo immunitas.3. quæst. 2.priuilegium enim vnius loci, & alteri indulgetur, eadem ergo militat ratio in Principis Palatio, secundum anteriorem opinionem, vt si ad alium immunem locum, quis auffugit eo nõ potiatur, eiusquè indulto, & im-
13 munitate, sicut idem statuentremus, quando quis intra Ecclesiã crimen commisisset, ad Palatiũquè fugeret, eius enim priuilegio Ecclesię offensor nullatenus frueretur: hicquè est verus nostræ legis intellectus, quæ profectò satis notabilis est.

IN TEXTV IBI:
Porque merezca muerte.

Scholium.III.

14 INquit tex. noster, Palatij immunitate nõ potiri illum, qui homicidium commiserit in ipsomet Palatio, quasi diuersum constituens, quando aliud leuius delictum cõmissum sit, in quo cũ anceps quæstio esset elegit lex nostra opinionem Gof. quam amplectitur Cardinalis, in dict.cap. fin.de immunitate Ecclesiarum, num.1.

Textus XCVIII.

OTroſi, ſobre las palabras de denueſto, maguer ſean dichas de noche, no hazẽ peſquiſa: E otroſi ſobre querella, que alguno, ò alguna de, en que querella que le ferieron, ſi non parecen liuores, no hazen peſquiſa.

SVMMARIVM.

1 Superleui iniuria verbo illata, non formatur inquiſitio.
2 Vbi adeſt ſanguinis effuſſio, iniuria atrox eſt.
3 Liuor pro hulcere, & pro inuidia, quoquè vſurpatur.

Lex XCVIII.

IN TEXTV IBI: Sobre las palabras de denueſto.

Scholium Primum.

1 CVm ſuperius latè tractauero de inquiſitione, hic repetere non eſſet fas: ſententia, quæ noſtri textu iuti admodum, & rationi proclíuis eſt, abundequè probatur in l. 5. & 4. tit. 10. lib. 11. Compil. cuius verba de noſtra lege ſumpta, & tranſcripta fuerunt.

IN TEXTV IBI: Sino parecen liuores.

Scholium II.

2 HOc antea preuiſum fuit à lege. 20. tit. 9. p. 7. vbi Gregor. Lopez, ſcholio. l. de liuore, & ſanguinis effuſsione verba facit, & omninò inſpiciendus eſt Bart. in l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. de iniurijs. Vbi adeſt enim ſanguinis effuſsio, iniuria atrox putatur, ſecundum eundem Bartol. dict. loco. Et hinc forſam ſanguinem ſuum quemlibet redimere poſſe dictum eſt, l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante ſentent. mort. ſibi conſc.
3 Liuor autem pro iniuria accipitur, vt conſtat ex Lucano, lib. 1. ibi: *Liuor edax tibi cuncta negat*: & ex Claudiano, lib. 3. ibi: *Rabiem liuoris acerbi nulla poteſt placare quies.* Et ex Ouidio in illis verſibus.

Pallor in ore ſedet macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies liuent rubigine dentes.
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores.

In noſtra tamen lege, liuor accipitur pro percuſsione, aut cõtuſione, ſiue hulcere, vt & accipit Plinius lib. 20. cap. 22. in principio, in illis verbis: *Illinuntur & liuoribus, ſuggillatiſquè cum melle, & adipe anſerino, aut cara Cypria:* hinc liuo-

liuorem cõtrahere, ideſt, nigreſcere Columel. dixit lib. 12. cap. 47. & in Ecclesiaſtico legimus, flageli plagam liuorem facere.

Textus XCIX.

O*Troſi, en caſa del Rey, el que escondena lo por coſtas, prendanle por ello el ſu cuerpo, ſino ha bienes de que lo pague.*

SVMMARIVM.

P*Ro expenſis, & ſportulis nemo in carcerem mittendus eſt.*

Lex XCIX.

IN TEXTV IBI:

El que es condenado por coſtas.

Scholium Vnicum.

SEntentia huius legis eſt: In expenſis condemnatum, ſi pauper ſit, in carcerem conjiciendum, donec prædictas expenſas ſoluerit: quæ ſentẽtia dura profectò eſt, & cõtraria probatur in l. 20. 21. & 22. tit. 12. lib. 1. Compilat. ſemper itaquè mihi ſum perſuaſus, literã noſtri textus mendum habere Impreſſoris vitio, legendumquè eſſe cum negatione: *No le prendan por ello el ſu cuerpo:* nulloquè alio ſcholio indiget hæc lex.

Textus C.

O*Troſi, ſegun el fuero de Caſtilla, ſi alguno es acuſado de algun maleficio q̃ hizo, y el lo niega en juyzio, ſi deſpues ſe lo prueuan, magner deſpues ponga por ſi defenſion alguna porque con derecho hizo aquello que negò, que han prouado, no le reciban defenſion, è juzguen ſegun fue prouado el fecho.*

SVMMARIVM.

1 N*Egans delictũ cõmiſiſſe, de quo cõuictus eſt, allegare non poteſt ad ſui defẽſionẽ feciſſe*

2 *Controuerſa opinio fuit, an prius delicto negato, exceptio defenſionis admitteretur: inter dubiaſquè opiniones elegit lex noſtra eam, quæ rem publicam intuetur, & malè factorum punitionem.*

Lex C.

IN TEXTV IBI:

No le reciban defenſion.

Scholium vnicum.

1 SEntentia noſtræ legis eſt, negantem crimen cõmiſiſſe, de quo conuictus eſt, tueri ſe nequaquã poſſe, adijciendo ad ſui defenſionẽ feciſſe.

2 Accurſij opinionem noſtra lex amplectitur in l. nemo ex his 43. de reg. iur. ſchol. 1. ibi: *Hæc autem vera ſunt, niſi lex impediat, impedit enim quandoq; ecce enim ſi is, qui cõuenitur noxaliter negauerit ſeruum ſe habere in poteſtate, conuictus de mẽdatio inſolidum tenetur, neque enim*

enim poteſt pœnitere, vt ſupra de noxalibus, l. quoties, §. Prætor. & l. ſi ſeruus deportatus, §. ſi negauerit: eodẽ tamẽ loco Accurſ. cõtrariã ſententiã multis quæ allegat iuribus probari conatur, & cũ refert & ſequitur Bart. ibidẽ in princ. idẽ Bart. in l. cũ de indebito, ff. de probat. & ibi Floria. de Sãcto Georgio, idẽ Bart. Paul. Bald. Salicet. & Alber. in auth. cõtra qui propriã, C. de nonnumer. pecu. qui hãc partem tanquã ęquiorẽ admittunt, negantes prohiberi reũ diuerſis exceptionibus vti, quia probationũ facultas cũ publica vtilitas in eis verſetur, reſtringẽda non eſt, præſertim cũ cõfeſsio reuocari poſsit, lite nõdũ finita, l. error, C. de iuris & facti ignorantia, & quia in dubijs reo fauendũ eſt, ſecundũ vulgaria iuris principia, alijs tamẽ ſẽtẽtia noſtrę legis placuit cũ admittendæ nullatenus ſint excuſationes, quæ confeſsionẽ perimunt, vel negationẽ interimunt, c. cũ dilecti, de accuſat. Itẽ & quia qui contrarijs, & repugnãtibus nititur non defenditur, quinimo punitur, c. dilectus, de tẽpore ord. & quia in teſte varietas non admittitur, niſi incõtinenti ſe corrigat, & emẽdet, c. præterea, de teſtibus cogẽdis, quod in principali, & multò fortius locũ habebit, & quia in iudicijs nihil debet illuſoriũ agi, l. ſi prætor, ff. de iudicijs, & huius opinionis fuit Ioan. Andr. in c. ex tenore ad finẽ, de teſtibus, Innoc. in c. ad audiẽtiã, de homicidio ad fin. aliorũ tamen ſententia fuit, vt diſtinctione quæſtio decideretur diuerſitate conſtituta, an exceptio defenſionis appoſita eſſet ante publicationẽ teſtiũ, vel ẽ cõtra. Primo enim caſu exceptionem admittũt. In ſecundo verò vetãt, vt teſtatur Lucas de Pœna in l. profeſsio. 6. C. de muneribꝰ patrimoniorũ, lib. 10. verſ. hæc quæſtio. In qua quæſtione innumeros variaſſe comemorat, & iã quam ancipitẽ, & dubiã latẽ diſputat, & poſt eũ Nicolaus Boerius deciſ. 164. nu. 14. verſ. *ſecundo aut à principio negat:* vbi innumeros authores recenſet, & Decius, & Cagn. Socin. & ordinarij in d. l. nemo, plenè tractant, & Egidius Boſsius tit. de defenſione reorũ, nu. 4. Iulius Clarus lib. 5. §. homicidiũ, nu. 35. in hoc igitur opinionũ diſcrimine lex noſtra eã amplexa eſt, quæ rempublicã intuetur, & malefactorum punitionem, argumenro texus in l. ſi à reo, ff. de fideiuſſoribus, ſancitque exceptionem, de qua hic in ipſo initio proponi debere.

Textus C I.

Otroſi, en los pleytos criminales, en q̃ ſi fueren probados ay muerte, ò perdimiento de miembro, no dan alçada, ni en la ſentencia difinitiua, ni interlocutoria, que acaciere de dar en los pleytos criminales.

SVM-

SVMMARIVM.

1 A Principe, legeuè ius appellandi, ex causa tolli potest.

2 Citatio cum iure naturali, instituta sit, interdici nulla ratione potest.

Lex CI.

IN TEXTV IBI: No dan alçada.

Scholium vnicum.

1 RAtio autem ea est: à Principe enim legeuè ius appellandi ex causa tolli prest, c.1. de rescript. l.1. §.interdum, ff. à quibus appellare licet, l.13. tit.23. p.3. Nam quāuis appellatio defensio sit, l.1. ff. de appell. defensio, quæ à Rege tolli nequeat, Clem. pastoral. de re iud. loquitur tamen ille tex. incitatione, quæ iure naturali in-
2 stituta est. Itaquè interdici citatio nequit, vt ibi scribentes testantur, & in c.1. de caus. poss. & propriet. appellatio autem, cùm defensio iuris positiui sit à Rege, & lege prohiberi potest in casibus à lege nostra congestis, & similibus, docet Abb. in c. dilecti, nu.14. de except. vbi omnes Angel. Aret. in d. l.1. vltimo notab. de appell. nullaquè alia expositione hic est opus.

Textus CII.

EN el titulo de los omecillos, sobre la ley que comiença: Todo hombre que fallaré, sobre aquellas palabras: sea tenido de mostrar quien lo mató, sino tenido sera de responder à la muerte, salvo el su derecho para defenderse si pudiere. Y es à saber, que quando tal fecho acaece, el Alcalde deue saber la verdad por quantas partes pudiere, porque sepa si es otro en la culpa, ò otra razō derecha, porque el señor de la casa es sin culpa sino matarlo han por ello, si el Rey no le haze merced: Pero si contra el señor de la casa no fuere fallado por prueuas, ò por pesquisa, que es culpado de la muerte de aquel que fallaron muerto, y liuorado, y este liuorado lo saluara ante de su muerte al señor de la ferida: y de la muerte, y por preguntas, ni por otra manera ne es fallado en culpa el señor de la casa, darlo han por quito los juezes. Y lo que dize en esta ley se juzga, y se guarda en el Reyno de Leon, y en los otros Reynos del Rey. E si firen à alguno en casa de otro, y no pueden saber quien lo firio, es à saber, si el señor de la casa si estaua ay entonces: y si estaua ay deue ser preguntado, que diga quantos, y quales hōbres, y mugeres estauā en aquella su casa à aquella sazon que el ferido dize que le firieron: e sino lo dixere, entonce el señor de la casa es tenido de monstrar quien lo firio, y sino sera tenido à la ferida. Empero que juzgan algunos Alcaldes, que si el señor estaua en la casa quando acaecio el hecho, que el es tenido de mostrar quien lo firio, y sino que sea tenido à la pena.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Contra habitantem præsumptio est, si in eius domo occisus inueniatur.*

2 *Lex nostra de probabili præsumptione accipi debet.*

3 *Ex probabili præsumptione solùm oritur semiplena probatio.*

4 *Finis præsumptionis est, transferre in aduersarium onus probandi.*

5 *Leuius actor probare astringitur, quando præsumptio est cõtra reũ.*

Lex CII.

IN TEXTV IBI: *Sea tenido de mostrar quien lo mato.*

Scholium vnicum.

1 Sententia huius legis hæc est. Si in domo alicuius occisus, vel vulneratus reperiatur, cõtra habitantẽ præsumitur, nisi de percussore constet: lexq; fori, quæ à nostra lege refertur, est l.3. tit.17.lib.4.fori, quæ indistinctè prædictam opinionẽ admittit: lex tamen nostra styli eam interpretãdo, nõnullas huius regulæ exceptiones scribit, iudiciq; præcipit, vt diligẽter inquirat de crimine hoc, curetq; habitantẽ defendere: regulariter enim cõtra habitatorẽ ius præsumit, iuxta nostrã l.& pr. l.l.fori, vbi ex Bar. & alijs animaduertit Mõtaluus 1. schol. de præsumptionibusq;
2 plura hic adduci possent Pro intellectu tamen nostræ legis satis erit animaduertere, accipiẽdam esse de probabili præsumptione, vt in l.final.ff.quod met.caus. Ex qua solum oritur semiplena pro
3 batio, c.illud, cap.afferte, de præ-
4 sump. Finis ergo huius præsumptionis erit, liberare acusatorẽ à probandi onere, quod ei regulariter incumbit: vt Bald. docuit in l. cum de indebito, & in l. ei incumbit, de probationib.quod cum iudicio lex nostra considerauit in vltima parte, ibi: *El señor de la casa es tenido de mostrar quiẽ lo firio*: non tamen ex hoc putarem, ab omni probatione accusantem
5 liberari. Leuius verò ei incũbit probandi onus, l.non omnis, §. à barbaris, ff. de re militari, cap. præterea, de testibus.

Textus CIII.

Demandan algunos ombres omezillos a los concejos de fulano, de los ombres muertos en sus terminos. Y es a saber, que si son Christianos los ombres muertos, no les deuen dar omezillos: y aun los que guardan la Ronda no son tenidos a los omezillos por los ombres ay muertos: mas son tenidos de pechar lo que les fuerõ robado. Mas si es Iudio al que fallan muerto en el camino en el termino, el concejo donde es el termino ha de pechar al Rey mil marauedis de los buenos: y mas por los otros Moros de las Aljamas, que son libres, no pecharã sus mil marauedis, sino lo huuieren por cartas de merced de los Reyes. Y este d.cho se entiende, sino se puede saber quien lo mato.

SVMMAIRIVM.

Homicidij calumnia propter contumaciam, & homicidiũ culpabile debetur, & non alioquin.

Lex CIII.

IN TEXTV IBI: *Homezillos a los concejos.*

Scholium Vnicum.

1 DVobus caſibus homicidij calumnia debetur, propter contumaciã videlicet, iuxta l.4.tit.3.lib.2.For. aut propter homicidium, in quo culpa tantum non vero dolus interuenit, l.7.tit.17.lib.4.For. & ſupra oſtẽdimus, cum igitur hic neq; contumacia, neq; dolus adſint homicidij calumnia locum non habet: hæcq; eſt vera tũ & breuis huius legis interpretatio.

Textus CIIII.

ES aſaber, que ſi algun lego mata a algun clerigo, la ygleſia demanda el ſacrilegio, y deſpues el Rey el homezillo, ca primeramente deue ſer entregada la ygleſia del ſacrilegio, y deſpues el Rey. Y eſtas dos penas ambas ſe pueden demandar, y cada vno puede demandar el tuerto que recibio, o hazer ſu demanda.

SVMMARIVM.

Occidens clericum, ſacrilegij & homicidij calumniam luit.

2 *Sacrilegij calũnia, quæ ſit.*

3 *Quis ſit ſolidi valor, adnotatur.*

4 *Sacrilegij cognitio ad quem iudicem pertineat.*

Lex CIIII.

IN TEXTV IBI: *Si algun lego mata Clerigo.*

Scholium I.

1 SEntentia huius legis hæc eſt: occidens clericum, ſacrilegij & homicidij calumniam luit, ſacrilegium tamen homicidio præfer-
2 tur: hactenus concluſio. Non indiſtinctè ſacrilegij calumnia hic accipienda eſt, inter ſacros enim ordines diuerſitas conſtituitur: ſi quis enim occidat presbyterũ, ſoluit pro ſacrilegio ſexcẽtos ſolidos, ſi diaconũ quadringentos, ſi ſubdiaconum trecentos, ſi religioſum, vel religioſam 400, ſi Epiſcopũ nongentos, vt elicitur ex text. in cap. 1. de pœnis, & ex cap. qui ſubdiaconum, 17. q. 4. quibus conuenit l.7.tit.18.par.1. Solidusq; 8. pars eſt vnciæ, & nonaginta, & ſex ſolidi, ſiue aurei librã auri perficiunt, libra autẽ 12. vncijs conſtat, vt ex Bartolo, & Ioan. de Platea teſtatur Greg. Lupus in l.7.tit.18.p.1. qui igitur eccleſiaſticũ occiderit vltra alias corporis coerciones, ſacrilegij calũnia coercetur, quantitas autem ſacrilegij accipiẽda erit, ſecundũ prędi iura. Et de vero ſolidi valore in l.114. ſupra tractabo.

IN

IN TEXTV IBI: *Y despues el Rey el homezillo.*
Scholium II.

EX his ſanè verbis deprehendo, criminis ſacrilegij cognitioné ad Regẽ, eiuſq; magiſtratus pertinere poſſe, quod animaduerſione dignũ eſt, cũ iudex eccleſiaſticus de iure cõmuni cognoſceret, cap. cum ſit generale, de for. comp. c. quiſquis, 17. q. 4. cui iuri, & ius regium participarũ aſſentiũtur, vt adnotauit Gregorius in ſchol. 3. l. 6. tit. 18. p. 11. & in ſchol 2. l. 9. eod. tit. & part. quod verius iudico. Scribẽtes tñ hoc ſacrilegij delictũ mixti fori, eſſe communiter aſſerunt, vt videre licet ex Innocen. & Abbate in d. c. cũ ſit generale: at lex noſtra ſtyli, ſi clericus à laico occiſus ſit iudicis eccleſiaſti cognitioné omninò vetat: in quo notabilis eſt, & hoc iure vtimur.

Textus C V.

EN las calunias, el Rey por razon del ſeñorio deue primero ſer entregado, que el querelloſo. Y ſi el acuſado juzgado no ouiere bienes para pagar la calunia, deue primero ſer entregado al Rey ante que al querelloſo, que le ſirua haſta q̃ ſea entregado por ſu ſeruicio de lo que ha de auer de la calunia.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ex delicto, an ſit addicendus creditori.*

2 *Aliud pœna eſt, aliud calumnia, pro qua non denegatur ceſsio bonorum.*

3 *Calumnia fiſco prius quàm offenſo ſoluenda eſt.*

4 *Si per ſententiam fiſco, & offenſo condemnatio applicetur, quis alteri præferatur, an verò fiat inter eos concurſus, ſi bona delinquẽtis vtriq; non ſufficiant.*

Lex C V.

IN TEXTV IBI: *Haſta que ſea entregado por ſu ſeruicio. Scholium Primum.*

1 DIfficultatem habet hęc lex, cũ debitor ex delicto nõ ſit addicẽdus creditori, l. ſi ex parte, §. quãquam, ff. quod cũ eo, l. ſi rerũ amotarũ, ff. de re iud. vbi DD. tractant, necnon & in c. Odoardus, de ſolutio. & Baecius, qui plures refert de inope, c. 11. nu. 1. Hæc tñ ſententia nõ indiſtinctè accipiẽda eſt, aliud eñ pœna eſt, aliud verò calunia: illa eñ corporalis eſſe debet, ſi bonis careat, c. 1. §. homicidiũ, de pace
2 tenend. l. 1. ff. de pœn. Hæc verò cum reipublicæ ſatisfactioné nõ intueatur, pecuniç tantùm ſolutionem reſpicit, ſeruiendo itaq; debitor liberabitur, cũ ex delicto debitor, etiã appellatione debitoris cõprehẽdatur, & cui debet dicatur creditor, Bart. & omnes in l. 1. ſi cert. pet. & egregiè cõſiderauit Iaſ. in §. pœnales, de act. nu. 43. ad quod alludens lex noſtra ceſsioné bonorum pro calumnia non denegat, iuuaturq; ex l. 9. tit. 16. lib. 5. Compil.

IN TEXTV IBI:
Deue primero ser entregado al Rey,
Scholium II.

Maiorem difficultatem habet hæc lex in hac secũda parte, dum decidit, calũniam fisco prius, quã offenso esse soluendam: ratio autẽ ea est, quia in pari causa præfertur fiscus priuato, l. 1. C. de iur. fis. lib. 10. Creditoribus tamẽ ex cõtractu fiscũ non præferri palã est, l. quod placuit, ff. de iur. fis. Creditorib' verò ex delicto fiscũ anteponi docet lex nostra, quæ animaduersione digna est, & ad eã non animaduertit Couar. var. lib. 1. c. 16. nu. 8. qui quæstionẽ mouit, aitq; per sentẽtiam alicui pecuniariã pœnã indictã fuisse, ita vt inter fiscum & offensum divideretur, ex bonisq; dãnati, solui nõ posse totam hãc pecuniam, sed solum partẽ dimidiam: quo casu refert Ioannẽ Gallum q. 139. asserentẽ cõcursum fieri debere, ita vt quãtitas delinquẽtis diuidatur, nullusquè alteri præferatur, qui autor ita Paris. Arresto fuisse pronuntiatũ testatur, ipsi tñ non assentitur doctissimus Couar. qui putat fiscũ præferendũ, iuxta nõstræ legis decisionẽ, ipsius tñ immemor, eandemq; quæstionem proponit Marc. Anton. Peregri. de iur. fisc. lib. 4. tit. 8. nu. 12. vers. *Sed hic congruenter quæro*: meminitquè prædicti Arresti Paris. & iuri consentaneũ putat, asseuerans, nullibi in iure reperiri ex eodem facto, si duo oriantur creditores, vel ex lege, aut per sententiam alterũ alteri in cõcursu antecelli: quæstionẽ ideoq; hanc decidẽdam esse secundũ regulã l. reos, §. cũ in tabulis, ff. de duob. reis, & l. 1. C. si. plur. vna sentent. contendit. Cũ anceps ergo hæc quæstio sit, & in fisci causam habeamus expressã Regni legẽ, ab Hispano Couar. non dissentio, nostramq; styli decisionẽ custodiendam existimo, fiscũq; præferendum, quod notabile iudico, & perpetuò mẽti cõmendandũ. Æquius tamẽ erit, si diuisio fiat inter fiscum & priuatum.

Textus CVI.

Si en los pechos de la tierra en la pesquisa q̃ se faze sobre el cogedor de cada vno de los pechos del Rey testimonio cada pechero sobre si, sobre juramẽto, q̃ pago el a' cogedor tantos marauedis, q̃ le auia a pagar en el su pecho, e q̃ los pago a este cogedor del Rey por esta, por esta tal pesquisa en los pechos que fueren del Rey sera tenido de pagar al Rey el cogedor quanto fuere fallado assi por la pesquisa que pagaron los pecheros al cogedor: y este cogedor demãde a estos q̃ dixeren contra el este testimonio, si dixeron lo q̃ no era, que le paguen quanto daño le vino por lo que ellos dixeron, sino prouaren, o mostraren en como es verdad q̃ paga-

pagaron aquellos dineros a aquel cogedor, q̃ dixeron en la pesquisa que auiã pagado: y esto se entiende tan solamente que se ha de juzgar assi contra los cogedores del Rey, o de la Reyna de los sus pecheros, mas no en otro pleyto.

SVMMARIVM.

E Xactor collectarum Regi obligatur, transacto tempore definito ad eas recipiendas.

2 Si terminus designatus non sit exactori, annus ei datur de iure.

3 Hunc terminum exactor prorogare non potest.

4 Si in tempore præfinito, exactor ab aliquo collectam nõ receperit, intendere contra eum actionem poterit, Rege prius satisfacto.

Lex CVI.

IN TEXTV IBI: *Sera tenido de pagar al Rey el cogedor. Schol. vnicum.*

1 SEntentia huius legis hæc est: exactor collectarũ Regi exactionem, & collectam soluere astringitur elapso tẽpore sibi definito ad eam recibiendam, nec excusabitur, allegãdo descriptos nõ soluisse, quinimo eorum iuramento in casu dubio statur. Postea verò quam, Regi facta solutio sit, non denegatur cõtra incolas exactori actio.

Ratio autem huius sentẽtiæ ea esse potest, semper enim dies præstituitur ipsi exactori, intra quẽ exigat ipsas collectas, aut si hic definitus non sit de iure annus ei datur ad eas colligendas, lex sicut, de exactorib. & peræquat. lib. 10. Hanc ergo diẽ exactor prorogare nõ potest, vt docet Petrus de Vbald. de collect. in prin. numer. 16. & Felicianus ibidem in eius additione, idem Petr. de Vbald. cons. 6. Nicolaus Festasius de æstimo, & collectis, p. 1. c. 1. nu. 26. Ægidius Tomat. de muner. pratrimo. c. 11. nu. 29. Hic ergo exactor, si negligentiam adhibeat in collectis recipiendis, de eius bonis Regi debet satisfacere, nec excusari poterit, si asserat sibi non fuisse solutas, vt idẽ Ægidius docet d. c. 11. nu. 23. & 24. Actionem tamẽ intendere poterit ipse exactor contra incolas descriptos in æstimo itra tẽpus à iure statutũ, l. sicut in rem, C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, & ibi Accurs. verbo: *prosequuti*: nulloquè alio scholio est opus ad huius text. cognitionem.

Textus CVII.

O Tro si es a saber, que en tiempo del Rey don Fernando, y del Rey don Alfonso, quãdo a algũ cauallero, o otro hombre matassen en casa del Rey por justicia, el su alguazil del Rey tomaua la su cama, e la su mula en que caualgaua, y el vaso de la plata con que el beuia, y los paños que el vestia, mas no los otros paños, ni el cauallo, ni otra cosa ninguna de las suyas.

SVMMARIVM.

1 *Arabicè algazellus Latinè iustitia nuncupaturr*

2 *Vestes vltimo supplitio dānati ad lectorem pertinent.*

3 *Ad regium ministrum olim custodia carceratorum spectabat.*

4 *Proceres apud veteres mula vehebantur.*

Lex CVII.

IN TEXTV IBI: *El su alguazil del Rey tomaua la su cama, y la mula.*

Scholium vnicum.

1 ALgazellus Arabico sermone, Latino *Iustitia* nuncupatur, cùm eius executio ipsi incūbat, l.20.tit.9. part.2. Nec inuenio legem, qua lectum, mula, & vas argēteum, vestesq; illius, de quo iustitia sumebatur, vltimoq; supplitio dānabatur, ad ipsum pertinerent, 2 sicut in nostra adnotatur. Ex nouaq; Philippi II. sanctione vestes tantum Lictori addicūtur, l.1.tit.32.lib.4. Compil. & puto, vt ex nostræ legis verbis innuitur de iustitia publica text. nostrum non loqui, sed de ea quæ clam fit, vt sæpe contingit: pro custodia enim capti, prædicta bona ad regium ministrū, qui Algazellus vulgo appellatur, 3 pertinebant: ad quos iure veteri in carcerem coniectorum custodia spectabat, l.15.tit.14.lib.2. ordinamen. qui & apparitores regij dicebantur apud Romanos, teste Casiodoro lib. 12. in epist. 4 *oportet*. De mulaq;, non verò de cauallo hic mētio fit: apud veteres em̄, proceres, siue masculos, siue fœminas mula vehi vsus admisit, & in Chronicis fertur dominum Regē Henricū cognomentum IIII. & dominam Reginam Ioanā eius vxorem Madritij mula vectos, ex cœnobio diui Hieronymi, vsquè ad palatiū: ita enim apud bonos authores nūcupatur ampla regia domus, à Pallante Gigāte, qui primus palatium ob magnitudinē sui fabricasse dicitur, vt nōnulli autumant, & nos meminimus in l.97. supra: apud priscos verò magis equs quàm mula vsitabatur, quo vehi nobilitatē à plebe vulgus distinguebat, vt docet Strabo in lib.15. Matronæ verò nobiles nō mula, sed lecticis vectabantur, vt adnotauit Alex. ab Alex. lib.5.c.18. & ibi Tiraq. in eius annotationibus.

Textus CVIII.

OTrosi, si alguno en casa del Rey querella de alguno a lo fazer prender, por demanda que ha contra el criminal, o ciuil: y se va de la Corte sin mandado del Alcalde, no lo deue por esso soltar de la prision, mas ante deue ser emplazado el que le hizo prender.

SVM-

SVMMAIRIVM.

Si cœptam accusationem deserat accusator, intimatur ei ut eam prosequatur.

Lex CVIII.

Sententia huius legis hæc est. Si quis in carcerem coniectus fuerit, ad alterius accusationē, accusatorque recesserit, no ex hoc dimittendus captus est, sed accusans euocatur, cumque iubet prætor, vt accusationem incœptam prosequatur. Estquè hic vnus ex quatuor casibus, in quibus denūtiatio fit accusanti, de quibus egimus in leg. 76. supra, cuius scholia, & hic coueniunt: accusatorequè non prosequēte, magistratus officio iis pertractatur, & ibi animaduertimus.

Textus CIX.

Otrosi es asaber, q̄ si alguna bestia, o otra cosa es hurtada en casa del Rey, y es hallada despues: a quien quier que la fallan ha de responder por ella ante el Rey, o ante sus Alcaldes. Y esso mismo deuē hazer los Alcaldes en las villas do fue furtada la cosa, si ay la fallaren, maguer no demanden al que la tiene la cosa, que la furto el.

Lex CIX.

IN TEXTV IBI

O otra cosa es hurtada.

Schol. vnicum.

Sentētia huius legis hæc est. Si aliqua res subtracta sit, ille apud quē repetitur, accusari & conueniri potest, & ratione rei sitæ forum sortietur, huius sentētiæ meminimus in l. 5. superius, & ideo hic non transcribimus.

Textus CX.

Otrosi es a saber, q̄ maguer sea abierta la pesquisa, que el Alcalde de su oficio, puede aun pesquirir, y saber la verdad sobre aquellas cosas, segun que esta notado de suso en la ley q̄ comiença: Otrosi es a saber, que maguer la pesquisa sea abierta. Y entiendese esto segū esta ay notado. E otrosi es a saber, que maguer la pesquisa sea abierta, y alguno en la pesquisa dize muchas razones en sus dichos; como por agrauar mas el hecho, que se da por ello por sospechoso. E otrosi, si en la pesquisa ay alguno q̄ dixere, que el oyò a fulano que auia fecho este fecho, de que pesquieren, o que gelo auia oydo a el, por esto no lo atormentaran: maguer el otro niegue que esto no ge lo dixo.

liuorem cōtrahere, ideſt, nigreſcere Columel. dixit lib. 12. cap. 47. & in Eccleſiaſtico legimus, flageli plagam liuorem facere.

Textus XCIX.

O Troſi, en caſa del Rey, el que escondenado por coſtas, prendanle por ello el ſu cuerpo, ſino ha bienes de que lo pague.

SVMMARIVM.

PRo expenſis, & ſportulis nemo in carcerem mittendus eſt.

Lex XCIX.

IN TEXTV IBI: *El que es condenado por coſtas.*

Scholium Vnicum.

SEntentia huius legis eſt: In expenſis condemnatum, ſi pauper ſit, in carcerem conjiciendum, donec prædictas expenſas ſoluerit: quæ ſentētia dura profectò eſt, & cōtraria probatur in l. 20. 21. & 22. tit. 12. lib. 1. Compilat. ſemper itaquè mihi ſum perſuaſus, literā noſtri textus mendum habere Impreſſoris vitio, legendumquè eſſe cum negatione: *No le prendan por ello el ſu cuerpo:* nulloquè alio ſcholio indiget hæc lex.

Textus C.

O Troſi, ſegun el fuero de Caſtilla, ſi alguno es acuſado de algun maleficio q̄ hizo, y el lo niega en juyzio, ſi deſpues ſe lo prueuan, magner deſpues ponga por ſi defenſion alguna porque con derecho hizo aquello que negò, que han prouado, no le reciban defenſion, è juzguen ſegun fue prouado el fecho.

SVMMARIVM.

1 *NEgans delictū cōmiſiſſe, de quo cōuictus eſt, allegare non poteſt ad ſui defēſionē feciſſe*

2 *Controuerſa opinio fuit, an prius delicto negato, exceptio defenſionis admitteretur: inter dubiaſquè opiniones elegit lex noſtra eam, quæ rem publicam intuetur, & malè factorum punitionem.*

Lex C.

IN TEXTV IBI: *No le reciban defenſion.*

Scholium vnicum.

1 SEntentia noſtræ legis eſt, negantem crimen cōmiſiſſe, de quo conuictus eſt, tueri ſe nequaquā poſſe, adijciendo ad ſui defenſionē feciſſe.

2 Accurſij opinionem noſtra lex amplectitur in l. nemo ex his 43. de reg. iur. ſchol. 1. ibi: *Hæc autem vera ſunt, niſi lex impediat, impedit enim quandoq̄ ecce enim ſi is, qui cōuenitur noxaliter negauerit ſer uum ſe habere in poteſtate, conuictus de mēdatio inſolidum tenetur, nequè enim*

enim poteſt pœnitere, vt ſupra de noxalibus, l. quoties, §. Prætor. & l. ſi ſeruus deportatus, §. ſi negauerit: eodē tamē loco Accurſ. cōtrariā ſententiā multis quæ allegat iuribus probari conatur, & eū refert & ſequitur Bart. ibidē in princ. idē Bart. in l. cū de indebito, ff. de probat. & ibi Floria. de Sācto Georgio, idē Bart. Paul. Bald. Salicet. & Alber. in auth. cōtra qui propriā, C. de nonnumer. pecu. qui hāc partem tanquā ęquiorē admittunt, negantes prohiberi reū diuerſis exceptionibus vti, quia probationū facultas cū publica vtilitas in eis verſetur, reſtringēda non eſt, præſertim cū cōfeſsio reuocari poſsit, lite nōdū finita, l. error, C. de iuris & facti ignorantia, & quia in dubijs reo fauendū eſt, ſecundū vulgaria iuris principia, alijs tamē ſētētia noſtrę legis placuit cū admittendæ nullatenus ſint excuſationes, quæ confeſsionē perimunt, vel negationē interimunt, c. cū dilecti, de accuſat. Itē & quia qui contrarijs, & repugnātibus nititur non defenditur, quinimo punitur, c. dilectus, de tēpore ord. & quia in teſte varietas non admittitur, niſi incōtinenti ſe corrigat, & emēdet, c. prætere a, de teſtibus cogēdis, quod in principali, & multò fortius locū habebit, & quia in iudicijs nihil debet illuſoriū agi, l. ſi prætor, ff. de iudicijs, & huius opinionis fuit Ioan. Andr. in c. ex tenore ad finē, de teſtibus, Innoc. in c. ad audiētiā, de homicidio ad fin. aliorū tamen ſententia fuit, vt diſtinctione quæſtio decideretur diuerſitate conſtituta, an exceptio defenſionis appoſita eſſet ante publicationē teſtiū, vel ē cōtra. Primo enim caſu exceptionem admittūt. In ſecundo verò vetāt, vt teſtatur Lucas de Pœna in l. profeſsio. 6. C. de muneribꝰ patrimoniorū, lib. 10. verſ. hæc quæſtio. In qua quæſtione innumeros variaſſe comemorat, & tā quam ancipitē, & dubiā latè diſputat, & poſt eū Nicolaus Boerius deciſ. 164. nu. 14. verſ. *ſecundo aut à principio negat*: vbi innumeros authores recenſet, & Decius, & Cagn. Socin. & ordinarij in d. l. nemo, plenè tractant, & Egidius Boſsius tit. de defenſione reorū, nu. 4. Iulius Clarus lib. 5. §. homicidiū, nu. 35. in hoc igitur opinionū diſcrimine lex noſtra eā amplexa eſt, quæ rempublicā intuetur, & malefactorum punitionem, argumento textus in l. ſi à reo, ff. de fideiuſſoribus, ſancitque exceptionem, de qua hic in ipſo initio proponi debere.

Textus C I.

Otroſi, en los pleytos criminales, en q̄ ſi fueren probados ay muerte, ò perdimiento de miembro, no dan alçada, ni en la ſentencia difinitiua, ni interlocutoria, que acaciere de dar en los pleytos criminales.

SVM-

SVMMARIVM.

1 A Principe, legeuè ius appellandi, ex causa tolli potest.

2 Citatio cum iure naturali, instituta sit, interdici nulla ratione potest.

Lex CI.

IN TEXTV IBI: No dan alçada.

Scholium vnicum.

1 RAtio autem ea est: à Principe enim legeuè ius appellandi ex causa tolli prest, c.1.de rescript.l.i. §.interdum, ff.à quibus appellare licet, l.13.tit.23.p.3. Nam quãuis appellatio defensio sit, l.1.ff. de appell. defensio, quæ à Rege tolli nequeat, Clem. pastoral. de re iud. loquitur tamen ille tex. in citatione, quæ iure naturali in-
2 stituta est. Itaquè interdici citatio nequit, vt ibi scribentes testantur, & in c.1. de caus. poss. & propriet. appellatio autem, cùm defensio iuris positiui sit à Rege, & lege prohiberi potest in casibus à lege nostra congestis, & similibus, docet Abb. in c. dilecti, nu.14. de except. vbi omnes Angel. Aret. in d.l.1. vltimo notab. de appell. nullaquè alia expositione hic est opus.

Textus CII.

EN el titulo de los omecillos, sobre la ley que comiença: Todo hombre que fallaré, sobre aquellas palabras: sea tenido de mostrar quien lo mató, sino tenido sera de responder à la muerte, salvo el su derecho para defenderse si pudiere. Y es à saber, que quando tal fecho acaece, el Alcalde deue saber la verdad por quantas partes pudiere, porque sepa si es otro en la culpa, ò otra razõ derecha, porque el señor de la casa es sin culpa sino matarlo han por ello, si el Rey no le haze merced: Pero si contra el señor de la casa no fuere fallado por prueuas, è por pesquisa, que es culpado de la muerte de aquel que fallaron muerto, y liuorado, y este liuorado lo saluara ante de su muerte al señor de las feridas y de la muerte, y por preguntas, ni por otra manera no es fallado en culpa el señor de la casa, darlo han por quito los juezes. Y lo que dize en esta ley se juzga, y se guarda en el Reyno de Leon, y enlos otros Reynos del Rey. E si firen alguno en casa de otro, y no pueden saber quien lo firio, es à saber, si el señor de la casa si estaua ay entonces: y si estaua ay deue ser preguntado, que diga quantos, y quales hõbres, y mugeres estauã en aquella su casa à aquella sazon que el ferido dize que le firieron: e sino lo dixere, entonce el señor de la casa es tenido de monstrar quien lo firio, y sino sera tenido à la ferida. Empero que juzgan algunos Alcaldes, que si el señor estaua en la casa quando acaecio el hecho, que el es tenido de mostrar quien lo firio, y sino que sea tenido à la pena.

SVM-

SVMMARIVM.

Contra habitantem præsumptio est, si in eius domo occisus inueniatur.

2 *Lex nostra de probabili præsumptione accipi debet.*

3 *Ex probabili præsumptione solùm oritur semiplena probatio.*

4 *Finis præsumptionis est, transferre in aduersarium onus probandi.*

5 *Leuius actor probare astringitur, quando præsumptio est cõtra reũ.*

Lex CII.

IN TEXTV IBI: *Sea tenido de mostrar quien lo mato.*

Scholium vnicum.

1 Sententia huius legis hæc est. Si in domo alicuius occisus, vel vulneratus reperiatur, cõtra habitantẽ præsumitur, nisi de percussore constet: lexq; fori, quæ à nostra lege refertur, est l.3. tit.17.lib.4.fori, quæ indistinctè prædictam opinionẽ admittit: lex tamen nostra styli eam interpretãdo, nõnullas huius regulæ exceptiones scribit, iudiciq; præcipit, vt diligẽter inquirat de crimine hoc, curetq; habitantẽ defendere: regulariter enim cõtra habitatorẽ ius præsumit; iuxta nostrã l.& præ[illegible] l.fori, vbi ex Bar. & alijs animaduertit Mõtaluus 1. schol. de præsumptionibusq;
2 plura hic adduci possent. Pro intellectu tamen nostræ legis satis erit animaduertere, accipiẽdam esse de probabili præsumptione, vt in l.final.ff.quod met.caus. Ex qua solum oritur semiplena pro
3 batio, c.illud, cap.afferte, de præ-
4 sump. Finis ergo huius præsumptionis erit, liberare acusatorẽ à probandi onere, quod ei regulariter incumbit: vt Bald. docuit in l. cum de indebito, & in l. ei incumbit, de probationib. quod cum iudicio lex nostra considerauit in vltima parte, ibi: *El señor de la casa es tenido de mostrar quiẽ lo firio*: non tamen ex hoc putarem, ab omni probatione accusantem
5 liberari. Leuius verò ei incũbit probandi onus, l.non omnis, §. à barbaris, ff. de re militari, cap. præterea, de testibus.

Textus CIII.

Emandan algunos ombres omezillos a los concejos de fulano, de los ombres muertos en sus terminos. Y es a saber, que si son Christianos los ombres muertos, no les deuen dar omezillos: y aun los que guardan la Ronda no son tenidos a los omezillos por los ombres ay muertos: mas son tenidos de pechar lo que les fuerõ robado. Mas si es Iudio al que fallan muerto en el camino en el termino, el concejo donde es el termino ha de pechar al Rey mil marauedis de los buenos: y mas por los otros Moros de las Aljamas, que son libres, no pecharã sino mil marauedis, sino lo huuieren por cartas de merced de los Reyes. Y este d.cho se entiende, sino se puede saber quien lo mato.

SVMMAIRIVM.

Homicidij calumnia propter contumaciam, & homicidiū culpabile debetur, & non alioquin.

Lex CIII.

IN TEXTV IBI:

Homezillos a los concejos.

Scholium Vnicum.

1 Duobus casibus homicidij calumnia debetur, propter contumaciā videlicet, iuxta l.4.tit.3.lib.2.For.aut propter homicidium, in quo culpa tantum non vero dolus interuenit, l.7.tit.17.lib.4.For.& supra ostēdimus, cum igitur hic neq; contumacia, neq; dolus adsint homicidij calumnia locum non habet: hæcq; est vera tū & breuis huius legis interpretatio.

Textus CIIII.

Es a saber, que si algun lego mata a algun clerigo, la yglesia demanda el sacrilegio, y despues el Rey el homezillo, ca primeramente deue ser entregada la yglesia del sacrilegio, y despues el Rey. Y estas dos penas ambas se pueden demandar, y cada vno puede demandar el tuerto que recibio, o hazer su demanda.

SVMMARIVM.

Occidens clericum, sacrilegij & homicidij calumniam luit.

2 *Sacrilegij calūnia, quæ sit.*

3 *Quis sit solidi valor, adnotatur.*

4 *Sacrilegij cognitio ad quem iudicem pertineat.*

Lex CIIII.

IN TEXTV IBI:

Si algun lego mata Clerigo.

Scholium I.

1 Sententia huius legis hæc est: occidens clericum, sacrilegij & homicidij calumniam luit, sacrilegium tamen homicidio præfertur: hactenus conclusio: Non in-
2 distinctè sacrilegij calumnia hic accipienda est, inter sacros enim ordines diuersitas constituitur: si quis enim occidat presbyterū, soluit pro sacrilegio sexcētos solidos, si diaconū quadringentos, si subdiaconum trecentos, si religiosum, vel religiosam 400, si Episcopū nongentos, vt elicitur ex text. in cap. 2. de pœnis, & ex cap. qui subdiaconum, 17. q. 4. quibus conuenit l.7.tit.18.par.1. Solidusq; 8.pars est vnciç, & nonaginta, & sex solidi, siue aureī librā auri perficiunt, libra autē 12. vncijs constat, vt ex Bartolo, & Ioan. de Platea testatur Greg. Lupus in l.7.tit.18.p.1. qui igitur ecclesiasticū occiderit vltra alias corporis coerciones, sacrilegij calūnia coercetur, quantitas autem sacrilegij accipiēda erit, secundū pręd. iura. Et devero solidi valore in l.114. supra tractabo.

IN

IN TEXTV IBI:
Y despues el Rey el homezillo.
Scholium II.

EX his ſanè verbis deprehendo, criminis ſacrilegij cognitionē ad Regē, eiuſq; magiſtratus pertinere poſſe, quod animaduerſione dignū eſt, cū iudex eccleſiaſticus de iure cōmuni cognoſceret, cap. cum ſit generale, de for. comp. c. quiſquis, 17. q. 4. cui iuri, & ius regium participatū aſſentitur, vt adnotauit Gregorius in ſchol. 3. l. 6. tit. 18. p. 1. & in ſchol 2. l. 9. eod. tit. & part. quod verius iudico. Scribētes tn̄ hoc ſacrilegij delictū mixti fori, eſſe communiter aſſerunt, vt videre licet ex Innocen. & Abbate in d. c. cū ſit generale: at lex noſtra ſtyli, ſi clericus à laico occiſus ſit iudicis eccleſiaſti cognitionē omninò vetat: in quo notabilis eſt, & hoc iure vtimur.

Textus CV.

EN las calunias, el Rey por razon del ſeñorio deue primero ſer entregado, que el querelloſo. Y ſi el acuſado juzgado no ouiere bienes para pagar la calunia; deue primero ſer entregado al Rey ante que al querelloſo, que le ſirua haſta q̃ ſea entregado por ſu ſeruicio de lo que ha de auer de la calunia.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ex delicto, an ſit addicendus creditori.*

2 *Aliud pœna eſt, aliud calumnia, pro qua non denegatur ceſsio bonorum.*

3 *Calumnia fiſco prius quàm offenſo ſoluenda eſt.*

4 *Si per ſententiam fiſco, & offenſo condemnatio applicetur, quis alteri præferatur, an verò fiat inter eos concurſus, ſi bona delinquẽtis vtriq; non ſufficiant.*

Lex CV.

IN TEXTV IBI:
Haſta que ſea entregado por ſu ſeruicio. Scholium Primum.

1 DIfficultatem habet hæc lex, cū debitor ex delicto nō ſit addicēdus creditori, l. ſi ex parte, §. quiſquam, ff. quod cū eo, l. ſi rerū amotarū, ff. de re iud. vbi DD. tractant, necnon & in c. Odoardus, de ſolutio. & Baecius, qui plures refert de inope, c. 11. nu. 1. Hæc tn̄ ſententia nō indiſtinctè accipiēda eſt, aliud em̄ pœna eſt, aliud verò calunia: illa em̄ corporalis eſſe debet, ſi bonis careat, c. 1. §. homicidiū, de pace 2 tenend. l. 1. ff. de pœn. Hæc verò cum reipublicæ ſatiſfactionē nō intueatur, pecuniæ tantùm ſolutionem reſpicit, ſeruiendo itaq; debitor liberabitur, cū ex delicto debitor, etiā appellatione debitoris cōprehēdatur, & cui debet dicatur creditor, Bart. & omnes in l. 1. ſi cert. pet. & egregiè conſiderauit Iaſ. in §. pœnales, de act. nu. 43. ad quod alludens lex noſtra ceſſionē bonorum pro calumnia non denegat, iuuaturq; ex l. 9. tit. 16. lib. 5. Compil.

IN TEXTV IBI:
Deue primero ser entregado al Rey,
Scholium II.

MAlorem difficultatem habet hæc lex in hac secũda parte, dum decidit, calũniam fisco prius, quã offenso esse soluendam: ratio autẽ ea est, quia in pari causa præfertur fiscus priuato, l. 1. C. de iur. fisc. lib. 10. Creditoribus tamẽ ex cõtractu fiscũ non preferri palã est, l. quod placuit, ff. de iur. fis. Creditoribus verò ex delicto fiscũ anteponi docet lex nostra, quæ animaduersione digna est, & ad eã non animaduertit Couar. var. lib. 1. c. 16. nu. 8. qui quæstionẽ mouit, aitq; per sentẽtiam alicui pecuniariã pœnã indictã fuisse, ita vt inter fiscum & offensum diuideretur, ex bonisq; dãnati, solui nõ posse totam hãc pecuniam, sed solum partẽ dimidiam: quo casu refert Ioannẽ Gallum q. 139. asserentẽ cõcursum fieri debere, ita vt quãtitas delinquẽtis diuidatur, nullusquè alteri præferatur, qui autor ita Parisi. Arresto fuisse pronuntiatũ testatur, ipsi tñ non assentitur doctissimus Couar. qui putat fiscũ præferendũ, iuxta nõstræ legis decisionẽ, ipsius tñ immemor, eandemq; quæstionem proponit Marc. Anton. Peregri. de iur. fisc. lib. 4. tit. 8. nu. 12. vers. *Sed hic congruenter quæro*: meminitquè prædicti Arresti Paris. & iuri consentaneũ putat, asseuerans, nullibi in iure reperiri ex eodem facto, si duo oriantur creditores, vel ex lege, aut per sentẽtiam alterũ alteri in cõcursu antecelli: quæstionẽ ideoq; hanc decidẽdam esse secundũ regulã l. reos, §. cũ in tabulis, ff. de duob. reis, & l. 1. C. si plur. vna sentent. contendit. Cũ anceps ergo hæc quæstio sit, & in fisci causam habeamus expressã Regni legẽ, ab Hispano Couar. non dissentio, nostramq; styli decisionẽ custodiendam existimo, fiscũq; præferendum, quod notabile iudico, & perpetuò mẽti cõmendandũ. Æquius tamẽ erit, si diuisio fiat inter fiscum & priuatum.

Textus CVI.

SI en los pechos de la tierra en la pesquisa q̃ se faze sobre el cogedor de cada vno de los pechos del Rey testimonio cada pechero sobre si sobre juramẽto, q̃ pago el cogedor tantos marauedis, q̃ le auia a pagar en el su pecho, e q̃ los pago a este cogedor del Rey por esta, por esta tal pesquisa en los pechos que fueren del Rey sera tenido de pagar al Rey el cogedor quanto fuere fallado assi por la pesquisa que pagaron los pecheros al cogedor: y este cogedor demãde a estos q̃ dixeren contra el este testimonio, si dixeron lo q̃ no era, que le paguen quanto daño le vino por lo que ellos dixeron, sino prouaren, o mostraren en como es verdad q̃ paga-

pagaron aquellos dineros a aquel cogedor, q̃ dixeron en la pesquisa que auiã pagado: y esto se entiende tan solamente que se ha de juzgar assi contra los cogedores del Rey, o de la Reyna de los sus pecheros, mas no en otro pleyto.

SVMMARIVM.

Exactor collectarum Regi obligatur, transacto tempore definito ad eas recipiendas.

2 *Si terminus designatus non sit exactori, annus ei datur de iure.*

3 *Hunc terminum exactor prorogare non potest.*

4 *Si in tempore præfinito, exactor ab aliquo collectam nõ receperit, intendere contra eum actionem poterit, Rege prius satisfacto.*

Lex CVI.

IN TEXTV IBI: *Sera tenido de pagar al Rey el cogedor. Schol. vnicum.*

1 Sententia huius legis hæc est: exactor collectarũ Regi exactionem, & collectam soluere astringitur elapso tẽpore sibi definito ad eam recibiendam, nec excusabitur, allegãdo descriptos nõ soluisse, quinimo eorum iuramento in casu dubio statur. Postea verò quam, Regi facta solutio sit, non denegatur cõtra incolas exactori actio.

Ratio autem huius sentẽtiæ ea esse potest, semper enim dies præstituitur ipsi exactori, intra quẽ exigat ipsas collectas, aut si hic definitus non sit de iure annus ei datur ad eas colligendas, lex sicut, de exactorib. & peræquat. lib. 10. Hanc ergo diẽ exactor prorogare nõ potest, vt docet Petrus de Vbald. de collect. in prin. numer. 16. & Felicianus ibidem in eius additione, idem Petr. de Vbald. cons. 6. Nicolaus Festasius de æstimo, & collectis, p. 1. c. 1. nu. 26. Ægidius Tomat. de muner. pratrimo. c. 11. nu. 29. Hic ergo exactor, si negligentiam adhibeat in collectis recipiendis, de eius bonis Regi debet satisfacere, nec excusari poterit, si asserat sibi non fuisse solutas, vt idẽ Ægidius docet d. c. 11. nu. 23. & 24. Actionem tamẽ intendere poterit ipse exactor contra incolas descriptos in æstimo itra tẽpus à iure statutũ, l. sicut in rem, C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, & ibi Accurs. verbo: *prosequuti*: nulloquè alio scholio est opus ad huius text. cognitionem.

Textus CVII.

Otro si es a saber, que en tiempo del Rey don Fernando, y del Rey don Alfonso, quãdo a algũ cauallero, o otro hombre matassen en casa del Rey por justicia, el su alguazil del Rey tomaua la su cama, e la su mula en que caualgaua, y el vaso de la plata con que el beuia, y los paños que el vestia, mas no los otros paños, ni el cauallo, ni otra cosa ninguna de las suyas.

SVMMAIRIVM.

SI cœptam accuſationem deſerat accuſator, intimatur ei vt eam proſequatur.

Lex CVIII.

Sententia huius legis hæc eſt. Si quis in carcerem coniectus fuerit, ad alterius accuſationē, accuſatorque receſſerit, no ex hoc dimittendus captus eſt, ſed accuſans euocatur, eumquè iubet prætor, vt accuſationem incœptam proſequatur. Eſtquè hic vnus ex quatuor caſibus, in quibus denūtiatio fit accuſanti, de quibus egimus in leg. 76. ſupra, cuius ſcholia, & hic conueniunt: accuſatorequè non proſequēte, magiſtratus officio iis pertractatur, & ibi animaduertimus.

Textus CIX.

OTroſi es aſaber, q̃ ſi alguna beſtia, o otra coſa es hurtada en caſa del Rey, y es hallada deſpues: a quien quier que la fallan ha de reſponder por ella ante el Rey, o ante ſus Alcaldes. Y eſſo miſmo deuē hazer los Alcaldes en las villas do fue furtada la coſa, ſi ay la fallaren, maguer no demanden al que la tiene la coſa, que la furto el.

Lex CIX.

IN TEXTV IBI

O otra coſa es hurtada.

Schol. vnicum.

Sentētia huius legis hæc eſt. Si aliqua res ſubtracta ſit, ille apud quē repetitur; accuſari & conueniri poteſt, & ratione rei ſitæ forum ſortietur, huius ſentētiæ meminimus in l. 5. ſuperius, & ideo hic non tranſcribimus.

Textus CX.

OTroſi es aſaber, q̃ maguer ſea abierta la peſquiſa, que el Alcalde de ſu oficio, puede aun peſquirir, y ſaber la verdad ſobre aquellas coſas, ſegun que eſta notado de ſuſo en la ley q̃ comiença: Otroſi es aſaber, que maguer la peſquiſa ſea abierta. Y entiendeſe eſto ſegū eſta ay notado. E otroſi es aſaber, que maguer la peſquiſa ſea abierta, y alguno en la peſquiſa dize muchas razones en ſus dichos; como por agrauar mas el hecho, que ſe da por ello por ſoſpechoſo. E otroſi, ſi en la peſquiſa ay alguno q̃ dixere, que el oyò a fulano que auia fecho eſte fecho, de que peſquieren, o que gelo auia oydo a el, por eſto no lo atormentaran: maguer el otro niegue que eſto no ge lo dixo.

Lex CX.
IN TEXTV IBI:
Abierta la pesquisa.

Scholium vnicum.

SENTENTIA huius legis hæc est. Et publicatis testimonijs Magistratus recipere testes poterit. Hactenus conclusio huic legi scholia adieeimus in l.54.supra, cuius & nostra lex meminit, vt ex eius serie patet ibi itaquè adnotata inspicienda sunt.

Textus CXI.

OTrosi el carcelero que tiene en guarda preso, si el preso en trayendolo al Rey por el camino, dize que se echo en el rio, y murio, deuelo prouar, sino sera tenido a la muerte.

SVMMARIVM.

1 *SI Captus defunctus sit, contra custodem præsumptio est.*

2 *Hæc determinatio specialis est in custode, quamuis alioqui culpa nõ præsumatur, nisi probetur.*

Lex CXI.
IN TEXTV IBI:
Sino sera tenido a la muerte.

Scholium vnicum.

1 SENTENTIA huius legis hæc est. Si prehensus defunctus sit, casuquè, aut impetu mortem obuenisse asserat eius custos, casum probare astringitur: quæ sententia confirmatur ex pulchra decisione textus in l.vltim, ff. de custod. reo. In qua ita scriptum est: *Sed si se custodia interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpa adscribitur:* & rursus: *Ergo si casu custodia defuncta dicatur, testationibus id probandum est, & sic venia dabitur.* Et sanè 2 hæc traditio iuri refragatur, secundum Martinum veterẽ scriptorem, ab Accursio relatum in dicta lege vltima; verbo, *probandum est.* Quippe qui ait, culpam priùs probari debere nec reum, nisi ea præcesserit ad defensionem astringi, esse tamen in milite & custode speciale firmat, quia & speciale eius officium erat custodire, sicut & in argentario dicimus in lege si quis ex argentarijs, §.vltimo, de ædendo, vbi Accursius plenè disputat, qui omnino inspiciendus est, & Angelus in dicta lege vltima, num.6. qui de huius probationis qualitate nõnulla animaduertit, & Iulius Clarus §.vltimo, quæst.46. numero.5.

(.?.)

Textus

Textus CXII.

OTro ſi es a ſaber, que el mayordomo de aquel hombre, cuyos dineros deſpendio, deuele dar quenta: y ſi a la quenta entre ellos ay deſauenencia, y en lo recebido que dize que recibio el mayordomo del ſeñor, deue ſer creydo por ſu juramento. Mas ſi es otro mayordomo, que recaude las ſus heredades, o los otros ſus bienes, entonce ſi entre el ſeñor y el ay alguna duda ha de ſaber la verdad dende por quantas partes pudiere ſaber el Alcalde. Y el ſeñor puede a qualquier deſtos mayordomos ante que ſe deſpidan del prenderlos, y tenerlos preſos, y tomar lo que huuieren. Mas ſi ſe deſpidio del el mayordomo, y ouiere otro ſeñor, no lo puede recaudar por ſi, ni lo prender, mas querellelo a los oficiales. Y es a ſaber, que en Zamora, y en Salamanca, que aſsi lo han de coſtumbre, que ſobre qualquier mayordomo de los ſobredichos ſera creydo por ſu juramento el ſeñor.

SVMMARIVM.

1 Quilibet adminiſtrator adminiſtrationis ſuæ rationẽ reddere debet.

2 In crimen falſi incidit adminiſtrator, labeq́ infamiæ notatur, ſi rectam non reddiderit rationem.

3 Adminiſtrator ſiue voluntarius, ſiue neceſſarius, rationem reddere aſtringitur.

4 Rationum redditio, Reipublicæ expedit.

5 Adminiſtratoris iuramento ſtatur, ſi dubium verſetur ſuper accepto, modicaq́ quantitas ſit.

6 Expenſæ modicæ hæ ſunt, quas iudex arbitratur.

7 Si acceptum magnæ quantitatis eſt, & expenſum exactè probari debet.

8 Adminiſtratore defuncto iuramentum, an ad hæredes tranſmittatur.

9 Mors illius, qui in libro ſcripſit iuramento ſubrogatur, cùm non præſumatur immemor vitæ æternæ.

10 Etiam in non modicis expenſis expendentis, iuramento ſtatur, ſi alia adminicula adijciantur.

11 De origine verbi expendere.

Lex CXII.

IN TEXTV IBI: Deuele dar quenta.

Scholium I.

1 Ratio huius ſcholij eſt, quia quilibet rationẽ adminiſtrationis ſuæ reddere debet, vulgaris lex 1. §. officio, ff. de tutel. & ratio. diſt. l. aduerſus, C. de adminiſt. tuto. Quæ iura licet de tutoribus, curatoribusvè verba faciãt in omni adminiſtratione accipiũtur, vt citra alios innumeros recen-

 ſens,

sens, docet Muñoz de Escobar,
de ratiocinijs, cap.3. in princip.
quæ rationes, veritatem & re-
ctitudinem habere debent, iux-
ta textum in l.26.tit.12. part.5.
2 In crimen enim falsi incidit ad-
ministrator, qui rectam rationē
non præstiterit, l.1.§. tutores, ff.
de falsis, vbi scribentes commu
niter, nec omittenda etiam est
lex i.ff. de his qui notantur infa
mia, qua, secūdum eius decisio-
nem non caret, qui malè in ad-
3 ministratione versatus sit. Cùm
igitur omnis administrator, si-
ue necessarius, siue voluntarius,
rationem referre astrictus sit,
vt eleganter docuit Romanus
cons.414. in princip. iuri admo-
dum procliuis redditur nostri
textus sententia, quæ rationes
referri iubet, cum hic actus ra-
tionē reddendi, administratio-
nis quam quis suscepit a |me-
dum vtilis sit, reipublicæq; ex-
pediat: de qua re intuendus est
4 Afflict. in constit. Siciliæ, cuius
initium est minoribus prope fi-
nē, Casaneus in consuet. Burg.
Rub.6.§.6. vers. *reddere*, nu. 20.
Baetius de decim cap.2. nu.159.
Aym. cons.218. per totum. Ro-
land. cons.49. numer. 13. Abbas
cons.63. in fi. Rebuf. in l. boues,
§. hoc sermone, vers. ad primū,
ff. de verborum significatione.
Menoch. libro. 2. de arbit. casu
209. Decisio Genuensis, cap.26.
num.9. Barbatia consil. vltimo,
dubio 4. libr.3. Castillo in l.27.
Tauri, num.18. Gregor. in l.26.
tit.12. part.5. verbo, *quenta*: & in-
spiciendæ sunt l. argentarius, §.
ædi, ff. de ædendo, l.23. tit.19. lib.
9. Nouæ Collectionis.

IN TEXTV IBI,
De ser creydo por su juramento.

Scholium II.

5 SAncit lex hæc, administra
toris iuramento standum,
quando dubium versetur
super pecunia recepta, cui sen-
tentiæ, quæ non leuis difficulta
tis est, accedit Speculi doctrina
in titulo de instrum. æditione,
§. *nunc verò aliqua*, vers. *vigesimo
quid si executor*, docentis, si ex-
pensæ modicæ sint, sufficere ius
iurandum illius, qui expendit,
considerata tamen eius qualita-
te, à quo non dissentit Plotus in
tractatu de in litem iurando, §.
12. nu.8. Ioan. Garcia de expens.
cap.20. num.23. Baecius de de-
6 decima, cap.21. num.28. Expen-
sæque modicæ hę sunt, quas iu-
dex æstimabit, vt eidem Ioanni
Garcia placuit, vbi supra, & cap.
11. num. 16. Neque in his mo-
dicis expēsis dies apponi debet,
ita tamen vt causa expensi ex-
primatur, l. cū plures, §. in pri-
mis, ff. de administratione tuto.
Bald. in Rubrica, C. de fide in-
strumentorum, num. 33. & 34.

Ex

Ex quo elicitur tria deſiderari ad hoc, vt prædictæ opinioni ſit locus. Primum, vt expenſæ modicæ ſint quantitatis. Secundũ, vt cauſa expẽſi adſcribatur. Tertium, vt expendentis iuramentũ adijciatur lex ſi quis pro redemptione, C. de donationib. & ſanè de his modicis expẽſis ſentit lex noſtra ad hoc, vt prædicto iuramẽto ſtetur, vt ſubijcit in verſ. *Mas ſi es otro mayordomo,*
7 *que recaude las ſus heredades.* Quo caſu quando ſcilicet acceptum maioris conſiderationis eſt expenſum, exſtatè probari debet, nec expendenti (ſolo iuramẽto adiecto) credetur, lex quæ ſub cõditione: vbi Bartolus, & Doctores de condit. & demonſtr.

8 Hicquè ambigi ſolet, nec omitti quidem poteſt ad noſtræ legis intellectũ, an adminiſtratore defuncto, iuramẽtum hoc ad hæredes tranſmittatur, an verò aſtringatur probare defunctum non recepiſſe, vel ſi accepit, expendiſſe, & ſanè Baldus vbi ſupra, adminiſtratore viuẽte Sacramẽto locum eſſe, teſtatur, quaſi cõtrarium innuat eo mortuo. Illud tamẽ receptum eſt in his modicis expenſis ſatis ſufficere, ſi in Codice expenſi, & ac-
9 cepti ſcriptæ ſint. Nam quanuis iuramentum tranſmiſsibile non ſit, mors tamen illius qui ſcripſit loco eius ſubrogatur, & perinde habetur, ac ſi ipſe ante obitum iuramentum præſtitiſſet, vt egregiè docuit Bartol. in l. admonendi, num. 27. ff. de iure iurando; Baldus in l. comparationes, num. 14. C. de fide inſtrumentorum, Paulus conſil. 131.
10 Ruinus conſ. 18. num. 2. Et his quoq; addo etiam in non modicis expenſis expendentis iuramento ſtari, ſi ei adhęreãt expendentis qualitas, veriſimilitudo, & iudicis motus, vt docuit Damhauderius in tractatu de tutoribus, & curato. titul de tutoris iuſtificatione, num. 33.
11 Huius autem verbi expendere, originem à peruetuſto appendendi aſsis more elicit. Plinius lib. 33. cap. 3. his verbis: *Populus Romanus, nec argento quidem ſignato ante Pyrrhum Regem deuictũ: Libralis: vnde etiam nunc libella dicitur, dupondius appendebatur aſſis: qua re æris grauis pœna dicta: & adhuc expendere, & expenſa in rationibus dicuntur: item impendia, & impedere.*

Textus CXIII.

S*I alguno es acuſado, y eſta preſo en alguna villa, y embia el Rey a mandar, que gelo traygan el alguazil dende lo deue traer a coſta del acuſador, mas no a coſta del acuſado, ni del cõcejo de la villa, o del lugar: y de lo q̃ fuere dado juyzio cõtra el acuſado, entõces pagara eſtas coſtas, y las otras, y no ante.*

SVM-

SVMMAIRIVM.

1 AD Expensarum solutionem, nõ astringitur accusatus ante diffinitiuam sententiam.
2 Si expensæ ipsa diffinitiua sententia non adiudicantur, peti non possunt.
3 Sumptus æstimantur, quando in ipsa sententia exprimitur.
4 Expensæ factæ ab actore ante litem contestatam, nominatim petendæ sunt, secus post litis contestationem, tũc enim generalis petitio sufficit.
5 Fructus absque speciali condemnatione non debentur.
6 Petitio, in qua res & fructus petũtur, diuersa habet capita, aliud scilicet de re, aliud de fructibus, specialis itaq; determinatio de vnoquoq; requiritur.
7 Quamuis iudex condemnet in bonis petitis, non ex hoc reus in fructibus condemnatus existit.
8 Actor appellare potest, & si res adiudicetur, si fructus vel expensæ ei non addicantur.

Lex CXIII.

IN TEXTV IBI: *A costa del acusador.*

Scholium vnicum.

1 SEntẽtia huius legis est, accusatoris expensis reum ad superius tribunal remittendum: huiusquè sententiæ ratio redditur à nostri text. litera, dũ ait, reum ante diffinitiuam, & expensarum condenationẽ non astringi, inspiciendusq; est Abbas cons. 78. Gregorius Nata in Clemẽtina sæpe, §. quæ omnia, de verb. significatione Hippolytus in praxi, §. superest: quod adeò perspicuum est, vt disputatione nõ indigeat. Quinimò
2 si hæ expensæ, ipsa diffinitiua sententia non adiudicentur, peti nõ poterunt, nec noua lis super eis mouenda est, nec earum
3 æstimatio facienda: æstimantur namq; sumptus, quãdo in ipsa sentẽtia exprimitur, & nõ alioquin, quod nõ ita accipiendum est, vt iudex necessariò debeat penès se reseruare sumptuũ taxationem: saltem tamen debet condemnare, ad hoc vt æstimatio, & taxatio petatur, lex omnes, §. siue autem alterutra, C. de iudicijs, l. omnes qui, §. fin. de Episcop. & cleric. §. hæc autem omnia, instit. de pœna temerè litig. l. eum quem temerè, ff. de iudic. cap. finem litibus, de
4 dolo, & contum. Quoad intellectum tamen nostræ legis adnotandum est, expensas, quas refert lex nostra, tanquam factas ante litem contestatam nominatim peti debere ab actore ad hoc vt iudex in eis cõdemnare possit, lex ædiles, §. item sciendum, ff. de ædilitio edicto, lex item

item ſi ſerui, §.1. eodē tit. Itaquè tantum abeſt, vt debeantur ipſi actori ante ſententiam, & condemnationem, vt etiam nō ſufficiat generalis petitio expenſarum, ad hoc vt iudex cōdemnet, niſi ſpecialis præceſſerit: hæc enim diuerſitas cōſtituitur inter ſumptus factos ante & poſt litis conteſtationem, illi enim neceſſariò exprimi debent, hi generali petitione continentur, vt eleganter docuit Bernardus in dicto cap. finem litibus, ſchol. *Expenſas*. Cū igitur, ſiue iure actionis, ſiue iudicis officio, ſpeciali, aut generali petitione expenſæ debeantur, condemnatio debeat præcedere, l. terminato, C. de fructibus, & litium expen. à iure nō diſſentit lex noſtra, dum ſtatuit, hos ſumptus prius ſoluēdos eſſe ab actore, cum reus, niſi expreſsè condemnatus ſit, eos reficere nō debeat.

5 His conſequens eſt, & fructuū cōdemnatio, cum & hi ſicut expenſæ abſquè ſpeciali condemnatione non debeantur, cum fructus diſtincti ſint ab ipſa re principaliter in iudicio deducta, petitioquè in qua res & fructus petitur, duo diuerſa habet capita, aliud ſcilicet de re, aliudquè de fructibus, ſpecialiſquè determinatio de vnoquoque requiritur,
6 vt latè docet Menoch. de adipiſ. remedio 4. nu. 872. Cæſar Contardus in l. vnica, C. ſi de mom. poſſ. fuerit appel. 1. limitatione, num. 24. cum ſeqq. Non itaquè ſufficit bona peti ſimpliciter, ad hoc vt tacitè inſit, & fructuum petitio, iudexquè ſuper ipſis pronuntiare poſsit, vt doctè conſiderat idem Contardus ibidem, ex num. 90. Bartolus in l. ſi dūo, nu. 4. ff. vti poſsidetis. Menoch.
7 de retinend. rem. 3. nu. 715. Itaq; quamuis iudex cōdemnet in bonis petitis, nō ex hoc reus in fructibus condemnatus exiſtit, licet & fructus petiti eſſent, vt teſtatur idem Cæſar vbi ſupra nu. 59.
8 Prædictiq; Doctores aiunt, actorem poſſe appellare, quamuis ei ſit addicta res, ſi fructus, vel expenſæ ei non addicantur, & ante eos ſenſit gloſſa in dicto cap. finem litibus, verb. *expenſas*, ad finem, quo reſpiciunt adnotata per Boerium deciſione 18. Socinum conſ. 18. nu. 8. volu. 3. Fulgoſ. conſ. 139. Menoch. conſ. 110. nu. 18. & 19. lib. 2. Hæc ergo noſtræ legis mens fuit, vt expenſæ tunc eluantur, quando condemnatio præceſsit, & non alioqui.

Textus CXIIII

ES A ſaber, que en las leyes o dize pena de marauedis de oro, que ſe juzgo aſsi por el Rey don Alfonſo, que fallaua el, que al tiempo que acaccio fue aſsi eſtablecido, que la moneda que corria entonce, que era de oro: y fizo traer ante ſi

los marauenis de oro, que andauã al tiempo antiguo: y fizolos pesar con su moneda: y por peso fallaron que los seys marauedis de la su moneda del Rey, que pesauan vn marauedi de oro, e assi el marauedi de oro hase de juzgar por sus marauedis desta moneda.

SVMMARIVM.

D*E valore aurei, tempore Regis Alfonsi, tractatur & num. sequenti.*
3 *De valore aurei Romani agitur.*
4 *Valor sextertij traditur.*
5 *Agitur de valore denarij.*
6 *Tractatur de valore dragma.*
7 *De aurei valore ad intellectum legis sancimus, C. de donat.*
8 *De valore aurei ex Vallisoletana decisione.*
9 *De aurei valore secundum decisionem, quam Iason. refert.*
10 *Aureus, & solidus an idem sint, & num. sequenti.*
12 *De solidi valore tractatur.*
13 *De diuersitate inter aureum, & solidum.*
14 *De solido argenteo agitur.*
15 *De valore solidi integri nonnulla adnotantur, & de differentia inter solidum, & aureum, & solidum integrum.*

Lex CXIIII.
IN TEXTV IBI:
Marauedi de oro.

Scholium vnicum.

TRactat lex hæc de aureo nummo, cui valorem expendit, vt sex scilicet quadrantes monetæ Regis Alfonsi pro aurei valore æsti-
2 mentur. Quadrãs autem Regis Alfonsi, decem quadrantibus æreis, quibus hodie vtimur, constabat: quo fit vt attenta nostræ legis styli supputatione, nummus aureus tempore Regis Alfonsi, esset valoris sexaginta quadrantum nostræ tempestatis, vt docet Couar. lib. 1. cap. 11. nu. 4. & memini in leg. 18. supra, cuius omnia scholia, & hic conueniũt.
3 Animaduerto tamẽ, aureum de iure communi maiorẽ habuisse valorẽ, quam à nostra lege æstimatur: quo iure aureus Romanus constabat centum nummis
4 æreis, siue centũ sextertijs: quilibet autem sextertius constabat duob' assib' & dimidio: as autẽ valet quatuor quadrãtes, quib' vtimur, secũdum quam computationẽ aureus illis temporibus æstimabatur, & constabat mille quadrantibus nostræ tempestatis. Et hic est verus & peculiaris nostræ legis intellectus: prædictiquè aurei valor deducitur ex Alciato in Cornel. Tacitum, ex libr. 11. annotatione 4. cuius initium est vsq; ad dena sextertia,
5 & tradit Diodorus lib. 55. Quippequi ait, aureum valere viginti quinquè denarios, seu centum sexter-

ſextertios: ex quo obiter adnotatur, denarium valere quadraginta quadrantes noſtri temporis.

6 Denariusquè & dragma, idem ſunt ex Alexan. ab Alexan. Gen. cap. 24. lib. 4. & ex Budeo docet ibi Tiraquelus in eius commentarijs, verbo, *dragmam*, litera X.

7 Et hinc infertur intellectus ad l. ſancimus, C. de donationibus, vbi ſi egrediatur donatio quingentos aureos inſinuari debet, ad aliasq; innumeras leges, quæ de aureo mentionē faciūt, l. 2. ff. de in ius vocand. vt eant, l. penultima, ff. de in ius vocand. l. vnica, ff. ad legem Iul. ambitus, l. ſi quis id, ff. de iuriſd. omn. iudicum, l. Papinianus, §. vltimo, l. ſi autē, ff. de inoffic. teſtam. l. lege Cornelia ad Silania. & alibi paſsim. Senſus enim eſt, vt priſcis temporibus aureus cōſtaret, vt prædiximus, mille quadrantum valore, ſecundum quam computationem, ſi donatio egrediatur quingentos mille quadrātes, inſinuationem deſiderat.

8 Sententia tamen, & deciſione Vallisoletana, vnicuiquè aureo valor tantum quingentorū quadrantum adſcriptus fuit: itaquè ſi donatio egreſſa ſit, ducentos & quinquaginta mille quadrantes inſinuanda erit, ſecundum prædictam Senatus deciſionem, quam refert Monterroſus in ſeptimo tractatu, in princ. Quanuis Iaſon in lege ſtipulatio, §.

9 ex his, num. decimoſexto, ff. de verborum obligat. interpretando dictam legem ſancimus, diuerſam numerationē aureo adſcribat, & donationem ſine inſinuatione, vſquè ad octingentos ducatos valere contendat, id eſt, ſecundum monetam noſtram, vſquè ad tercentos mille quadrātes, & ita iudicatū fuiſſe in quadam lite refert ipſe Iaſon vbi ſupra: itaquè deciſio hæc, à Valliſoletana differt in quinquaginta mille quadrantibus.

10 Ex his etiam infertur intellectus ad alias plures leges, quæ nō de aureo, ſed de ſolido mentionem faciunt, & verius eſt aureū & ſolidum idem valere, vt conſtat ex tex. in l. ſi vero, §. prætor ait, ff. de his qui effund. vel deie. iuncto textu in §. itē is ex cuius, inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur, vbi inſeruntur verba textus in dicto §. prætor ait, & tamen dicta lex vſa eſt vocabulo *ſolidus*, & dictus §. item is, vocabulo *aureus*, cum idem ſit, & ibi interpretatur Accurſius verbo,

11 *decem aureorum*, & ex textu in l. 4. ff. de manumiſſ. teſtamen. iuncta lege Papinianus, & lege ſequenti, ff. de inofficioſo teſtamento, & lege 1. C. de fideicommiſſ. & lege 1. §. hoc autem, ff. de fugitiuis, & lege qua vulgo, ff. de ædilitio edicto, & in l. Imperatores, ff. de iure fiſci, & in alijs pluribus iuribus, quæ omitto, quibus adſcri-

adstipulatur Socratis, & Casiadori versio: quod enim Socrates lib. 4 & 34. ex Græco octoginta aureos vertit, octoginta solidos vertit Casiodorus lib. 8. historię Tripartitæ, cap. 13. & lib. 12. c. 2. & aureos solidos dixit Apuleius

12 lib. 9. & 10. Animaduerto tamen solidum auri 20. libris æris æstimari, l. vnica, de coll. æris, lib. 10. ibi: *Vt pro viginti libris æris vnus auri solidus à possessore reddatur:* in legibusquè Longobardorum, solidū quadraginta denarijs æstimari, l. 1. de quantitate solidorū, in legibus Lōgobardorum sancit, & Casiodorus refert libro. 1. epist. ad Boet. solidum æstimari

13 sex mille denarijs. Quæ recensere libuit, vt ex his cōstet quanta fuerit diuersitas in aurei, & solidi cōputatione, quod numisma, aliter etiam æstimatum legimus apud Ludouicū Cælium lect. antiq. lib. 10. cap. 2. litera F. & solidi numeri, qui sint, tradit idem author lib. 22. cap. 15. litera F. & aliam quoquè diuersita-

14 tem reperio. Nam solidus etiā argēteus fuit, vt testatur ipsemet Ludouicus dict. libr. 10. c. 2. ante literam G. differentiamquè inter aureum & solidum inuenit quoquè Alexand. ab Alexandro libr. 4. Gen. cap. 24. dum docet sex millia denariorum solidum efficere.

15 Puto tamen apud omnes, aureum, & solidum idem esse, diuersitasquè solum consistit in solido integro: hic enim maioris æstimationis est, & in hoc significatu (si quid iudico) accipiendi sunt Cælius, & Alexander, alijquè, qui inter aureum & solidū interesse putant. Quæ interpretatio colligitur ex Festo Pōpeio lib. decimooctauo, & Andrea Tiraquelo in annotationibus ad Alexādrum vbi supra, verbo, *Sexquè millia denariorum,* litera Y. Et de aurei valore, eiusquè mutatione nōnulla congerit Petrus Gregorius in sintagmate iuris, parte 3. lib. 36. cap. 2. num. 15.

Textus CXV.

SI contra los testigos es prouado, que recibieron algo, o les fue prometido porquè dixessen su testimonio sobre aquello que fueron traydos, no valdra su testimonio, ni seran creydos sus dichos, y darles ha pena el Alcalde por ello, segun su aluedrio. Y si les fuere prouado, que dixeron jurados mentira en su testimonio, no sean creidos, y entonce de su oficio el Alcalde, maguer la parte no lo pidiesse, les puede dar pena de falsos.

SVM.

SVMMARIVM.

1 Teſtis teſtimonium non valet, ſi pecuniam recepit, vel ei promiſſa fuit.

2 Si pecuniam teſtis accepit, ne teſtimonium diceret, & poſt teſtificetur, an valeat teſtimonium.

Lex CXV.

IN TEXTV IBI: Porque dixeſſen ſu teſtimonio.

Scholium vnicum.

1 Sententia huius legis eſt, teſtis teſtimoniū non valere, quādo pecuniam recepit, ei uè prommiſſa fuit cauſa teſtimonij, perhibendi, quę ſanè ſentētia adeò perſpicua eſt, vt commentarium non
2 expoſcat. Quæro tamen è conuerſo, ſi pecuniā teſtis accipiat, ne teſtimonium diceret, & tamē teſtificetur, an eius teſtimoniū valeat, & quidem hoc caſu valet teſtimonium, Baldus in c.i.nu. 2. ſide inueſtitura inter militem & vaſſallum.

Textus CXVI.

Otroſi, los fiadores, ſi ſe fazē ſobre pleyto criminal, ſon tenidos faſta en quātia de cien marauedis de la buena moneda. E ſi es ſobre muerte de hōbre faſta en quantia de quinientos ſueldos: è ſi es ſobre querella q̄ ſea en quantia de marauedis faſta en aquella quantia ſe ha de tomar la fiaduria, el Alguazil no deue tomar fiaduria, ſino la que fuere fallada por el Alcalde que deue ſer fecha: pero ſi el Alguazil tomare la fiaduria en mayor quantia, vale en la quantia que ſe obligò, ſaluo ſi el Rey le fiziere merced al enfiado, è à ſus fiadores.

Lex CXVI.

De huius legis materia tractaui in l.18. & in l.114. anterioribus, quarum ſcholia hic conueniunt.

Textus CXVII.

Otroſi, maguer el fuero viejo de alguna villa mande, que den fiadores de ſaluo, ſi alguno de quien los demandā no pudiere dar los fiadores de ſaluo, o lo jurare aſsi que no los pudo dàr, deuenle mandar que ſe aſſegure, o que de tregua: è ſi eſto hiziere no lo deuen apremiar por otra pena. Ca en el ſu fuero lo manda.

Lex CXVII.

Ad huius legis cognitionē inſpiciendæ ſunt leges. 39. & .40. & quinquè ſequentes, quæ huc ſpectant.

Lex CX.
IN TEXTV IBI:
Abierta la pesquisa.

Scholium vnicum.

SENTENTIA huius legis hæc est. Et publicatis testimonijs Magistratus recipere testes poterit. Hactenus conclusio huic legi scholia adiecimus in l.54.supra,cuius & nostra lex meminit, vt ex eius serie patet ibi itaquè adnotata inspicienda sunt.

Textus CXI.

O*Trosi el carcelero que tiene en guarda preso, si el preso en trayendolo al Rey por el camino, dize que se echo en el rio, y murio, deuelo prouar, sino sera tenido a la muerte.*

SVMMARIVM.

1 S*I Captus defunctus sit, contra custodem præsumptio est.*
2 *Hæc determinatio specialis est in custode, quamuis alioqui culpa nō præsumatur, nisi probetur.*

Lex CXI.
IN TEXTV IBI:
Sino sera tenido a la muerte.

Scholium vnicum.

1 SENTENTIA huius legis hæc est. Si prehensus defunctus sit, casuquè, aut impetu mortem obuenisse asserat eius custos, casum probare astringitur: quæ sententia confirmatur ex pulchra decisione textus in l.vltim,ff.de custod.reo. In qua ita scriptum est: *Sed si se custodia interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpa adscribitur:* & rursus: *Ergo si casu custodia defuncta dicatur, testationibus id probandum est, & sic venia dabitur.* 2 Et sanè hæc traditio iuri refragatur, secundum Martinum veterē scriptorem, ab Accursio relatum in dicta lege vltima; verbo, *probandum est.* Quippequi ait, culpam priùs probari debere nec reum, nisi ea præcesserit ad defensionem astringi, esse tamen in milite & custode speciale firmat, quia & speciale eius officium erat custodire, sicut & in argentario dicimus in lege si quis ex argentarijs, §.vltimo, de ædendo, vbi Accursius plenè disputat, qui omnino inspiciendus est, & Angelus in dicta lege vltima, num.5. qui de huius probationis qualitate nōnulla animaduertit, & Iulius C[illegible]rus §.vltimo, quæst.46. numero.5.

(.?.)

Textus

Textus CXII.

OTro ſi es a ſaber, que el mayordomo de aquel hombre, cuyos dineros deſpendio, deuele dar quenta: y ſi a la quenta entre ellos ay deſauenencia, y en lo recebido que dize que recibio el mayordomo del ſeñor, deue ſer creydo por ſu juramento. Mas ſi es otro mayordomo, que recaude las ſus heredades, o los otros ſus bienes, entonce ſi entre el ſeñor y el ay alguna duda ha de ſaber la verdad dende por quantas partes pudiere ſaber el Alcalde. Y el ſeñor puede a qualquier deſtos mayordomos ante que ſe deſpidan del prenderlos, y tenerlos preſos, y tomar lo que huuieren. Mas ſi ſe deſpidio del el mayordomo, y ouiere otro ſeñor, no lo puede recaudar por ſi, ni lo prender, mas querellelo a los oficiales. Y es a ſaber, que en Zamora, y en Salamanca, que aſsi lo han de coſtumbre, que ſobre qualquier mayordomo de los ſobredichos ſera creydo por ſu juramento el ſeñor.

SVMMARIVM.

1 Qvilibet adminiſtrator adminiſtrationis ſuæ rationẽ reddere debet.

2 In crimen falſi incidit adminiſtrator, labeq́ infamiæ notatur, ſi rectam non reddiderit rationem.

3 Adminiſtrator ſiue voluntarius, ſiue neceſſarius, rationem reddere aſtringitur.

4 Rationum redditio, Reipublicæ expedit.

5 Adminiſtratoris iuramento ſtatur, ſi dubium verſetur ſuper accepto, modicaq́ quantitas ſit.

6 Expenſæ modicæ hæ ſunt, quas iudex arbitratur.

7 Si acceptum magnæ quantitatis eſt, & expenſum exactè probari debet.

8 Adminiſtratore defuncto iuramentum, an ad hæredes tranſmittatur.

9 Mors illius, qui in libro ſcripſit iuramento ſubrogatur, cùm non præſumatur immemor vitæ æternæ.

10 Etiam in non modicis expenſis expendentis, iuramento ſtatur, ſi alia adminicula adijciantur.

11 De origine verbi expendere.

Lex CXII.

IN TEXTV IBI; Deuele dar quenta.

Scholium I.

1 RAtio huius ſcholij eſt, quia quilibet rationẽ adminiſtrationis ſuæ reddere debet, vulgaris lex 1. §. officio, ff. de tutel. & ratio. diſt. l. aduerſus, C. de adminiſt. tuto. Quæ iura licet de tutoribus, curatoribusvè verba faciãt in omni adminiſtratione accipiũtur, vt citra alios innumeros recen-

ſens, docet Muñoz de Eſcobar, de ratiocinijs, cap. 3. in princip. quæ rationes, veritatem & rectitudinem habere debent, iuxta textum in l. 26. tit. 12. part. 5.
2 In crimen enim falſi incidit administrator, qui rectam rationē non præſtiterit, l. 1. §. tutores, ff. de falſis, vbi ſcribentes communiter, nec omittenda etiam eſt lex i. ff. de his qui notantur infamia, qua, ſecūdum eius deciſionem non caret, qui malè in ad-
3 miniſtratione verſatus ſit. Cùm igitur omnis adminiſtrator, ſiue neceſſarius, ſiue voluntarius, rationem referre aſtrictus ſit, vt eleganter docuit Romanus conſ. 414. in princip. iuri admodum procliuis redditur noſtri textus ſententia, quæ rationes referri iubet, cum hic actus rationē reddendi, adminiſtrationis quam quis ſuſcepit admodum vtilis ſit, reipublicæq; expediat: de qua re intuendus eſt
4 Afflict. in conſtit. Siciliæ, cuius initium eſt minoribus prope finē, Caſaneus in conſuet. Burg. Rub. 6. §. 6. verſ. *reddere*, nu. 20. Baetius de decim cap. 2. nu. 159. Aym. conſ. 218. per totum. Roland. conſ. 49. numer. 13. Abbas conſ. 63. in fi. Rebuf. in l. boues, §. hoc ſermone, verſ. ad primū, ff. de verborum ſignificatione. Menoch. libro. 2. de arbit. caſu 209. Deciſio Genuenſis, cap. 26. num. 9. Barbatia conſil. vltimo, dubio 4. lib. 3. Caſtillo in l. 27. Tauri, num. 18. Gregor. in l. 26. tit. 12. part. 5. verbo, *quenta*: & inſpiciendæ ſunt l. argentarius, §. ædi, ff. de ædendo, l. 23. tit. 19. lib. 9. Nouæ Collectionis.

IN TEXTV IBI:
De ſer creydo por ſu juramento.

Scholium II.

5 SAncit lex hæc, adminiſtratoris iuramento ſtandum, quando dubium verſetur ſuper pecunia recepta, cui ſententiæ, quæ non leuis difficultatis eſt, accedit Speculi doctrina in titulo de inſtrum. æditione, *§. nunc verò aliqua*, verſ. *vigeſimo quid ſi executor*, docentis, ſi expenſæ modicæ ſint, ſufficere iuſiurandum illius, qui expendit, conſiderata tamen eius qualitate, à quo non diſſentit Plotus in tractatu de in litem iurando, §. 12. nu. 8. Ioan. Garcia de expenſ. cap. 20. num. 23. Baecius de de-
6 decima, cap. 21. num. 28. Expenſæquè modicæ hę ſunt, quas iudex æſtimabit, vt eidem Ioanni Garcia placuit, vbi ſupra, & cap. 11. num. 16. Nequè in his modicis expēſis dies apponi debet, ita tamen vt cauſa expenſi exprimatur, l. cū plures, §. in primis, ff. de adminiſtratione tuto. Bald. in Rubrica, C. de fide inſtrumentorum, num. 33. & 34.

Ex

Ex quo elicitur tria desiderari ad hoc, vt prædictæ opinioni sit locus. Primum, vt expensæ modicæ sint quantitatis. Secundũ, vt causa expēsi adscribatur. Tertium, vt expendentis iuramentũ adijciatur lex si quis pro redemptione, C. de donationib. & sanè de his modicis expēsis sentit lex nostra ad hoc, vt prædicto iuramēto stetur, vt subijcit in vers. *Mas si es otro mayordomo,*
7 *que recaude las sus heredades.* Quo casu quando scilicet acceptum maioris considerationis est expensum, exactè probari debet, nec expendenti (solo iuramēto adiecto) credetur; lex quæ sub cōditione: vbi Bartolus; & Doctores de condit. & demonstr.

8 Hicquè ambigi solet, nec omitti quidem potest ad nostræ legis intellectũ, an administratore defuncto, iuramētum hoc ad hæredes transmittatur, an verò astringatur probare defunctum non recepisse, vel si accepit, expendisse; & sanè Baldus vbi supra, administratore viuēte Sacramēto locum esse, testatur, quasi cōtrarium innuat eo mortuo. Illud tamē receptum est in his modicis expensis satis suffi-
cere, si in Codice expensi, & ac-
9 cepti scriptæ sint. Nam quanuis iuramentum transmissibile non sit, mors tamen illius qui scripsit loco eius subrogatur, & perinde habetur, ac si ipse ante obitum iuramentum præstitisset, vt egregiè docuit Bartol. in l. admonendi, num. 27. ff. de iure iurando; Baldus in l. comparationes, num. 14. C. de fide instrumentorum, Paulus consil. 131.
10 Ruinus cons. 18. num. 2. Et his quoq; addo etiam in non modicis expensis expendentis iuramento stari, si ei adhęreāt expendentis qualitas, verisimilitudo, & iudicis motus; vt docuit Damhauderius in tractatu de tutoribus, & curato. titul de tutoris iustificatione, num. 33.
11 Huius autem verbi expendere, originem à peruetusto appendendi assis more elicit: Plinius lib. 33. cap. 3. his verbis: *Populus Romanus, nec argento quidem signato ante Pyrrhum Regem deuictũ: Libralis: vnde etiam nunc libella dicitur, dupondius appendebatur assis: qua re æris grauis pœna dicta: & adhuc expendere, & expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & impedere.*

Textus CXIII.

SI alguno es acusado, y esta preso en alguna villa, y embia el Rey a mandar, que gelo traygan el alguazil dende lo deue traer a costa del acusador, mas no acosta del acusado, ni del cōcejo de la villa, o del lugar: y de lo q̃ fuere dado juyzio cōtra el acusado, entōces pagara estas costas, y las otras, y no ante.

SVM-

SVMMAIRIVM.

AD Expensarum solutionem, nō astringitur accusatus ante diffinitiuam sententiam.

2 *Si expensæ ipsa diffinitiua sententia non adiudicantur, peti non possunt.*

3 *Sumptus æstimantur, quando in ipsa sententia exprimitur.*

4 *Expensæ factæ ab actore ante litem contestatam, nominatim petendæ sunt, secus post litis contestationem, tūc enim generalis petitio sufficit.*

5 *Fructus absque speciali condemnatione non debentur.*

6 *Petitio, in qua res & fructus petūtur, diuersa habet capita, aliud scilicet de re, aliud de fructibus, specialis itaq; determinatio de vnoquoq; requiritur.*

7 *Quanuis iudex condemnet in bonis petitis, non ex hoc reus in fructibus condemnatus existit.*

8 *Actor appellare potest, & si res adiudicetur, si fructus vel expensæ ei non addicantur.*

Lex CXIII.

IN TEXTV IBI: *A costa del acusador.*

Scholium vnicum.

1 SEntētia huius legis est, accusatoris expensis reum ad superius tribunal remittendum: huiusquè sententiæ ratio redditur à nostri text. litera, dū ait, reum ante diffinitiuam, & expensarum condenationē non astringi, inspiciendusq; est Abbas consl.78. Gregorius Nata in Clemētina sæpe, §. quæ omnia, de verb. significatione Hippolytus in praxi, §. superest: quod adeò perspicuum est, vt disputatione nō indigeat. Quinimò
2 si hæ expensæ, ipsa diffinitiua sententia non adiudicentur, peti nō poterunt, nec noua lis super eis mouenda est, nec earum
3 æstimatio facienda: æstimantur namq; sumptus, quādo in ipsa sentētia exprimitur, & nō alioquin, quod nō ita accipiendum est, vt iudex necessariò debeat penès se reseruare sumptuū taxationem: saltem tamen debet condemnare, ad hoc vt æstimatio, & taxatio petatur, lex omnes, §. siue autem alterutra, C. de iudicijs, l. omnes qui, §. fin. de Episcop. & cleric. §. hæc autem omnia, instit. de pœna temerè litig. l. eum quem temerè, ff. de iudic. cap. finem litibus, de dolo, & contum. Quoad intelle-
4 ctum tamen nostræ legis adnotandum est, expensas, quas refert lex nostra, tanquam factas ante litem contestatam nominatim peti debere ab actore ad hoc vt iudex in eis cōdemnare possit, lex ædiles, §. item sciendum, ff. de ædilitio edicto, lex item

item ſi ſerui, §.1. eodẽ tit. Itaquè tantum abeſt, vt debeantur ipſi actori ante ſententiam, & condemnationem, vt etiam nõ ſufficiat generalis petitio expenſarum, ad hoc vt iudex cõdemnet, niſi ſpecialis præceſſerit: hæc enim diuerſitas cõſtituitur inter ſumptus factos ante & poſt litis conteſtationem, illi enim neceſſariò exprimi debent, hi generali petitione continentur, vt eleganter docuit Bernardus in dicto cap. finem litibus, ſchol. *Expenſas*. Cũ igitur, ſiue iure actionis, ſiue iudicis officio, ſpeciali, aut generali petitione expenſæ debeantur, condemnatio debeat præcedere, l. terminato, C. de fructibus, & litium expen. à iure nõ diſſentit lex noſtra, dum ſtatuit, hos ſumptus prius ſoluẽdos eſſe ab actore, cum reus, niſi expreſsè condemnatus ſit, eos reficere nõ debeat.

5 His conſequens eſt, & fructuũ cõdemnatio, cum & hi ſicut expenſæ abſquè ſpeciali condemnatione non debeantur, cum fructus diſtincti ſint ab ipſa re principaliter in iudicio deducta, petitioquè in qua res & fructus petitur, duo diuerſa habet capita, aliud ſcilicet de re, aliudquè de fructibus, ſpecialiſquè determinatio de vnoquoquè requiritur,
6 vt latè docet Menoch. de adipiſ. remedio 4. nu. 872. Cæſar Contardus in l. vnica, C. ſi de mom. poſſ. fuerit appel. 1. limitatione, num. 24. cum ſeqq. Non itaquè ſufficit bona peti ſimpliciter, ad hoc vt tacitè inſit, & fructuum petitio, iudexquè ſuper ipſis pronuntiare poſsit, vt doctè conſiderat idem Contardus ibidem, ex num. 90. Bartolus in l. ſi duo, nu. 4. ff. vti poſsidetis. Menoch.
7 de retinend. rem. 3. nu. 715. Itaq; quanuis iudex cõdemnet in bonis petitis, nõ ex hoc reus in fructibus condemnatus exiſtit, licet & fructus petiti eſſent, vt teſtatur idem Cæſar vbi ſupra nu. 59.
8 Prædictiq; Doctores aiunt, actorem poſſe appellare, quanuis ei ſit addicta res, ſi fructus, vel expenſæ ei non addicantur, & ante eos ſenſit gloſſa in dicto cap. finem litibus, verb. *expenſas*, ad finem, quo reſpiciunt adnotata per Boerium deciſione 18. Socinum conſ. 18. nu. 8. volu. 3. Fulgoſ. conſ. 139. Menoch. conſ. 110. nu. 18. & 19. lib. 2. Hæc ergo noſtræ legis mens fuit, vt expenſæ tunc eluantur, quando condemnatio præceſsit, & non alioqui.

Textus CXIIII

ES A ſaber, que en las leyes o dize pena de marauedis de oro, que ſe juzgo aſsi por el Rey don Alfonſo, que fallaua el, que al tiempo que acaecio fue aſsi eſtablecido, que la moneda que corria entonce, que era de oro: y fizo traer ante ſi

los marauenis de oro, que andauā al tiempo antiguo: y fizolos pesar con su moneda: y por peso fallaron que los seys marauedis de la su moneda del Rey, que pesauan vn marauedi de oro, e assi el marauedi de oro hase de juzgar por sus marauedis desta moneda.

SVMMARIVM.

DE *valore aurei, tempore Regis Alfonsi, tractatur & num. sequenti.*

3 *De valore aurei Romani agitur.*

4 *Valor sextertij traditur.*

5 *Agitur de valore denarij.*

6 *Tractatur de valore dragma.*

7 *De aurei valore ad intellectum leg. sancimus, C. de donat.*

8 *De valore aurei ex Vallisoletana decisione.*

9 *De aurei valore secundum decisionem, quam Iason. refert.*

10 *Aureus, & solidus an idem sint, & num. sequenti.*

12 *De solidi valore tractatur.*

13 *De diuersitate inter aureum, & solidum.*

14 *De solido argenteo agitur.*

15 *De valore solidi integri nonnulla adnotantur, & de differentia inter solidum, & aureum, & solidum integrum.*

Lex CXIIII.

IN TEXTV IBI: *Marauedi de oro.*

Scholium vnicum.

1 TRactat lex hæc de aureo nummo, cui valorem expendit, vt sex scilicet quadrantes monetæ Regis Alfonsi pro aurei valore æstimentur. 2 Quadrās autem Regis Alfonsi, decem quadrantibus æreis, quibus hodie vtimur, constabat: quo fit vt attenta nostræ legis styli supputatione, nummus aureus tempore Regis Alfonsi, esset valoris sexaginta quadrantūm nostræ tempestatis, vt docet Couar. lib. 1. cap. 11. nu. 4. & memini in leg. 18. supra, cuius omnia scholia, & hic conueniūt. 3 Animaduerto tamē, aureum de iure communi maiorē habuisse valorē, quam à nostra lege æstimatur: quo iure aureus Romanus constabat centum nummis 4 æreis, siue centū sextertijs: quilibet autem sextertius constabat duob' assib' & dimidio: as autē valet quatuor quadrātes, quib' vtimur, secūdum quam computationē aureus illis temporibus æstimabatur, & constabat mille quadrantibus nostræ tempestatis. Et hic est verus & peculiaris nostræ legis intellectus: prædictique aurei valor deducitur ex Alciato in Cornel. Tacitum, ex libr. 11. annotatione 4. cuius initium est vsq; ad dena sextertia, 5 & tradit Diodorus lib. 55. Quippe qui ait, aureum valere viginti quinquè denarios, seu centum sexter-

ſextertios: ex quo obiter adnotatur, denarium valere quadraginta quadrantes noſtri temporis.

6 Denariusquè & dragma, idem ſunt ex Alexan. ab Alexan. Gen. cap. 24. lib. 4. & ex Budeo docet ibi Tiraquelus in eius commentarijs, verbo, *dragmam*, litera X.

7 Et hinc infertur intellectus ad l. ſancimus, C. de donationibus, vbi ſi egrediatur donatio quingentos aureos inſinuari debet, ad aliasq; innumeras leges, quæ de aureo mentionē faciūt, l. 2. ff. de in ius vocand. vt eant, l. penultima, ff. de in ius vocand. l. vnica, ff. ad legem Iul. ambitus, l. ſi quis id, ff. de iuriſd. omn. iudicum, l. Papinianus, §. vltimo, l. ſi autē, ff. de inoffic. teſtam. l. lege Cornelia ad Silania. & alibi paſsim. Senſus enim eſt, vt priſcis temporibus aureus cōſtaret, vt præDiximus, mille quadrantum valore, ſecundum quam computationem, ſi donatio egrediatur quingentos mille quadrātes, inſinuationem deſiderat.

8 Sententia tamen, & deciſione Valliſoletana, vnicuiquè aureo valor tantum quingentorū quadrantum adſcriptus fuit: itaquè ſi donatio egreſſa ſit, ducentos & quinquaginta mille quadrantes inſinuanda erit, ſecundum prædictam Senatus deciſionem, quam refert Monterroſus in ſeptimo tractatu, in princ. Quanuis Iaſon in lege ſtipulatio, §.

9 ex his, num. decimoſexto, ff. de verborum obligat. interpretando dictam legem ſancimus, diuerſam numerationē aureo adſcribat, & donationem ſine inſinuatione, vſquè ad octingentos ducatos valere contendat, id eſt, ſecundum monetam noſtram, vſquè ad tercentos mille quadrātes, & ita iudicatū fuiſſe in quadam lite refert ipſe Iaſon vbi ſupra: itaquè deciſio hæc, à Valliſoletana differt in quinquaginta mille quadrantibus.

10 Ex his etiam infertur intellectus ad alias plures leges, quæ nō de aureo, ſed de ſolido mentionem faciunt, & veriùs eſt aureū & ſolidum idem valere, vt conſtat ex tex. in l. ſi vero, §. prætor ait, ff. de his qui effund. vel deie. iuncto textu in §. itē is ex cuius, inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur, vbi inſeruntur verba textus in dicto §. prætor ait, & tamen dicta lex vſa eſt vocabulo *ſolidus*, & dictus §. item is, vocabulo *aureus*, cum idem ſit, & ibi interpretatur Accurſius verbo,

11 *decem aureorum*, & ex textu in l. 4. ff. de manumiſſ. teſtamen. iuncta lege Papinianus, & lege ſequenti, ff. de inofficioſo teſtamento, & lege 1. C. de fideicommiſſ. & lege 1. §. hoc autem, ff. de fugitiuis, & lege qua vulgo, ff. de ædilitio edicto, & in l. Imperatores, ff. de iure fiſci, & in alijs pluribus iuribus, quæ omitto, quibus adſcri-

SVMMARIVM.

1 Teſtis teſtimonium non valet, ſi pecuniam recepit, vel ei promiſſa fuit.

2 Si pecuniam teſtis accepit, ne teſtimonium diceret, & poſt teſtificetur, an valeat teſtimonium.

Lex CXV.

IN TEXTV IBI: *Porque dixeſſen ſu teſtimonio.*

Scholium vnicum.

1 Sententia huius legis eſt, teſtis teſtimoniũ non valere, quãdo pecuniam recepit, eiuè prommiſſa fuit cauſa teſtimonij, perhibendi, quę ſanè ſentẽtia adeò perſpicua eſt, vt commentarium non

2 expoſcat. Quæro tamen è conuerſo, ſi pecuniã teſtis accipiat, ne teſtimonium diceret, & tamẽ teſtificetur, an eius teſtimoniũ valeat, & quidem hoc caſu valet teſtimonium, Baldus in c. 1. nu. 2. fide inueſtitura inter militem & vaſſallum.

Textus CXVI.

Otroſi, los fiadores, ſi ſe fazẽ ſobre pleyto criminal, ſon tenidos faſta en quãtia de cien marauedis de la buena moneda. E ſi es ſobre muerte de hõbre faſta en quantia de quinientos ſueldos: è ſi es ſobre querella q̃ ſea en quantia de marauedis faſta en aquella quantia ſe ha de tomar la fiaduria, el Alguazil no deue tomar fiaduria, ſino la que fuere fallada por el Alcalde que deue ſer fecha: pero ſi el Alguazil tomare la fiaduria en mayor quantia, vale en la quantia que ſe obligò, ſaluo ſi el Rey le fiziere merced al enfiado, è à ſus fiadores.

Lex CXVI.

De huius legis materia tractaui in l. 18. & in l. 114. anterioribus, quarum ſcholia hic conueniunt.

Textus CXVII.

Otroſi, maguer el fuero viejo de alguna villa mande, que den fiadores de ſaluo, ſi alguno de quien los demandã no pudiere dar los fiadores de ſaluo, o lo jurare aſsi que no los pudo dàr, deuenle mandar que ſe aſſegure, o que de tregua: è ſi eſto hiziere no lo deuen apremiar por otra pena. Ca en el ſu fuero lo manda.

Lex CXVII.

Ad huius legis cognitionẽ inſpiciendæ ſunt leges. 39. & 40. & quinquè ſequentes, quæ huc ſpectant.

Textus CXVIII.

*C*Trosi, el que es Clerigo, si recaudò los pechos, e las rentas del Rey, e faze al guna falsa en ellos, que le puedan los Alcaldes del Rey mandar prender, e ser preso en la prision del Rey.

SVMMARIVM.

1 *Clericus exactor Regij tributi apud iudicem secularem conuenitur.*

2 *Clericus depositarius nominatus à iudice seculari, qui depositum suscepit, super eo apud eundem iudicem conuenitur.*

3 *Ipsemet Rex videtur possidere tributum, quod alius suo nomine collegit.*

4 *An clericus possit pro ciuili debito in carcerem conijci.*

Lex CXVIII.

IN TEXTV IBI: *Si recaudò lo pechos.*

Scholium vnicum.

1 SEntentia huius legis est, clericum exactorem & collectorem collectarum, & tributorum Regis super ipsis prehendi, & conueniri posse apud iudicem temporalem: hanc sententiam admittit Baldus in l.ac ceptam, C. de vsuris Gregorius Lupus in l.3. titul.3. part.5. scholio.3. qui non solum in hoc ca-
2 su, vèrumetiam quando clericus electus depositarius fuit a Magistratu temporali, posse apud eūdem conueniri super deposito contendunt, rationem autem eā esse existimant, quia non procedit ur cōtra eum propie per modum iudicij, sed impropie, & extraordinem ex consequentia sus-
3 cepti officij, & ipsummet Regē videri possidere tributum, quod alius suo nomine colegit, adnotauit Bart. in l. sequitur, §. si viā in princip. ff. de vsucapionibus.
4 Indistinctè tamen, clericum pro debito in carcerem conijci non posse, probatur in cap. si clericos, de sententia excom lib. 6. & Doctores communiter admittunt in c. Odoardus, de solutionibus, Abbas tamen in c.1. de deposito, nu.7. clericum capi posse non solum cum agitur de crimine criminaliter, vt in c. vltim. de sententia excom. lib. 6. sed etiam cū agitur de crimine ciuiliter, arbitratus est; vt in indiniduo nostræ legis, vbi clericus Regiā administrationem gessit, quam cum male reddiderit in carcerē conjicitur, quanuis contrariam opinionem defendat Hostiēsis, in d. c.1. de deposito, quē Abb. refert prædicto loco, & in hac re distinctionē adducit, quā veram iudico: omnino itaque inspiciēdus est ad intellectū nostri textus & Greg. Lupesius in l.23. tit. 6. p.1. schol.6. nisi enim aliā legis mentē conijciamus ipsius decisionis anceps essem, putarē enim clericum prehendi non posse.

Textus

Textus CXIX.

S*I matan, o fieren en algun lugar hombres que andē en seruicio del Rey, y en sus cosas del Rey libran por su mandado, deue ser ende hecha pesquisa: e aquellos q̄ fueren culpados por la pesquisa deuen ser juzgados por casa del Rey: sino los pueden auer deuēlos emplazar à los plazos del fuero de las leyes E demas de los plazos del fuero deuēlos atēder, sino vinierē a los plazos que son de la Corte, por cada plazo nueue dias, e tercero dia de pregon en cada vno de los plazos: ca en todo pleyto q̄ deue ser librado por casa del Rey à qualquier emplazā. I el emplazado que no viniere deue ser atēdido demas del plazo nueue dias, y el tercero dia de pregon: e si en cada vno de los plazos el Alcalde no le atēdiesse los nueue dias, y el tercero dia del pregon, el Alcalde deuelo atender en fin de todos los plazos estos dias que son dados de la Corte, que son tres nueue dias, y nueue dias de pregon, que son por todos treinta y seys dias en todos los tres plazos: e fasta entonce no lo deue dar el Alcalde por fechor.*

Scripsi in l.50. & sequentibus supra quarū scholia inspicienda sunt.

Textus CXX

O*Trosi, en qualquier villa de todos los sus Reynos, tābien en los de los señorios do es el Rey: si alguno dessa villa fizo algun tuerto, o firio à alguno de los del rastro del Rey porque deue ser preso, el Alguazil del Rey lo deue tener preso, y no el de la villa, y los Alcaldes del Rey lo deuen juzgar: maguer la villa sea de señorio.*

SVMMARIVM.

1 A*D regem spectat omnes tueri.*
2 *Vbi Princeps ibi securitas.*

Lex CXX.

IN TEXTV IBI:
O firio à alguno de los del rastro del Rey.

Scholium vnicum.

1 SEntentia huius legis est, vbicūq; Rex adsit, eius Magistratus punire posse delicta, & reos in carcerē Regiū conijcere, licet Rex esset, in aliquo municipio alicuius domini, quæ sententia ad eo plana est, vt in ea immorari non liceat, & antea decissum fuit, in l.3.tit.16.p.2. vbi latissimè Gregor. in omnib' scholijs: ad Regē enim spectat omnes tueri, qui ibi extēt vbi Rex præsēs est præcipuè si Principis familiares sint, qui eū cōmittātur, vt lex nostra decidit, & ei cōuenit lex.1.tit.16. ead.p.2. & de iure cōmuni, hæc sentētia satis probatur in l.1. C. de his qui per metū iudicis non appellauerūt, ibi: *In sacro enim cōmittatu nostro nihil timere potuisti,*
2 ex quibus verbis ellicit Bald. in summario vbi Princeps ibi securitatem esse, cui assentitur Bart. in eadē lege, & ibidē Paul. & Salice. cui similia iura sūt, l. sequēs eod.tit. & l.vlt.ff. quod met.caus.

Textus CXXI.

Sobre la ley que comiença, si algun hombre, que es en el titulo delos que fuerçan, ò roban las mugeres. Aquella muger que querella que la forço fulano hombre, si luego que diz que acaecio la fuerça se rascò ò se messo, è viene dando vozes, ò querello luego à los oficiales: entonce los oficiales deuen seguir la su querella en fazer pesquisa: y en saber la verdad del fecho prendidos los hombres è las mugeres que se acertaron, entonce en la casa do hizo la fuerça: è si menester fuere meterlos han à tormento, è fazer pesquisa en la verdad. E si ella se rascò ò se quexò, è se messò luego fuera en la calle: è aquel de quien querellaua, fallaron luego en la casa, o se prueua que estaua y, cumple para fazerse justicia contra el: mas si luego no hizo: ni querello segun dicho es: è aquel de quien querella segun dicho es despues gelo negare, deuelo prouar por testigos.

SVMMARIVM.

1 *Ex quibus præsumptionibus dicatur vim passa mulier.*

2 *Ob raptus nõ paucos clades, & bella orta fuere.*

Lex CXXI.

IN TEXTV IBI: *Roban las mugeres.*

Scholium Vnicum.

1 Lex quę à nostra refert, est lex 1. tit. 10. lib. 4. fori, vbi intuendus est, Montaluus inspiciendę què, l. 3. & 4. illius tituli in quibus pœna statuta fuit, contra rapientem mulierem, de probatione tamen criminis non meminerunt, quas interpretando inquit, text. hic, dici mulierem vim passam, si accusatione proposita in eius facie liuores appareant, & si vim in domo passa esset, ab ea exeat clamando, & voces emittēdo contra aliquam nominatam personam accusationem & quę relam intendens contra eam accusatusquè intus in ipsa domo reperiatur, sufficere enim prædictam præsumptionem, ad imponendam pœnam sancit lex nostra duntamen in cōtinenti accuset prædicta mulier, quæ vim passa est, alioquin enim alieno actu inter mixto probatio legitima desideratur, nequè prædictis præsumptionibus standum erit, & sane nostri textus sententiam admisit, Baldus in leg. prima, §. potuisse, ff. ad Silanian. asserens violentiam illatam alicui puellæ probari, ex voce illius, & ploratu, si alia adminicula interueniant, & Bald. sequitur Petrus Gerardus singulari. 8. num. 3. & Angelus in dicta lege prima, §. final, quippequi ait si mulier acclamat verisimili, argum. & cōiectura existimādū violatā fuisse, de

de qua acclamatione innumera congeſſit Maſcardus cõcluſ.22. &.25.lib.1.& de his raptus præſumptionibus latè tractat concluſ.1294.ex num.24.lib.3.& cõ
2 cluſ.1311. nu.16. Nam cum hoc crimen grauiſsimum ſit, & in probatione difficile ſola violenta præſumptione contenta eſt noſtra lex, vt delinquẽs coerceatur:nam cũ prædicti raptus antiquitus puniti non fuiſſent clades apud veteres, & bella orta fuerunt, quorum meminit Herodotus in principio libr.1.Notum etiã bellum, & ſtrages fuit ob Hælenam, vt videre licet ex Homero in libris Illiad.& Horatio.1.Carm.Od.15. & de bello maximo inter Lacædemones, & Mæſenios, quod Mæſſenij Spartanas virgines ad templum Dianæ violaſſent, plura ſcribit Strabo.in lib.1.

Textus CXXII.

O Troſi, ſi el Rey emienda la pena de algun fuero, que diga, quien forçare muger que ſalga por enemigo: ſino viniere a tres nueues dias que manda ſu fuero. Y emiendelo el Rey en eſta guiſa, que el que forzare muger que muera por ello, porque eſto es aſsi por el fuero,, E deue ſer emplaçado por los plazos que ſon pueſtos por el fuero de las leyes: y no por los plazos del otro fuero, maguer el Rey no lo emiende en los plazos que no hablo dellos.

SVMMARIVM.

1 *Pæna raptus mors eſt.*

2 *Raptus etiam ſine commixtione, pœna mortis coercetur.*

Lex CXXII.
IN TEXTV IBI:
Muera por ello.

Scholium vnicum.

1 AGit hęc lex de raptu,& eius pœna, quam mortis eſſe aſſerit,& ei concinnit, l.3.tit.20.part.7.l.1.&.3. tit.10.lib.4.fori, lex vnica, C. de raptu virginum, l.raptores, C. de Epiſcop. & cler.l.1.&.2. codẽ tit.de raptu virg.in Cod Theodoſiano,& Gothicæ leges huius criminis meminere, quanuiſ pœnam mortis non irrogarent, ſed aliam mitiorem, vt cernere licet ex lege.1.&.2.tit.3.lib.3. fori iudicum, & iure recẽtiori eadem pœna mortis raptor coercetur, vt conſtat ex lege.2.tit.13.
2 lib.8.Compil.& quanquam textus noſter commixtionem deſideret: at verius eſt ſolum raptũ ſine ea prędicta mortis pœna plecti, vt prædicta lex partitæ oſtendit, vbi Grego. ſchol.2. adnotauit,& omnes ſcriptores ſuis locis, latè tractãt de hac raptus materia, quam tanquam vulgarem conſulto omitto.

Hh 3 Textus

Textus CXXIII.

Otrosi, para rubricar qualquier pesquisa que el hombre quiera rubricar, de ue tomar en suma todo el hecho desde aquel lugar donde comiença la pelea, ò el furto, ò el robo, ò otro fecho qualquier, sobre que aya pesquisa, y dende adelãte recuẽtelo en suma de grado en grado fasta do se acaba el fecho, y por esse recõtamiẽto catar la pesquisa sobre cada articulo del recontamiẽto, y escriuir y rubricar lo que se falla por la pesquisa sobre cada articulo de lo que acaecio en el fecho, y rubricar contra cada vno sobre quien tañe la pesquisa, y que es lo que falla por la pesquisa contra el: E si la pesquisa contra otro alguno dixere, escriuanlo apartadamente sobre el: E si son clerigos, ò legos aquellos sobre quien tañe la pesquisa, deuen apartar sobre si algunos clerigos y cada vno dellos por si, y los legos apartarlos, y escriuirlos à otra parte cada vno dellos por si: y sobre los legos a el Alcalde poder, mas no sobre los clerigos, è deue apartarlos de los clerigos, porq̃ lo pueda mostrar al Rey, y el Rey que faga sobre ello lo que tuuiere por biẽ. Y desque fuere assi rubricada la pesquisa, deue poner los testigos que hablan de vista, en vno contra qualquier que habla, y luego los de creencia, y luego los de oyda, y apartar por escrito los testigos, y sobre quien tañe la pesquisa, y en que manera tañe contra cada vno de vista y de creencia, y de oydas.

Lex CXXIII.

Latissimè egi, in l. 50. vsque ad legem. 56. quarum scholia inspici poterunt, & ideo hic non transcribo.

Textus CXXIIII.

Otrosi es à saber, que los omezillos si los han de auer los señores de los muertos, ò sus parientes dellos, ò si acaeciesse la muerte de algun vassallo en otra villa, y el señor del vassallo si ha de auer el omecillo, todo esto se libra segun los fueros, y las costũbres vsadas de las tierras do acaecen las muertes.

SVMMARIVM.

1 *Calumnia homicidij in contumacem tantum irrogatur.*

Lex CXXIIII.

IN TEXTV IBI: *Que los omezillos.* *Scholium vnicum.*

Lex hæc de homicidij calumnia tractat, quæ his, & alijs veteribus legibus diuersis personis addicebatur, & nos egimus supra.

Nunc verò hæc pœna solum in contumacem irrogatur, & iudici adscribitur, ex l. 3. tit. 10. lib. 4. Compil.

Textus CXXV.

OTroſi, es à ſaber, quando el Rey, ò la Reyna allegan à algunas de ſus villas, è quieren por bien partimiento de los oyr è librar los pleytos foreros mientra que ay moraren, deuenlos oyr è librar, ſegun los fueros de aquel lugar en que oyeren los pleytos, è los emplaçamientos que mandaren fazer, ſegun el fuero, deuen valer, è no los pueden eſtoruar otras leyes ningunas: mas quando libraren los pleytos que ſon ſuyos, deuen emplaçar è oyr, ſegun las leyes, y el vſo y coſtumbre de ſu Corte, y quando ſe fueren de las villas do ouieren los pleytos foreros deuen mandar a aquellos Alcaldes del fuero ò otros Alcaldes, ſi los ay quiſieren dexar, que tomen los pleytos que fincan en aquel lugar do lo ellos dexaron, q̃ vayan por ellos adelante, è los libren, ſegun el fuero del lugar.

SVMMARIVM.

1 Fori æthymologia traditur.

2 Forus vniuerſalis propie forus nuncupatur.

3 Ad cauſarum deciſionem forus introductus eſt.

Lex CXXV.

IN TEXTV IBI: *Pleytos foreros.*

Scholium Primum.

FOri æthimô, à foro publico fluxit, illo ſcilicet, quo res venales afferuntur: nam ſicut hoc manifeſtum eſt, & omnibus notum, ita eſſe debere forum, communiter receptum eſt, & hinc etiam locus, in quo iudicia exercẽtur forum dictum fuit, vt cõſtat ex Cicerone ad Athicum, illis verbis: *Quod me in forum vocas, eo vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebã.* & fora tria iudiciaria antiquitus Romæ fuiſſe ſatis compertum eſt, forum nempe, *Latium*, forũ, *Cæſaris dictatoris*, & forum, *Augusti*, ſicut, & publica fora, plura fuerunt, forum enim, *Suarium, boarium, piſcarium, olitoriũ*, Romæ erant, vbi ſcilicet ſues, boues, piſces, & olera, vendebantur, teſte Varrone, lib. 1. & foro vti à veteribus dictum fuit, ideſt præſentem rerum ſtatum boni conſulere, & vtcunq; ſe obtulerit fortuna animum applicare, teſte Terentio in Phormion. *Cæpi his omnia facere obſequi quæ vellent. D. ſciſti vti foro,* vbi Donatus animaduertit à mercatoribus, qui merces ad forũ aduehunt metaphoram ſumptam, quæ æthymologia foro vniuerſali cõuenit, hic enim proprie forus nũcupatur, l. 7. tit. 3. p. 1. lex verò noſtra agit, de foro municipali, qui impropriè forus appellatur, vt teſtatur Greg. ibi. 3. ſchol. vterq;, tamen ſiue vniuerſalis, ſiue ſpecialis ſit, ad cauſarum deciſionem introductus eſt, vt ibidem

Gregor. animaduertit, ideoquè lex nostra lites decidendas asserit, secundum prædictum municipalem forum, vbi vigeat, cuius rei argumentum est, l. 6. Tauri, quæ totum municipalem custodire iubet, quanuis ibi rigorem, & odium habeat, cùm patẽtes descendentiũ successione priuet, de qua re Doctores latè ibi tractant, nullaquè aliá hic interpretatione est opus ad nostræ legis cognitioné, nec ignoro etiá allusioné, text. in c. forus, de verbor. signific. vbi gloss. & scribẽtentes omnino inspiciẽdi sunt.

Textus CXXVI.

ES á saber, que si seyendo alguna villa de la Reyna, o de otro señor que gela dio el Rey, ó la Reyna ó el señor del lugar dio sentencia, en que dio á algun hombre dessa villa por fechor de alguna muerte, ó de otro yerro, y ant q̃ la justicia se cumpliesse en aquel hombre en su vida desta Reyna, ó deste señor, que le dio por fechor, passa aquella villa á ser de otro señor, porque gela dio el Rey por camino que le dio, ó en otra manera. Y este señor perdonó á aquel hombre sobredicho, que la Reyna auia dado por fechor: si vale este perdon, ó no, esto no es á juzgar á otro sino al Rey.

SVMMARIVM.

1 *CAlumnia condemnationis ad iudicem, qui condemnauit pertinet.*

2 *Lucrum pœnæ ad primum dominum spectat.*

3 *Si delictum commissum sit, tempore, quo iurisdictio erat penès vnum dominum, & penes alium sententia feratur, adhuc pertinẽt fructus sententiæ.*

4 *Si cœpta sit lis vsq; ad diffinitiuam, apud primum dominum, & apud secundum sentẽtia pronuntietur, cui eueniat commodũ?*

5 *Commodum sententiæ pertinet ad iudicem à quo.*

Lex CXXVI.

IN TEXTV IBI·
Que si seyendo alguna villa de la Reyna.

Scholium vnicum.

1 SEntentia huius legis est iurisdictione concessa à Rege non videri cessam calumniam cõdemnationis illius sententiæ, quæ ab eius Magistratu, ante cessioné lata fuerat, cuius executio nondum erat facta, & Rursus probat nouum dominum iurisdictionis non posse remittere huius criminis supplitium, cũ prædi-

dicta remiſsio ad Regẽ ſpectet, hæc ſententia iuri conuenit, & quæſtionẽ reperio mouiſſe Baldum, qui eam extraordinariam nuncupat, in l. vltima, numer. 9. verſ. *Modo quæro*, C. de fructi. & liti. expenſ. qui diſputat, & tandẽ noſtri textus opinionem cõfirmat, ea nẽpe ratione fructus, nam quæ iuriſditionis ad eodem
2 nantem pertinent, iudex enim calumniam non lucratur, niſi per ſententiam, l. 3. §. 1. ff. de minoribus, authent. bona damnatorum, C. de bonis proſcripto. l. defuncta, ff. de vſufruct. & eiuſdem opinionis eſt Barba. in annotatio. ad Baldũ ibidem, ait enim quæſtum pœnæ, primo domino addici debere, argumento textus in lege quęcumque, ff. de actio. & obligatio. & in lege vltima, ff. arbor. furtim. ceſſ. leg. 1. §. fundum, de aqua quotidiana, & æſtiua, & in l. is qui in puteum, §. ſi poſtea, ff. quod vi aut clam. de qua re inſpiciendus eſt Bart. in l. & quia, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, Ancharr. in capite. 1. ne prælati vices ſuas, & ibidem Barbatia, & hinc cenſet
3 idem Bald. vbi ſupra, ſi delictum commiſſum eſſet, tempore quo iuriſdictio penes vnum erat, & ſententia proferatur, quando apud alium hæc eadem iuriſdictio ſit, huius ſententiæ commoda, ad illum qui ſententiam profert ſpectare, cum in pœnis criminalibus, ante ſententiam nullum ius habeamus.

4 His, & proxima eſt alia quæſtio ſi lis cœpta eſſet, vſque ad diffinitiuam, apud priorem dominum, & apud ſecundum ſententia proferatur, ad quem calumnia pertineat, & quamuis Baldus hanc quęſtionem non definiat, refert tamen alios exiſtimantes, pro condemnato habendum illum, qui condemnationi proximus fuit, argumento textus in l. ſi ideo, ff. de euictionibus, ita vt hoc caſu pœna pertineat ad dominum veterem; quibus accedit alia quæſtio, eiuſquè definitis, nẽpe, vt ſi ex pacto inter nouum, & veterem dominum calumniæ dicideretur accipiatur, de his quæ poſt ſententiam eueniunt; quo etiam reſpicit, quod de iudice à quo, & ad quem ſtatutum eſt: nam ſi ex lege portio condemnationis iudici adſcripta ſit, iudexquè ad quem ſententiam confirmauerit, commodũ
5 commune non erit, ſed ſolius iudicis à quo, licet executio ſententiæ ad eum non remittatur, ſed per iudicem ad quem executio fiat, ex textu in l. ſi filius, ff. de verborum obligatio. nam ſecundum eundem Baldũ vbi ſupra, num. 10. iudex ad quem potius videtur eſſe confirmator, quã diſpoſitor, & cauſa prima plus influit, quam ſecunda.

Tex-

Textus CXXVII.

LOS cogedores de la Reyna en las sus villas, toman hazedores de los padrones, ò les dan las quadrillas à las colaciones: Es à saber, que lo que los hazedores jurados empadronaren, que los deuen empadronar por ciertos, y no poner à ninguno por duda, y estos que ellos empadronaren por pecheros ciertos, fincan luego por pecheros llanos, que los prende el cogedor: y lleue dellos el pecho: E si los pecheros dixeren que no han quantia, porque los hazedores de los padrones los pusieron, los hazedores son tenidos de les mostrar bienes suyos, porque ellos pusieron los pechos ciertos en aquella quantia. Y otrosi, el cogedor de la Reyna porna pesquisidores sobre los hazedores de los padrones: E si estos pesquisidores fallaren por dicho de hombres buenos, que ay otros hombres que deuian ser dados por pecheros en los padrones los cogedores, si los pecheros negaren que no hã la quantia que dizen los pesquisidores que fallaren sobre los cogedores de la Reyna, de dos cosas deuen hazer la vna, ò darles la quantia, ò mostrarles los algos en que lo han: è non han, porque dezir los nombres de aquellos que dixeron en la pesquisa. Y entonce si los hazedores de los padrones, sabiendo los algos que ellos auian, los encubrierõ, deuẽ pechar el pecho doblado, y los que fueren hallados por pecheros, que pechen sencillo.

SVMMARIVM.

1 *Per æquatorum æstimationi stãdum est.*

2 *Æstimũ apud bonos authores nõ inuenitur, & quid significet.*

3 *Descriptio, & æstimum apud cõsultos census appellatum fuit.*

4 *Syndicus ciuitatis debet esse præsens descriptioni prædictæ.*

5 *Census, personarum & bonorum descriptionem amplectitur.*

6 *Censitores per æquatoribus sociabantur.*

7 *De censu lustrali nonnulla adnotantur.*

Lex CXXVII.

IN TEXTV IBI
Toman hazedores de los padrones.
Scholium Primum.

1 PRobat hæc lex, ad æstimum collectarum & regalium tributorum peræquatores nominari debere, quorum æstimationi regulariter standum est. 2 Æstimum apud bonos authores, nũquã reperi, hoc tamen vocabulo recentiores Iurisconsulti vtuntur eui dentioris intelligentiæ gratia, significatquè æstimationem seu taxationem, quæ fit de alicuius patrimonio, vt constet quantũ sit eius æs, ad effectum onera in dicendi, ne vllus pro alio grauetur, argumento text. in l. forma, ff. de curfibus, & adnotauit Festasius de æstimo. cap. 1. num. 2. & Florez practicarum, quæst. 21. §. 1. num. 106. hi ergo æstimatores

tores iure iurãdo firmant fideliter ſe verſari in officij exercitio, in codicequè taxationẽ ſcribũt:
3 qui,cenſus ab Vlpiano nominatus fuit,in d.l.forma cenſuali,ff. de cẽſib.&hic codex,ſeu deſcriptio iuſſu cõmunitatis cõfici de-
4 bet,cuius Syndicus huic deſcriptioni præſens eſt,iuxta text.in l. inceptores,C.de incepto. & atcha.lib. 10. vbi Bart. & Crauet. conſ.195.in princ. & Nicol. Feſtaſius vbi ſupra,n.11.quibus adſtipulatur lex.4.tit.14.lib.6.Cõpil. Quæ omnia cum deſiderentur,ad huius æſtimationis confectionẽ,meritò fides integra,codici huic adhibetur,ſecundũ noſtri textus ſentẽtiã,quę admodũ iuri conuenit,vt expræd ictis patet.

I N T E X T V I B I:
Los hazedores ſon tenidos de les moſtrar bienes ſuyos.

Scholium II.

5 Ait hæc lex,deſcriptos ſi grauamen ſentiant, poſſe per æquatores, deſcriptores, & æſtimatores adire, qui grauamẽ prædictum tollant, tam bonorũ,quàm perſonarũ:hic enim codex vtrumq; caput amplectitur,cẽſus enim,perſonarũ, & bonorum deſcriptionẽ ſignificat, l.2.§.poſt deinde,ff.de orig.iur. & Theophi.autor eſt,in §. vltimo,inſtitu.de liberti.& Vlpian. in l.3.&.4.ff. de cenſib. & tradit Varro.lib.4.de lingua Latina,& Caſiodo epiſt.52.libr.3.var. ibi: *Auguſti ſiquidẽ tẽporibus orbis Romanus agris diuiſus,cenſuq́; deſcriptus eſt,vt poſſeſsio ſua nulli haberetur incerta,quam pro tributorũ ſuſceptorũ quantitate ſoluenda:* quæ verba mi-
6 rum immodũ fauent noſtri textu ſententiæ:hinc cẽſitor dictus eſt,qui cenſum agit,l.4.§.1. de cenſibus, & cenſitores qui eodẽ munere funguntur, vt cõſtat ex Rubr.de cenſib.& cenſitoribus, libr.11.in C.Iuſtinianeo, hi autẽ peræquatoribus ſociabãtur, iuxta tx.in l.1.C. de immuni.nemini conced.lib.10.& rubricam de cenſitoribus, & peræquator. in C.Theodoſiano,l.ſecundam,& tertiam de prædijs Senatorum, eod. C. & hinc, ſi quid iudico, praxis fluxit, quam ſcribit prædicta lex.4.Compil.quæ præſentiam Decurionũ deſiderat, vna cum ipſis æſtimatoribus,ſi conſuetudo de hoc inſit, quod neq; Azeuedo ibi, neque Flores vbi ſupra perceperunt,pluraquè hic non contemnenda de cenſu adnotare poſſemus,de eiuſquè lu-
7 ſtro,cuius Vlpianus meminit,titul.1.regularũ:propterea, quod quintoquoquè anno cẽſebatur, luſtrabaturquè vrbs, vt tradit Seruius.6. Æneid. & Varro refert lib.5.de lingua Latina, & interpretatur Liuius lib.1. & 3. & Cicero pro Flacco omitto tamen breuitati conſulendo.

Tex-

Textus CXXVIII.

OTrosi es à saber, que el que sale à alarde por escusar los pechos, jura que es suyo el cauallo, y se falla despues que jurò mentira, deue pechar el pecho doblado. Y esso mismo el pechero que jurò que no auia la quantia, si es fallado despues que jurò mentira, pechara el pecho doblado. Y esta pena le daran por el perjuro en los pechos, y no en otra pena: maguer mayor pena se ponga en el libro juzgo en el perjuro. Ca aquello es en los otros pleytos.

SVMMARIVM.

1 *Periurus qua pœna puniatur.*
2 *Periurium grauissimum est crimen, & infamia periurus notatur, & à quolibet accusari potest.*
3 *Diuersitas inter iuramentum promissorium, & assertorium.*
4 *Periurus prætextu iuramenti assertorij pœna tantum exilij de iure communi plectebatur.*
5 *Variæ, & graues pœnæ statutæ fuerunt in periuros prætextu iuramenti promissorij.*

Lex CXXVIII.

IN TEXTV IBI: *Y se falla despues que jurò mentira.*

Scholium vnicum.

1 SEntentia nostræ legis est, periurum in casibus, de quibus hic dupplici pœna afficiẽdum, ad cuius cognitionem breuiter animaduertendum est, textum nostrũ loqui de iuramento assertorio, de quo verba facit textus in c. testimonium, de testibus, & in cap. vltimo de iure iurando, & in c. 1. & 2. de iuramento calumniæ, lib. 6. Et quanuis communiter receptum sit, periurum tanquã mendacem cum iuramento graue committere crimen, execratoriquè comparari, & ipso iure infamia notari, crimenquè publicũ esse periurij facimus vt in l. siquis maior, C. de transatio. c. infamis. 6. quæstion. 1. l. 24. titul. 22. par. 3. adnotatur. At prædicta in iuramẽto promissorio, quoad Magistratus punitionem locũ habent, vt docet glos. in leg. Lucius, ff. de his qui notan. infam. & cap. quicunquè. 6. quæst. 1. iuramentum enim assertorium, tã graui pœna non coercetur, vt testatur Felin. in dict. cap. testimonium, numer. 20. Gregor. in dicta l. partite, verbo, *la jura*: cũ itaquè assertorium periurium minoris considerationis sit, Leuior in eo pœna irrogatur à nostro textu, cum & periurus in prædicto assertorio iuramento pœna tantum exilij ad tempus de iure com-

(margin numbers in right column: 2 beside "lib. 6.", 3 beside "22. par. 3.", 4 beside "cto assertorio")

communi puniretur, ex l.1.& vltima, ff. de crimine stellionatus in promissorio, vero iuramento
1 variæ, & quidem graues pœnæ in periuros statutæ fuerunt, l.2. C. de reb. credit. quam interpretatur, Ias. in §. siquis stipulatus instit de actio. l. prima, titulo sexto, libro octauo ordinamenti, lege prima, tit. 17. lib. 8. Compil.

Textus CXXVIIII.

ES à saber, que los Alcaldes que son dados por los otros Alcaldes, q̃ son puestos en las villas para en todos los pleytos librar por ellos, que pueden oyr todos los pleytos: saluo aquellos que les fueren defendidos por aquellos que en su lugar los pusieron: mas no pueden juzgar à muerte, mas puedenlos dar por fechores, sino vinieren à los plazos que el Alcalde les puso.

SVMMARIVM.

1 *SI delegato commissa sit, causæ cognitio de decisione mentione, nõ facta, an pronuntiare possit ad intellectum huius legis disputatur.*

Lex CXXVIIII.

IN TEXTV IBI: *Mas no pueden juzgar.*

Scholium vnicum.

1 AD intellectum huius legis præmittendum est, controuersum fuisse inter iuris interpretes, si delegato commissa sit causæ cognitio, & nihil adijciatur de decisione an posset decidere, & pronũtiare: quam quæstionem mouit Speculat. in tit. de iudice delegato, §. sequitur, colum. 5. versiculo, *Et nota, quod simpliciter*, numero tertio, vbi illum cui causę cognitio committitur de decisione nulla factamẽtione pronunciare posse contendit, & ibi Ioannes Addreas, ex non nullis considerationibuscõtrariam opinionem admittit diuersitatem, tamen constituit inter delegatum Principis, vel iudicis ordinarij, quasi ille pronuntiare posit, quanuis cognitio tãtummodo mandata sit, hic verò nequeat, nisi specialiter in delegatione decisio sit commissa, qua distinctione Speculatorem defendere conatur, Accursius tamen, in l. qui procuratorem, ff. de procurat. verb. *peragere*, in distincte asserit sententiam proferre delegatum non posse in illis verbis: *Sed nunquid, qui delegat iudicem, vt cognoscat deffinitionem cõmittere videtur? Respondeo non*, Abbas tamen, in c. cu super de caus. poss. & propter, nu. 13. versiculo, *aduerte tamen*, Speculatori assentitur

titur aliam verò adducit distinctionem cã scilicet, an causa simpliciter cõmissa sit, quo casu diffinitio commissa videtur: secus verò, vbi sola cognitio, cum hæc non extendatur ad pronuntiationẽ diffinitiuæ sententiæ, quæ distinctio antea Bart. fuit in l. à Diuo Pio, nu. 13. ff. de re iudicat. qui Accursium sequitur, & Speculatorem impugnat. Angelusquè, in d. l. qui procuratorẽ, nu. 1. duas tradit distinctiones: nempe an sit Principis delegatus, vt superius dixim' Princeps enim non consueuit, sibi sentẽtam reseruare, Rursus an à iudice iudex datus sit, ad vniuersitatẽ causarum, quo casu, & si cognitio tantum mandetur pronuntiare poterit, secus vero si vnius causæ cognitio specialiter ei committatur, tunc enim cognoscere nõ diffinire queat, inter has igitur diuersas opiniones statuit lex nostra à iudice iudicem datum, si expresse sententia non mãdetur diffinitiuam non posse proferre, & hic si quid sentio est verus sensus nostræ legis nullamquè aliam interpretationem desiderat.

Textus CXXX.

OTrosi es à saber, que si el Rey embia por su carta à mandar à los sus Alcaldes de alguna villa, que si la pesquisa tañe en fulano que mato à fulano, o que es en culpa, quando acaecio el fecho e se metio en la Iglesia, que lo prẽdan, è vsen de la pesquisa, è que lo librẽ assi como fallarẽ por derecho, so pena de cien marauedis de la moneda nueua. Entonce los Alcaldes, à quien va la carta si por la pesquisa lo fallan en culpado, ò que lo fallaren que quando acaecio el fecho se metio en la Iglesia, deuenlo prender, è si lo sueltan despues por fiadores fazẽ mal è caen en pena de los cien marauedis que en la carta se contiene. Pero si el dicho fulano se metio en la Iglesia luego que el fecho acaecio, y por la pesquisa no es fallado en culpa. si despues de su voluntad se salio de la Iglesia, è vine a cũplir de derecho, como quier que gran presuncion es contra el, porque se metio en la Iglesia. Pero pues ẽl salio de la Iglesia despues de su voluntad à cũplir de derecho, es presuncion que no es en culpa: e la vana presuncion tuele a la otra. Y esta presuncion segunda es mas fuerte que la otra primera, è la vna presuncion vence a la otra, è la verdad vẽce a la opiniõ. E si los Alcaldes lo dierõ por fiador no cayerõ en la pena de los dichos ciẽ mrs, pues en la carta les dio el Rey poder q̃ viesse la pesquisa, è la librassẽ como fallassẽ por derecho. E assi les dio poder de conocer el pleyto.

Lex CXXX.

Scripsi in l. 50. & sequentibus anteriotibus.

Textus CXXXI.

EN la ley q̃ comiẽça. Qualquier, q̃ es en el titulo de los denuestos, e delas deshonrras alli. O dize à muger de su marido puta: desdigalo ante el Alcalde al plazo

plazo que le pusieren:e sino quisieren desdezir, e si fuere hijo dalgo denuestado, demandele que peche quinientos sueldos,e deue gelos pechar. E si fuere otro hombre que no sea hijo da'go,peche por la deshonra que le dixo qual fuere la persona,y el denuesto,y el lugar do gelo dixo:e la quantia sea en que deue ser penado de quinientos sueldos ayuso ha vista del Alcalde.

SVMMARIVM.

1 *PÆna retractationis inter plebeios, & quingentorum solidorũ inter nobiles locum habet ex noua huius,l.ſtyli decisione.*

2 *Otalora, & Ioannes Garsia impugnantur.*

Lex CXXXI.

IN TEXTV IBI:

O dize à muger de ſu marido puta,&c.

Scholium vnicum.

7 *Hæc crimina post quinquennium obijci non possunt.*

8 *Hoc accipitur, quoad pœnam corporalem, non quoad pecuniariā.*

Lex CXLVII.

IN TEXTV IBI: *Deuelo pechar como de robo, o de furto.*

Scholium vnicum.

IVri dissentanea nō est nostræ l. decisio, quæ pœna furti, & non maiori magistratum afficit rem alienam contrectantem, ad cuius rei cognitionē breuiter præmitto aduersus iudicē, qui rem vel pecuniam alienā intercipit peculatus, item & de residuis, & furti

furti ſimpliciter iudicium dari. Peculatum Labeo definit, pecuniæ publicæ, vel reipublicæ cõtrectatione, ſeu interruptione, l. 1. & l. ſacrilegij, §. eo capite, ff. ad l. Iuliam pecul. l. vnica, C. de crimin. peculat. quibus conuenit lex 14. & l. 18. tit. 14. part. 7. De reſiduis verò crimen eſt, quando quis pecuniam publicam ad certos tamen vſus deſtinatã retinet ſibi in toto, vel in parte, l. lege, §. l. Iulia, ff. ad l. Iul. pecul. §. penult. inſtit. de public. iudici. quo crimine notatur iudex, qui cum regiam pecuniam adminiſtret, ea vtatur, & cum ea negotietur, l. 2. & 4. dicto titulo ad l. Iuliam peculat. l. 14. dicto tit. 14. part. 7. vbi Gregorius ſcholio. 1. quo reſpicit Ioan. Fabri doctrina in §. item l. Iulia peculatus, de public. iudici. num. 3. Quippequi ait, regios receptores, ſi regia pecunia vtantur ad alium vſum, quam deſtinata ſit in hoc crimen incidere: rurſus tamen ſi magiſtratus nõ publicam, ſed priuatam rem, aut pecuniam auferat, vel intercipiat crimen peculatus, aut de reſiduis nõ committit, ſed furti ſimpliciter, iuxta noſtram legem. Hic enim eſt verus eius ſenſus, & intellectus, & ei ſimile eſt Papiniani reſponſum in l. ob pecuniam, ff. de furt.
3 ibi: *Ob pecuniam ciuitati ſubtractã actione furti, non crimine peculatus tenetur*: quamuis Anton. Auguſt. emendat. libr. 1. cap. 3. mendum habere hanc literam opinetur, exiſtimat enim legendum, *nec, non pro non*, vt ſit ſenſus ob pecuniam ciuitati ſubtractam actionem furti, necnon peculatus dari, ne cõtra Papinianus, & Martianus dixiſſe videantur in l. lege Iulia peculatus, prope fin. ff. ad legem Iuliam peculat. ibi: *Sed etſi de re ciuitatis aliquid ſurripiatur, cõſtitutionibus Principũ Diuorũ Traiani cauetur, peculatus crimen cõmitti, & hoc iure vtimur.* Communis tamen aſſenſus eſt, vt Martiani reſponſum de vrbe Romana, & pecunia fiſcali accipiatur; Papiniani verò de pecunia ciuitatis, priuatæquè perſonæ, quo caſu actio furtiua tantum competit, ſicut ex noſtra lege oſtenditur, & ita interpretatur Accurſi. in d. l. lege Iulia, cui aſſentitur ipſemet Auguſti. putans, conſultos caſum diuerſum, & non contrarium propoſuiſſe: &
4 hæc eſt vera interpretatio, licet non ignorem his vocabulis, & criminibus promiſcuè vti cum ea quæ ciuitatis priuatæ ſunt publica aliquãdo dici queãt, vt Iureconſultus animaduertit in lege inter publica, ff. de verbo. ſignific. & Cicer. Philip. 12. ſcribit hæc verba: *Sextertium ſepties millies auertiſſe Antonium pecuniæ publicæ iudicauiſtis*: nũ fraude poterit carere peculatus? Et idẽ actio. 5. in Verrem: *Vectius frater tui*

tui quæstoris impudentissimū tuum furtum, certissimum q; tuum peculatum. Hisquè criminibus proximum est, & repetundarum crimen, cuius quoq; meminit textus, qui prædictis delictis, & hoc annectit in l. vltima, ff. ad legem Iuliam pecul. ibi: *Publica iudicia peculatus, & de residuis, & repetundarum:* in qua lege singulare est, & ad nostri textus intellectum animaduersione dignum, vt & contra hæredes actio detur pro his criminibus: etiã lis non esset contestata cum defuncto, vt & Accursius adnotauit ibidè verbo, *heredem*, & de horum criminum pœna, inspicièda sunt prędicta iura, & præcipuè textus in dicta l. 18. partitæ, & ibi Gregorius Lupesius schol. ii. & Petrus Gregorius in sintagmate iuris, lib. 33. cap. 19. & 20. Illud tamen non omitto, hæc crimina post quinquennium obijci nõ posse, vt probat textus in l. peculatus crimen ad leg. Iul. pecul. cui lex prædicta 18. partitæ addit, vt hoc accipiatur quoad pęnã capitalẽ, Quadrupli verò pœnã ob præfata delicta, & post quinquenniũ in magistratus irrogari posse sancit

Textus CXLVIII.

SI algun hombre fuere demandado sobre muerte, o sobre otra cosa que merezca muerte, &c. Tes a saber, que si por pesquisa, o por testigos es fallado: o alguno que es culpado en otro yerro que sea a tal que no merezca muerte, entonce emplazarlo han primero por el primero plazo de nueue dias, que venga a veer leer, e publicar la pesquisa que es hecha sobre tal yerro, en q le fallã por culpado de aquel hecho. E sino viniere, emplazarlo han por el segũdo plazo por otros nueue dias, que venga a dezir lo que dezir quisiere contra la pesquisa, e contra los dichos, e las personas q dixeron en ella. E sino viniere emplazarlo han por el tercero plazo de otros nueue dias que venga a oyr la sentencia: e sino viniere, juzgara el Alcalde lo que fallare por derecho por la pesquisa.

Lex CXLVIII.

Inspicienda sunt latè tradita in l. 50. & sequentib. quæ & huc spectant.

Textus CXLIX.

ES a saber, que si el juyzio que da algun Alcalde de algũn lugar, es reuocado por el juez de la alçada fincara el pleyto ay en la Corte ante el Alcalde de la alçada. Mas si el juez de la alçada da el pleyto por ninguno por mengua del

del Alcalde, como se falle que el pleyto no es contestado, o en otra manera: porque es ninguno el pleyto por mengua del Alcalde. Entonce puede embiar el pleyto a otro Alcalde: si ay otro Alcalde en esse lugar donde era el Alcalde que dio el juyzio. E si otro Alcalde no ay, pues por mengua del Alcalde fue dado por ninguno: puede si quisiere retener en si el pleyto, y yr por el cabo adelãte: e librarlo a audiencia de ambas las partes, e deuelo embiar a otro que lo libre: e si el pleyto es dado por ninguno por mengua de la parte, como que la demanda fue mal formada, porque no era tal la demanda porque deuiesse passar: entonce a pedimiento de la otra parte como el quisiere: e pidiere sera retenido el pleyto en casa del Rey: y embiado a los Alcaldes de aquel lugar.

Lex CXLIX.

Inspicienda sunt scholia legum, quæ sequuntur vsque ad legem 164.

Textus CL.

Otros, si alguno contra quien es dada sentencia, dize que se agrauia. E al tercero dia no demãdo la alçada, por esto no se entiende q̃ se alça, pues no dixo que se alçaua: ni le recebiran despues del tercero dia el alçada: mas si fuesse muger, o hombre simple este que se agrauio, e no se alço al tercero dia, e demanda alçada, si tiene Abogado pechara el pleyto el Abogado: e sino tiene Abogado, tomaran aquello que se agrauio: demandando la alçada al tercero dia: e tenerlo han por alçada.

SVMMARIVM.

1 *Intra decem dies appellari potest, suntquè continui, & de momento ad momentum.*

2 *Horum dierum computatio fit à die insinuationis sententiæ non à tempore scientiæ.*

3 *Intra quinquè dies appellatur iure recentiori.*

4 *Diuersitas inter appellationem, scripto, vel viua voce.*

5 *Tempus ad appellandum non potest prorogari ex litigantiũ consensu.*

6 *Contumacia procuratoris non nocet mulieri, & rustico.*

7 *Diuersitas inter intercessionẽ, prouocationem, & appellationem.*

Lex

Lex CL.

IN TEXTV IBI: *Al tercero dia, &c.*

Scholium I.

1 EX textu in authentica hodie, C. de appellat. intra decē dies appellari poteſt, qui continui ſunt, & de momento ad momentum, vt adnotauit Bart. in authentic. de
2 appellatio. in princ. Supputatio què horum decem dierum fit à tempore ſcientiæ, vt teſtatur Salicetus in dict. auth. ſed hodie, nu. 2. cui addendus eſt Cardinal. item & Felin. in cap. 1. vt lite nō cōteſtata, quib' aſtipulari videtur l. 2. tit. 23. p. 3. ibi: *Fasta diez dias dſde el dia q̄ lo ſupiere.* Greg. tñ ibi putat à die intimationis ſententiæ prædictos dies numerandos: allegatquè pro hac opinione deciſionem Rotæ 313. in antiquis, & hoc iure vtimur, lex tamen noſtra ſtyli non maiorē dilationem, quā trium dierum
3 ad appellandum præſtituit. Deinde & lex ordina. 1. tit. 16. lib. 3. intra quinq; dies appellare iubet, quę in tribunalibus inferioribus obſeruatur ex l. 1. ti. 18. lib.
4 4. Comp. In ſuperioribus verò, prædicta authent. ſed hodie cuſtoditur, cui concinit lex 22. tit. 23. part. 3. quæ ait, prædictū ſpatium accipi debere in appellatione, quæ ſcripto fit: ſi tamen viua voce appelletur, ſtatim appellandum decidit, quod de iure communi ſtatutum erat in l. litigatoribus, C. de appellatio. l. 1. §. libelli, & l. ſententia in fin. ff. eod. & illam vocem, *illico*, de qua in d. l. litigatoribus, id eſt, tota illa die interpretatur Accurſius in l. 2. ff. de appellation. Bart. tamen, iudice ſedente pro tribunali, antequā inde recedat, appellandum ait, nec totam diē expectādam, in d. §. libelli, nu. 1. qui omninò inſpiciēdus eſt, idē docuit Specul. tit. de appella. 1 §. qualiter in principio, licet Accurſium defendat Imola in d. §.
5 libelli. Et de hac viuæ vocis appellatione Macer. loquitur in l. 2. ff. de appel. ibi: *Sed ſi apud acta quis appellauerit, ſatis erit ſi dicat, Appello.* Viua eñ voce, aut apud acta appellare in idē conueniūt, iiſdemq; vocibus Horat. & alij apud Liuium lib. 1. & 2. vtūtur, quo reſpiciunt eiuſdem authoris verba, libro. 3. de Appio, ibi: *Nullo morante arreptus à viatore prouoco* (inquit) *audita vox vna vindex libertatis ex eo miſſa ore, quo vindiciæ ſemper pro libertate dictæ erant ſilentium fecit.* Et plura quæ huc ſpectant congeſsit Briſſon. de form. lib. 5. pag. 465. & ibidē verſ. porro, Accurſij opinionem admittit, putat eñ ipſo die inter acta voce appellare ſufficere: ſi autē hoc appellans nō feciſſet,

ad libellos appellatorios recurrendum erat, l. à ſententia, §. vltimo, ff. de appellatio. & hic quęri ſolet, ſi poſt hos dies appelletur, & aduerſarius non oppoſuerit, imo ſciens tacuerit, & ſententia lata ſit, an ſit ſubſtinenda ex prædicto litigatorum conſenſu an vero nullitatem habeat, & ſanè Bald. in d. auth. hodie tempus appellationis etiam ex litigatorum aſſenſu prorogari nequire contendit, & ideo ſententiã ipſo iure nullam eſſe cui aſſentitur Greg. in d. l. 22. ſchol. 5. per text. in Clemen. ſi appellationem de appellation. & in authen. ei qui, C. de tempo. appellatio.

IN TEXTV IBI:

Muger ò hombre ſimple.

Scholium II.

6 IN vltima parte inquit lex cauſi dici, & procuratoris, contumacia ſiue negligentia tèpora appellationis fuiſſe finita, quo caſu hanc deſidiam mulieri, minori, & ruſtico, non nocere decidit, quod & Bald. & Ang. adnotauerũt, in l. vbi exigitur in princip. ff. de æ ſed. & docet Grego. Lup. in l. 9. tit. 23. p. 3 ſch. 2. ad fi.

IN TEXTV IBI:

E tenerl'o han por al'çada.

Scholium III.

7 QVando finita ſunt appellationis tempora, & ex aliqua iuſta cauſa grauamen ſentiens auditur, appellatio non poteſt hoc caſu propriè nuncupari, vt noſter text. optimè conſiderat, quoad effectum tamen appellatio eſt, propriè vero interceſsio vocabitur, quæ tunc dicitur quando ille, qui nõ admittitur appellans ope tamẽ exceptionis auditur: ſunt itaq; qui autumant inter appellationem prouocationẽ, & interceſſionẽ diuerſitatẽ conſtitui, nempe, vt interceſsio ſit, illa, cuiusmeminimus appellatio verò inter æquales, prouocatio tamẽ, quando inæquales litigatores ſunt, quã diſtinctionẽ, ſolus, quẽ viderim tradit Glareanus in annotationibus ad liuiũ lib. 3. decad. 1. formulã, itaq, appel. fuiſſe, *prouoco*, vel *apello*, Author eſt Barnab. Briſsin. de form. libr. 5. pag. 465. verſ. *Cæterũ*, de interceſſione tamẽ, cũ remediũ extraordinariũ eſſet, nihil cauebatur antiquitus

Textus CLI.

AQuel q̃ ſe al'çupara caſa del Rey ſea tenido de ſeguir el al'çada, e ſi no la ſigue haſta el tiẽpo pueſto, ſegũ dicho es de ſuſo en el titulo de los emplazamiẽtos en la ley q̃ comiẽça. Otroſi, el q̃ es emplazado, o ſi viene al plazo a ſeguir la al'zada, e ſe va de la Corte ſin ſu mãdado del alcalde q̃ oye la alzada por tãto tiẽpo a viſta del Alcalde q̃ finca por el de no ſeguir la alçada, maguer vẽga deſpues, e la quiere ſeguir ante q̃ la parte oviesse carta del Rey, q cũplieſſe el juyzio dado aſſi, finca el juyzio de q̃ ſe alço firme, pues dexo de ſeguir la alçada. Otroſi,

 aquel por,

por quien fue dado el juyzio, no es tenido de seguir la alçada que el su contrario fizo. Y el Alcalde si el que se alça sigue el alçada, deue ver la alçada, è librarla segun fallare por derecho. Pero si el que se alço pusiere ante el Alcalde de la alçada razones de nueuo que se ayan de poner demas de las que vienen en el processo de la alçada, entonce el Alcalde que oye la alzada, deuelo hazer saber a la parte por carta de emplazamiento de como su contrario pone razones de nueuo, en que el es menester que venga à oyrlas, e seguir su derecho: è si el que se alza viene à seguir el alzada, e adolesce en el camino en guisa que viene despues del plazo, e quiere prouar, e traer testimonio de como adolescio, el Alcalde deuelo hazer saber a la parte que venga a oyr la escusa, que este que se alzo pone por si: y el testimonio que muestra, o quiere mostrar en esta razon, e la costa para gelo fazer saber deue la dar el que adolescio, o que pone razones de nueuo, porque han de embiar à emplazar.

SVMMARIVM.

1 *Appellationibus prosequẽdis modus positus est.*

2 *Sexaginta dies dati sunt, ad prosequendam appellationem.*

3 *14 dies citra portus, et 40. vltra portus iure Regio recentiori dantur.*

4 *Dilationes ad prosequendam appellationem diuersa fuerunt.*

5 *Tempus prosequendæ appellationis non prorogatur à litigatoribus,*

6 *Iudex à quo potest, diem designare ad appellationẽ prosequendã,*

7 *An sit diuersitas inter dum a lege, & à iudice datum.*

8 *Terminus à iudice prorogari potest.*

9 *Per lapsũ termini in causa criminali an appellatio deserta reddat.*

10 *Appellanti subuenitur, quando eius iusto impedimento, vel procuratoris sui tempus prosequendæ appellationis finitum est.*

Lex C L I.

IN TEXTV IBI:

Sea tenido de seguir el alçada.

Scholium Primum.

1 Cum lex, quæ præcessit de appellatione verba fecisset, hæc de ea prosequenda agit, & fori legem refert in qua modus appellationibus prosequendis positus est, omni enim iure vincenti succursum est, diei præfinitione intra quem victus appellans appellationem prosequeretur, vt præscindãtur litiũ tẽpora tex. in auth. de iudi. §. appell. col. 7. lex. 1. C de tẽpor. 2 appel. l. 23. tit. 23. p. 3. vbi sexaginta dies appellanti præstituuntur ad sequendã appellationẽ iure tamen recentiori citra portus. 15. dies vltra portus 40. designãtur 3 l. 8. tit. 16. lib. 3. ordin. l. 2. & 5. tit. 18. lib. 4. Cõpil. itaq; quãuis à iure ex causa duo menses darẽtur, iuxta prædicta iura, itẽ & plures in alijs negocijs habita ratione iudicũ, vel loci vbi appellatio sequenda erat, l. 2. l. cum antiquioribus, C. de tempo. appellatio. & in

& in alijs daretur annus,& bienniam,& non amplius,l.2. & authent.ei qui,C.eod.titul.cap.cũ ſic Romana de appellatio. om-
4 nes tamen dilationes hæ quæ in iure diuerſæ fuerunt, ſecundum prædictam Compilationis legẽ accipi debent,ita vt 40.dies non egrediantur alioquin enim appellatio deſſerta fit,vt ibidem cauetur,& de iure communi in lege negotiorum,§.final.de appellatio.non tamen finiendæ appellationi prædicti dies dati ſunt, hoc enim ad iudicem, ad quem ſpectat,ſed ſolum intra eos iudicio ſuper eſſe debent litigatores,qui appellarunt iuxta prædictam,l.8.ordinam. & ſecundam nouæ Compilatio.nec hoc proſequendæ appellationis tempus à litigatoribus prorogati poteſt,eorum enim conſenſus ni-
5 hil operatur,vt Accurſius communiter receptus docuit in leg. propetandum in principio,C. de iudic.ſicut,& in tempore ad appellandũ ſuperiori lege oſtendimus, quod apartibus differri non potuit hæ enim dilationes
6 appellandæ,& proſequendæ,litis fatales ſunt,ideoq́;interitum inferũt cauſæ,ſi dies labatur,hęc tamen iura ſic accipi debent,nẽpe ſi iudex diem appellanti non ſtatuat,permittitur enim Magiſtratui,aquo,diẽ pręfigere,quod vtroq; iure ſtabilitum fuit,c. ex inſinuatione,c.ad hæc de appellatio.cap. cum cauſa de re iudicata,prædicta lex.2.titul.18.lib. 4.nouæ collectio.Matant.titul. de appellatio.nume.194.&.401. Abbas in cap. perſonas vlti.notabil.Felin.primo de appellatio. Gregorius Lupeſius in dict.leg. 23.ſcholio.1.Rota antiqua deci-
7 ſion.485.in fin. Caſsiod. deciſ. 4. titul. de appellatio. non nulli tamen intereſſe putant inter diẽ à lege, vel à iudice datum hunc enim Magiſtratus ſtatuere non poteſt,niſi appellationi deferat, & eodẽ contextu nulloquè alieno actu inter mixto diem appellationi proſequendæ deſignauerit, vt animaduertit Octauian. Veſtrius in Roma.Aulæ actionem,lib.7.c. vlt.nu.3.verſiculo dixi,ibi:*Dixi quoq́ eodem contextu, quia ſi iudex à quo,primo dẽferat appellationi,nec alias tunc terminũ præfigat,nõ poterit poſt modum ex interuallo terminum appellanti præfigere,* hanc tamen opinionem non ſe-
8 quitur Nicola. Antonius Grauatius in eius additio litera B. numer.24.Nec puto veram eſſe cum iura,non diſtinguant:hâcquè dilationem à iudice prorogati poſſe commune placitũ eſt,etiã inuito, & renittente appellato cuius interſit prorogationẽ non fieri,vt Franc. voluit in d.c.perſonas,& in capite ſępe de appell.& in c.cũ appellationibus,eodem titulo libr.6. in §. ſi verò,& plures refert,& ſequitur

Lex CLII.

IN TEXTV IBI:
E afronto á eſte perſonero.

Scholium Vnicum.

1 RAtio autem ea eſſe poteſt: nam & citatio à procuratore poteſt, incipere præſertim in his, quæ leuis præiudicij ſunt, vt in litera noſtri tex. ita enim concilianda eſt, hæc cõtrouerſa opinio, vt putãt plures referens Octauianus Veſtrius in Romanæ Aulę actionem, lib. 4. c. 3. nu. 2. & ibi Nicolaus Antonius in anotationib⁹, nu. 10. alioquin enim ſatis eſt, ipſum reum in ius vocare? contumacia enim procuratoris domino nõ officeret, Bar. in l. quáuis, ff. de damn. in fect.

Lex CLIII.

OTroſi, porque los Iudios han priuilegio de los Reyes, que en las ſus deudas quando las demandan que no aya alçada para el Rey: es à ſaber que ſi el juyzio ſe da ſobre la deuda no aura el alçada, mas dara el juez traslado de todo el juyzio, è de todo lo al que paſſa en el pleyto que lo mueſtre al Rey, la parte contra quien fue dado el juyzio, y el Rey mande ſobre ello lo que tuuiere por bien: mas ſi el Alcalde diere juyzio ſobre otra coſa que nazca en el pleyto, è la parte que ſe touiere por agrauiada ſe alçare, dar le deueu el alçada para el Rey: è ponerle plazo a las partes à que la vayan a ſeguir.

Lex CLIII.

Inſpiciendæ ſunt, leges. 83. & 84. & lex. 151. ſupra.

Textus CLIIII.

SI el Alcalde que oye el pleyto por alçada da el pleyto por ninguno, maguer no ſuzgue biẽ, ſi la parte, o el perſonero no ſe alça finca el juyzio e vale, mas ſi juzga el pleyto por alguno, e no lo es, maguer no ſe alçe no vale tal juyzio ſi fuere fallado que es ninguno. (a lo que es ninguno no lo puede fazer alguno.

SVMMARIVM.

1 *SEntentia nulla appellationem, non deſiderat.*

2 *Dum agitur de nullitate non labuntur tempora appellationis.*

3 *Nullitas. iudici cognitionem nõ interdicit.*

4 *In Gallia primus iudex de nullitate non cognoſcit, ſed & de ſententia nulla appellandum eſt.*

5 *Nullitas de iure communi, perpetuo opponi poterat.*

6 *Iure partitarum intra 20. annos opponitur nullitas.*

7 *Iure Compilationis intra 60. dies.*

Lex CLIIII.

IN TEXTV IBI: *Maguer no se alçe, no vale tal juyzio, &c.*

Scholium vnicum.

1 ANteriora iura de sententia, appellatione, & eius prosequutione tractant diesq; condemnato ad appellandum, & prosequendum statuũt. Quod accipi, lex præsens declarat in sententia valida, si tamen nulla sit, ad eius rescisionem appellatione nõ esse opus decidit, & similis decisio est in l.4. titul.
2 26.p.3. Quinimò dum super nullitate lis pendet tempora ad appellandum præstituta non labũtur, secundum Bald. in l. contra maiores, C. de inoffi. testam. Angel. in l. Paul. §. hæres, nu.2. ff. de vsur. & late tractat Couar. pract. c.24.nu.7.& 8. Diegus Per. in l.2. titul.5. lib.3. ordinam. schol.1.& diuersitas est inter ipsam, & ap-
3 pellationem. Hęc enim apud iudicem ad quẽ agitatur, nullitas vero cognitionem primo iudici non interdicit, c. fraternitatis, de frigid. & maleficia. l. vlt. C. de sentent. quæ sine certa quantitate, l.1. C. de sentẽ. & interlequuto. omni. iudic. & ibi Bart. Paul. & DD. cõmuniter, & Lanfranc. in c. quoniam contra, nu.54. de probatio. & probat de iure Re-
4 gio textus in l.2. d. tit.26.p.3. In Gallia tamen, primus iudex de nullitate non cognoscit, sed superior adeundus est, vt testatur Rebuf.3 tom. ad ll. Regni, tit. de sentent. art.3. glo.1. nu.16. quo in Regno decisio nostrę legis locũ non haberet, cum & à sententia nulla opus sit appellare, ita vt si non appelletur, firma sit, contra nostri textus sententiam, vt tradit Guid. Pap. decis.436. nu.54. quem allegat Petr. Greg. in syntag. lib.50. c.2. n.14. & Rebufum Azeued. in l.2. tit.17. lib.4. Cõp. nu. vlt. quod Gallię statutum cõfirmari videtur ex Paul. resp. in l. *Camilla Pia*, ff. de iure patro. in illis verbis: *Camilla Pia a Hermogene appellauerat, quòd diceret iudicem de diuidenda hæreditate inter se & cohæredem, non tantum res, sed etiam libertos diuisisse: nullo enim iure id eum fecisse placuit, nullam esse libertorum diuisionẽ*: ecce ergo tex. vbi à iudice ad quem de nullitate in appellationis iudicio cognitum fuit, & pronuntiatũ, cum à sententia nulla appellatũ esset Puto, itaq; hallucinatum fuisse Petrũ Greg. vbi supra, qui ex prędicto Galliæ vsu ius ciuile abrogari firmat, cum in eius confirmationẽ prædictã pulchram Pauli decisionẽ habeamus, ad quam nec Petrus, nec Rebusus supra re- 5
lati animaduerterũt. Et sane hęc nullitas de iure cõmuni perpetuò opponi poterat, l.1. vbi scribẽtes, C. quãdo prouocar. nõ est necesse. itẽ & iure partita. ex l.4.

dict.

d.tit.26. Et ſi ſententia lata erat per falſos teſtes, & inſtrumenta intra viginti annos de eius retractatione agebatur, l.2.d.titul. 26.l.13.tit.22. part.3. vbi Greg. ſchol.7. & tanquam nullam primus Magiſtratus reſcindere poterat. vt impredictis iurib⁹ cauetur. Iure tamen recentiori intra 60. dies de nullitate agendum eſt, l.2. titul.17.lib.4. Compil. & plura huius rei ibi congerit Azeuedo Auend. in declaratione, l. 4.&.5.tit.de exceptioni.lib.3. ordinam.n.58. Diegus Perez in l.2. tit.15.lib.3. ſchol.1. Bătiũquè, & alios innumeros authores cuiuis obuios, qui hăc vulgarē nullitatis materiā ſatis extendũt cõſulto prętermitto ad cognitionem enim noſtrę legis prædicta tātū adnotaſſe arbitratus ſum.

Lex CLV.

Otroſi ſi alguno viene á querellar del Alcalde que no quiere dar alçada del juyzio que dio cōtra el, del qual juyzio ſe alço, el Rey lo deue embiar á mandar que gela de ſi el moſtrare como ſe alço, e que le de las coſtas de quatro dias de morada: e de tantos de yda, e de tantos de venida, ſegun fuere el lugar donde es. Pero ſi en razon de las coſtas algo quiſiere dezir, que ſea ante el haſta a tal dia, o dezir lo que dezir quiſiere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationi deferre adſtringitur.*

2 *Appellatio, & eius auxilium ad quid ad inuentum.*

3 *Appellatio eſt ius ſpeciale aduerſus iudicis ſententiam.*

4 *Appellationis auxilio damnato conſultum eſt in non nullis iuribusque referuntur.*

5 *Sētētia iudicis à quo, ſæpe cōſeruata fuit in legibus quæ referuntur.*

6 *Lex noſtra in expēſis cōdemnat magiſtratū qui appellationi nō defert ius tamen cōmune, 30. libris auri.*

7 *Maior pœna imponitur iure par titarum.*

8 *De pœna iudicis iniuriam inferentis appellanti.*

Lex CLV.

IN TEXTV IBI:

Que no quiere dar alçada.

Scholium Primum.

1 IVbet hæc lex, Magiſtratū, vt appellationī deferat, & nihil aliud ex tota eius ſeriè colligitur, & idē de iure cōmuni ſtatutū eſt in l. quoniā iudices. l. iudicibus, l. immunitas, C. de appella. l. lege Iulia, ff. ad l. Iuli. de vi pub. & iure partit. l.4.tit.10.p.7. Et quidē

2 merito, cū appellatio admodum neceſſaria ſit, l.1. ff. de appellatio. eiuſquè remedium ad præſidium innocentiæ adinuentum caput cum ſpeciale, §. porro de

de appellatio.& ne via precludatur defensioni, quæ iuris naturalis est Clementina Pastoralis, de re iudicat.& vt merita causæ exactius excutiantur, l. 1. l. addictos, C. de appellatio. l. addictos
3 de Episcop audient. Est què appellatio speciale ius aduersus sententiam iudicis, & eius rigorem: nam quamuis pro ea præsumptio
4 sit, sæpe verò iniusta est, & reuocatur: & sic hoc appellationis auxilio damnato consultum est, vt cernere licet ex Paulo in l. maritus, ff. de quæstionibus, & ex Papiniano in l. Offidius, ff. de leg. 3. & ex Seuero Imperatore in l. 1. C. de appellat. & ex Diocletiano in l. hi qui, C. de appellat. & ex Alexandro in l. 1. C. si vni ex pluribus, & in l. 2. eodem titul. & alibi sæpe vbi sententia retractatur, & rectè prouocatum dicitur
5 In alijsquè iuribus sententiam conseruari, legi, nempe in l. vltima prope finem, ff. quod cum eo, qui in aliena pot. & in l. Romanus Appullus, ff. de tutoribus, & cur. datis ab his, & in l. tutor, ff. de vsuris, & in alijs innumeris I. C. responsis: cum igitur lites hoc appellationis remedio melius excutiantur litigatoribus consulens lex nostra Magistratus iubet, vt appellationibus deferant, nulloquè alio egemus scholio ad eius cognitionem.

IN TEXTV, IBI: *E que le de las costas.*

Scholium II.

6 LEX nostra in vltima parte, Magistratum, qui appellationi non defert, in expensis tantum condemnat, mitisquè profectò est, grauior enim pœna de iure communi ei imposita fuit, quo triginta librarũ auri coertione coercetur iudex prouocationem denegans, l. quoniã iudices, C. de appellatio. quam pœnam non video præstitui legibus partitarum, sed aliam grauiorem, vt constat ex l. 4. tit. 10. part. 7. quæ iudicem appellationi non deferentem, pœna, l. Iu-
7 liæ de vi plectit, sumptaquè illa lex est à textu in l. l. Iulia, ff. ad l. Iuliam de vi publica, iure tamẽ recentiori iudici iubetur, vt appellationem suscipiat, nulla tamen pœna irrogata, vt patet ex l. 12. titul. 16. lib. 3. ordinamenti, l. 12. titul. 18. lib. 4. Compil. pœna enim, quæ ibi statuitur aduersus iudicem non quod appellationi non detulisset, sed quòd
8 conuitiũ dixisset irrogatur. Graui enim pœna afficiebatur Magistratus, qui appellantem in carcerem cõjiceret, percuteret, aut occideret, vt probatur in dict. l. lege Iulia, & in dict. l. 4. partitæ, quæ tamen conuitij non meminerunt, prædictæ itaquè leges ordi-

ordinamen.& Compil. Et pœna affici iudicem, qui verbo iniuriam infert decidunt, inspicienda què est lex.26.titul.23.3.part. vbi Gregorius & idem in dicta lege.4.scholio.1.& 2.

Textus CLVI.

Otrosi, si los que vienen a la Corte del Rey à seguir alguna alçada, ni son de alueñe mas de dos jornadas no pueden alegar las ferias que son dadas por razon de coger el pan, y el vino que no son por honra de los Sãtos, è los Alcaldes librã las alçadas: mas si son de acerca, assi como dos jornadas, o si el pleyto es començado de nueuo en casa del Rey que no sea por alçada, en este caso maguer sean aluẽne, darle han ferias si las pidiere. E si son las partes de acerca, en la alçada, maguer sean las razones encerradas e plazo puesto para oyr sentencia, podra la parte demandar ferias, e deuen gelas otorgar las que vinieren despues.

SVMMARIVM.

1 *AN iudex appellationis ferias concedere possit.*

2 *In Regijs auditorijs, feriæ non conceduntur.*

3 *Feriæ messium, & vindemiæ in iudicio appellationis non dantur, aliæ verò sic.*

4 *Quæ sint feriæ menstruæ, & nonnulla de ferijs.*

5 *De ferijs annuis tractatur.*

6 *De ferijs conceptiuis, siue legitimis agitur.*

7 *De ferijs statis tractatur.*

8 *Feriarum quatuor sunt genera, statiua, conceptiua, imperatiua, aut nundinæ.*

9 *His et feriæ præcidaneæ addũtur.*

10 *De ferijs ob dei honorẽ tractatur.*

11 *Etiam partiũ consensu iudicium non datur in ferijs ob dei honorẽ.*

12 *Confessio debiti in die feriata facta non valet.*

13 *De festorũ dierũ apud veteres obseruatione, non nulla adnotantur.*

14 *Hoc vocabulum præcias, quid significet.*

15 *Per præconem denũtiabatur, vt opifices in diebus festis ab opere abstinerent, & contra faciens multabatur.*

Lex CLVI.

IN TEXTV IBI: *Vienen à la Corte à seguir alguna alçada, & ibi, no pueden allegar las ferias, &c.*

Scholium Primum.

1 IVdicem appellationis & ferias concedere debere, si litigatorum domicilium parum distaret à loco vbi ius redditur, sancit lex nostra, quod ea forsam ratione statuit: nam si longè distarent liti-

gatores, dilatione præmerĕtur, in commodum itaquè eis feriæ afferent contra decisionem, textu in authentico de iudicijs, §. appellationes, colatione.7.&eadem, si quid iudico, ratione prædictæ feriæ non conceduntur.

2 In Regijs Auditorijs nostri Regni, vt docet Grego. Lup. in l.37. titul.2.part.3. scholio.2. sicut & in curia Romana, non seruari, similiterquè nec in curia Regis Galliæ, vt venientes de longinquis partibus citius expediātur, docet specular. titul. de ferijs, §. 1. ad finem, & prædicta superiorum tribunalium huius Regni praxis ortū forrasis habuit ab hac nostra styli lege, quanuis ad eam nō soleat animaduerti, nec Greg. meminit vbi supra.

IN TEXTV IBI: *Que son dadas por razon de coger el pan y el vino.*

Scholium I I.

3 Ferias, quas vetat textus noster in appellrtionum litibus, illæ sunt, quæ messium, & vindemiæ nuncupantur, de hisquè senserunt specul. & Gregor. in locis supra citatis, quas

4 puto à veteribus, *Ferias mēstruas*, nūcupatas, vt testatur Varro lib. 5. de lingua Latina, quò respiciunt Arnobij verba libr.7. aduersus gentes, ibi: *Lauatio Deum matris est hodie: Iouis epulū cras est. Æsculapij geritur, celebraturq́, vindemia, lectisternium Cereris erit Idibus proximis telluris natalis est*: Ad messiū; ferias illud Plinij pertinet lib.8.c.3. *Augurio*, inquit, *Canario agendo dies constituantur prius quam frumenta vaginas exuant, & antequam in vaginas peruēniant*, & harum menstruarum feriarum meminit, text. in l.37. titul.2.p. 3. ibi: *E estos son dos meses*, aitquè prædicta lex iudicem cum fructus eodem tempore vbiquè nō colligantur, statuere debere ferias prędictas loco, & tēpore cōgruentibus, & hinc intelligi existimo Ciceronis locum lib.1. de diuinatione docentis, præconē edicere solere feriarum tempus, quo litibus, & iurgijs abstineretur, cum dies, nempe certa, statui nō potuisset proinde Ouid. lib. 1. fastorum de ferijs Calendarū Ianuarij agēs scribit hos versus.

Lite vacent aures insanaque protinus absint.
Iurgia, differ opus liuida lingua tuū:

Et Martialis lib.10. Epigr.9. ait.

Natalem colimus tacete lites.

Et Liuius lib.38. de Scipione scribit hæc verba: *Hodie tribuni plebis vosque quirites cum Hannibale, & Cartaginensibus signis collatis in Africa, benè ac fideliter pugnaui, itaque hodie cum litibus, & iurgijs supersedere æquum sit, ego hinc ex templo in Capitolium ad Iouem optimū maximum Iunonemq́, ac Mineruā, cate-*

cæteroſq; deos, qui capitolio, atq; arci præſident ſalutādos ibo: quo circa Cicero in his, quas ædit legibus, hoc caput ponit lib. 2. *Ferijs iurgia amouento.* Itaq; ſi aliquis conueniretur, legitima exceptio erat, ſi de vindemialibus ferijs opponeretvt adnotauit Aulus Gellius lib. 16. c. 4. in illis verbis: *De inde ita concipiebatur ius iurandum vt adeſſent his additis exceptionibus, niſi harunce aliqua cauſa erit, funus familiare, feria vindemiales, &c.* & de ferijs æſtiuis mentionem facit idem author lib. 9. c. 15. aliæq; feriæ apud antiquos non *Menſtrua*, ſed, *Annua*, appellabantur:
5 quippe cum quotannis concederentur, quarum meminit Varro dict. lib. 5. de lingua Latina *cōpitalia* nuncupans, & quibus verbis à prætore conciperentur. tradit Aul. Gellius Noct. Atic. lib. 10. c. 24. ibi: *Die noni populi Romani quiritibus compitalia erunt, quando concepta fuerint nefas*, quæ verba pretoris expōnēs ipſe author ait: *Hac verba die noni prætor dicit non die nono neq; prætor ſolum, ſed pleraq; omnis vetuſtas ſic loquuta eſt:*
6 Et feriarum *conceptiuarum*, meminit Macrobi. lib. 1. ſaturna c. 4. quas ferias *legitimas*, nūcupat Ouid. Faſto. 2. ibi.

Curio legitimis tūc fornacalia verbis
Maxim' indicit, nec ſtata ſacra facit

7 Hæq; feriæ, quæ in hoc verſu ab Ouidio *ſtata* vocantut, à Varrone libr. 5. linguæ Latinæ, & à Macrobio lib. 1. ſaturnal. c. 16. appellantur ſtatiuæ: feſtus autē lib. 6. ſicut & Ouidi. *ſtatas* vocat, quod certo ſtatutoq; die obſeruarentur, & ſic intelligūtur illi eiuſdem Ouid. verſus faſtorum 1. qui ſic ſe habent:

Terquater euoluiſignātes tēporafaſtos
Nec ſementina eſt vlla reperta dies
Cum mihi (ſenſit enim) lux hac indicitur inquit.
Muſa, quis à faſtis non ſtata ſacra petis?
Vtq; dies incerta ſacris, ſic tēporecerto
Seminibus iactis eſt, vbi fœtus ager.

Vt ſingulariter interpretatur Tiraq. in Alex. libr. 5. c. 7. litera B. verbo, *Cum enim feriarum*, nec
8 omittēdus eſt ipſius Alex. ab Alex. locus d. c. 7. qui ferias diuerſis nominibus nuncupat, verbis ſequentibus: *Cū enim feriarū quatuor eſſent genera, ſtatiua, cōceptiua, imperatiua, & nundinæ: ſtatiuæ antē fuerūt, quæ ſtatis diebus, ac mēſibo ſeruabātur veluti Saturnalia, Lupercalia, Agonalia, cōceptiuæ, quæ in diē certā à Pontifice, vel Magiſtratu cōcipiūtur, quemadmodū Latinæ, ſemētinæ Paganalia, vel Cōpilatia: imperatiuæ, quas conſul prætorue, aut Pōtifex maximus pro arbitrio indix t: nundinæ verò ſemper paganorū habitæ ſunt feriæ.*
9 Et de his quatuor feriarū generibus authore ſuppreſſo mētionem facit Petr. Grego. in ſyntag. libr. 2. c. 16. num. 3. & his ferias præcidaneas addit Aul. Gellius lib. 4. c. 6.

IN TEXTV IBI:
Por honra de los Santos.

Scholium III.

10 DE alio feriarũ genere agit, text. noster de his scilicet, quæ ob dei honorem intro ducta fuerunt, hę enim maioris considerationis sunt; itaq; & iudicem appellationis has ferias concedere debere statuit, lex nostra, cum etiam litigatorum assensu iudicium fieri vetetur, in
11 his solemnibus diebus; & si fiat nullum redditur, quamuis aliter dispositum sit, in ferijs anterioribus vindemiarum, & messiũ in quibus ex litigatorum cõsensu iudicium datur, c. vltimum de ferijs, l. 34. tit. 2. p. 3. & adnotauit Accursius in l. omnes dies, C. eod. & ideo merito ambigit, Alber. in prædicta l. de statuto permittente in diebus his solemnibus, lites agitari, & idem author ibidem ad finem asserit confessionem debiti, à debitore factã
12 in die feriata ad honorem Dei, non valere, nec prę iudicium afferre confitenti, quod profecto est notabile, & Gregor. refert in d. l. 34. titu. 2. p. 3 schol. vlt. quæ- quæ hæ feriæ sint recensentur à prædicta lege. 34. & de illis feriarum generibus, quorum meminimus *statiuarum genus*, ad Dei honorem pertinet, cum anni certis *statis, & renouatis*, contingant diebus, vt in d. l. 34. ad notatur, & de iur. com. in d. c. fin. de ferijs & in l. dies festos, C. eodem, & in c. fin. de iudicijs, & in c. placita
13 15. q. 4. nec præter mittendæ etiã sunt, apud priscos festorum dierum obseruationes, vt videre licet, apud Ciceronẽ lib. 2. de leg. ibi: *Feriarum festorumq́ dierum ratio, in libris requiem habet litium, & iurgiorum*, quin etiã ferijs publicis, ante flamines quosdam incessisse, qui opere abstinere monerent; Sext Pompo, lib. 14. testatur in illis verbis: *Praclamitatores dicuntur, qui flaminibus diali Quirinali Martiali antecedentes exclamant ferijs publicis, vt homines abstineant se opere, quia his, opus facientem videre irreligiosum est*, & codẽ loco scribit sequentia, *Pracias dicebant, quia à flaminibus præmittebãtur, vt denuntiarent opificibus, manum abstinerẽt, ab opere ne si vidissent sacerdos facientem opus, sacra pollue-
14 rentur*, quæ verba, vt bene percipiantur animaduerto, *pracias*, ex allusione dici idest, *præcoquas*, quod cito maturescant colum. lib. 3. c. 2. Et hinc illud Vergilij, *purpureæ praciæq́, &c.* nisi fortassis illud vocabulum *pracias*, referatur *Ad ferias pracidaneas*, de quibus supra egimus, vt ostendere videntur Aul. Gelij verba d. lib. 4. c. 6. in fin. ibi: *Feriæ pracidaneæ in atrum diẽ in augurata sunt, collegiũ decreuit, non habẽdum religioni, quin eo dii feriæ pracidaneæ essent*: & ad prædi-

prædicta alludit Vergilij versus 1 Georgi:

Quippe etiam festis quædam exercere diebus.

Vbi seruius multa non contẽnenda, tradit, in versiculo, *sunt etiam aliqua, &c.* & Macrobi.lib. 1. Saturnal.c.16.scribit, *Præterea Regem sacrorum flaminesq́ non licebat videre ferijs opus fieri, & ideo per præconem denuntiabant, nequid tale ageretur, & præcepti negligens mulctabatur*, & ex Plutharco, & alijs innumera recenset Brison. de formulis, lib.1.pag.119. Petr. Greg.in syntagm.lib.2.c.16.per totũ, Alex.ab Alex.geniel.dier. lib.5.c.7. & lib.3.c.18. Plutarch. problemat.c.23.Macrobi. lib.1. Saturnal.c.15.& 16.Varro lib.2. & 5.linguæ Latinæ, Plinius lib. 18.c.3.Festus Pompei.lib.3.6.& 12.Dionisi Hallicarnas.lib.4.Aulus Gelli.Nocti.Aticar.c.24.lib. 10.& lib.4.c.6.& lib.9.c.15.Tiraquel.in Alexand.in prædictis locis Arnob.libr.7.aduersus gentes Liuius lib.38.

Textus CLVII.

OTrosi, en pleyto de las alçadas en casa del Rey el personero de la alçada: maguer en la personeria del pleyto no le ouiesse dado poder para seguir la alçada: recibenlo por aquella personeria à seguir la alçada.

SVMMARIVM.

1 *PRocurator ad lites prouocare potest, & si ad appellandum mãdatum non habuerit.*

2 *An per diffinitiuam sententiam mandatum expiret.*

3 *Refertur, et improbatur intellectus quem non nulli assignant, ad nostra legis literam.*

4 *Verius est in distincte appellari posse, sine speciali mandato, siue lis in curia, siue alibi vertatur.*

Lex CLVII.

IN TEXTV IBI: *En casa del Rey,*

Scholium unicum.

1 SEntentia huius legis est, procuratorem ad litem constitutum prouocare posse, à sententia contra Dominum latã, & si ad appellandum mandatum non habuerit, quæ uerba trans-
2 cripsit lex nostra, à text. in l.tertia, titul.23.part.tertia, & ratio dubitandi huius sentẽtiæ, ea esse potuit finitum enim videtur mandatum per diffinitiuam sententiam, argument.text.in l. inuitus, C. de procurator. Rursus quia huic legi, & prædictæ legi partitæ obstare videtur, l.23. titulo quinto eadem partita: sunt itaquè non nulli, qui existimarunt, (vt correctio euitetur) hanc

hanc legẽ ſtyli, & prædictã legẽ tertiam accipi, quando lis vertitur incuria Regis iuxta illa verba, *En caſa del Rey*, & hãc opinionẽ refert, & non ſequitur Greg. Lup. memor huius noſtræ legis in prædicta l. 3. ſchol. 2. Sed verius eſt, in diſtinctè accipiendam noſtri text. concluſionem, vt ſiue incuria, vel alibi lis ſit procurator appellare poſsit, licet in mandato de appellatione, nihil dictum ſit, & alia quæ huc attinent, latè tractaui in legibus anterioribus, & ideo hic referre nõ erit congruens.

Textus CLVIII.

SI alguno ha pleyto, y en la demanda puſo muchos articulos, e juzga el Alcalde ſobre vn articulo: y ante que viniesſe a juzgar ſobre los otros articulos, o ſobre las penas en que auia caydo que le demandauan, ſe alço, en caſa del Rey aſsi lo vſan, en esſa hora que ſe asſento el Alcalde para juzgar, maguer ſe alço la parte ſobre vn articulo que el Alcalde juzgara, e ſobre los otros articulos. E otroſi ſobre los frutos, e las rentas, e las coſtas juzgara, e ſobre los otros articulos el Alcalde en todo esſe dia: maguer ſe aya la parte alçado. Pero la Santa madre Igleſia guarda el contrario deſto.

SVMMARIIVM.

1 *IVdex à quo ſuper vno articulo appellatum ſit, ſuper alijs ſententiã proferre poteſt.*

2 *Prima inſtantia non finita iudex ſecundæ inſtantiæ pronũtiare nequit.*

3 *De diuerſitate inter incidentem, & emergentem quæſtionem.*

Lex CLVIII.

IN TEXTV IBI: *Y en la demanda puſo muchos Articulos.*

Scholium vnicum.

1 SEntentia hujus legis eſt iudicem, à quo ſuper vno articulo appellatũ fuit; ſuper alijs ſententiam dicere poſſe rationẽ autem eam eſſe puto: nã de qua re cognouit iudex pronuntiare quoquè cogendus eſt vulgar. l. de qua re. 74. ff. de iudicijs, cap. cum ſuper de cauſ. poſſeſ. & proprie: itaquè ſi actor ſuper pluribus articulis actionem intẽderet, vt oſtẽdunt verba noſtri textus, illi de quibus iudex ſententiam non tulit ommiſsi cenſentur, & ſic inſtantiam non faciũt
2 lex in hoc iudicio, ff. familię herciſcund. prima itaquè inſtantia non finita, iudex ſecundæ inſtãtiæ, pronuntiare non poterit, vt noſtra

nostra lex statuit, quę iuri admodum procliuis est, solita tamen breuitate ad huius legis intellectum animaduertendum est, regulariter articulū, aut quæstionem, de qua agitur incidentem, aut emergentem esse, si incidens fuit quæstio, & opposita in modum exceptionis, non opus est expresse super ea pronuntiari tacitè enim sufficit, aut fuit emergens, & per se principalis, & tūc expressam sententiam desiderat absoluendo, vel damnando, aliter enim non potest dici iudicatum esse, glo. Magistral. in d. l. de qua re, vbi latè Scribentes, & litera nostri text. minorem difficultatem habet, supponit enim litem cōtestatam principaliter, apud iudicem à quo, super omnibus articulis, absquè dubio, itaquè de omnibus pronuntiare debebit, succedit enim, regula textus in lege, vbi 30. ff. de iudicijs, ibi: *Vbi acceptum est, semel iudicium, ibi, & finem accipere debet.*

3

Textus CLIX.

OTrosi, al que es puesto plazo que vēga à tomar la alzada, sino viene a tomar el alzada al dia que fuesse puesto a que la viniesse a tomar, y otra escusa derecha por si no ha, no le deue dar el alzada.

Lex CLIX.

Inspicienda sunt scholia legis. 151. quæ huc attinent.

Textus CLX.

OTrosi, si aquel por quien es dada la sentencia, viene à seguir el alzada desta sentencia, de que se alzo su contendor, e parecio ante el juez, è se fue despues de la Corte, si en razon de nueuo no ouiesse entrado, no lo ha el juez porque emplazar, mas deue ver la alçada, e librarla mas si auia entrado en razon de nueuo, o las pusiere la parte despues, deuele hazer emplazar:

SVMMARIVM.

1 *ET in causa appellationis citatio desideratur.*

Lex CLX.

IN TEXTV IBI: *Deuele hazer emplazar.*

Scholium vnicum.

1 LEX hæc de citatione agit, quæ & in iudicio appellationis desideratur: cùm enim defensio sit, omitti non potest, iuxta adnotata in l. 101. supra, & ab hac lege ortum forsitam habuit praxisquè obseruat in superioribus

ribus auditorijs, in quibus Regiæ literæ expediuntur, quæ citatoriç vulgo nuncupantur, qui bus citatur litigator ad appellationem prosequendam, vt sancit tex. in l 5. tit. 18. lib. 3. Cópil.

Textus CLXI.

OTrosi, si el Alcalde da juyzio coutra el demandado, del qual no se alço, o si se alço, finco firme: dara el Alcalde carta que le entreguẽ el juyzio: mas no deue yr en la carta en que den audiencia a la otra parte: mas si el ouiere alguna defension por si peremptoria, digalo el e prueuelo.

SVMMARIVM.

1 *IN executionibus copia non datur reo.*

2 *Instrumenta, an habeant paratam executionem.*

3 *In causis executiuis non contestatur lis.*

4 *Exceptiones peremptorias appone re potest reus, contra quem executio fit, & de his, & alijs exceptionibus impedientibus viam executiuam remissiuè tractatur.*

Lex CLXI.

IN TEXTV IBI: *Del qual no se alzò, ò si se alzò finco firme.*

Scholium I.

1 AIt lex hæc sententiam, quæ transijt in rem iudicatam, exequi posse, formamquè executionis mox perscribit decidens ipsius copiã denegandam illi, contra quem executio fit, non tamen peremptoriarum exceptionum oppositionem: his enim se defendere reus poterit. Quam sententiam probat tex. in l. post rem iudicatã, ff. de re iud. & latè tractat Maranta, 3. par. 6. par. act. 3. nume. 2. Rebuf. in tracta. de sentẽtijs executorijs, Roderic. Xuarez in d. l. post rem, cum iudicioquè lex nostra de executione sententiæ agit, cùm instrumenta publica 2 paratam executionem, non habeant, l. minor viginti quinque annis, ff. de minorib. nisi in quibusdam casibus, quos recenset Alexand. in l. ait prætor, §. si iudex, ff. de re iudic. & in l. fin. C. de ædict. Diui Adr. Xuarez in dict. l. post rem, à casu. 4. doctissimus Gometius in l. 64. Rebuf. in tracta. de liter. obl. art. 6. glo. 3. iure tamen recentiore indistinctè exequuntur instrumenta, l. 1. &. 2. titul. 21. lib. 4. Compil.

IN TEXTV IBI: *Mas no deue yr en la carta en que den Audiencia à la otra parte.*

Scholium II.

3 DEcidit lex in, 2. parte executionis copiam reo dandam nó esse. Et ratio huius recep-

receptissimę sententiæ est: quia in causis executiuis lis non contestatur, vt latè post Scribentes, in d.l. post rem, tradit Rebuf. de liter. oblig. artic. 6. gloss. 3. num. 5. & 6. Nulla itaque præcedente citatione debitoris, iudex executioné fieri iubet, nec ex hoc defensio tolletur. Ad vltimam enim executionem ante diffinitiuã sententiam reus citatur & euocatur, & ita praxis admisit, qam à lege nostra purò ortam cum iure cõmuni receptius esset prædicta prima citatione esse opus, sine qua executioni sententia non mãdabatur, vt adnotauit Bald. in l. ab executore, nume. 8. C. quorum appell. non recip. & innumeros congerit Didacus Perez in l. 4. titul. 8. lib. 3. ordinament. & nouiter lex nostra confirmatur à l. 19. titu. 21 libr. 4. nouæ compilationis, vbi iudici præcipitur executionem decernetnere sine vlla debitoris citatione.

IN TEXTV IBI:

Alguna defension por si perempteria.

Scholium III.

4 IN hac vltima parte in defensum reum non reliquit text. noster. Exceptiones enim peréporias opponere posse testatur, quas si probauerit, ab executione absoluendus erit, quæq; hę exceptiones sint videre licet, ex l. 1. & 2. titu. 21. lib. 4. compi. Recensent enim leges hæ debiti solutioné, pacti de non petẽdo, vsurarum, vis, aut metus, vel falsitatis, exceptiones: quas doctè explicat Auenda. in declaratione legis 4. & 5. à num. 29. Et prædictas exceptiones tãquã præcipuas enumerat prædict. l. 1. non tamen alias vetat, vt ex ipsius serie patet, & latè prosequitur Auenda. vbi sup. Auilesius in capitibus prætorum, c. 10. glos. verb. *Execucion*, Roder. Xuatez in dict. l. post rem iudicatam, in 2. par. declarationis Legis Regni, §. *Sed pro euidẽtia*, nu. 49. & 50. Didacus Per. in l. 4. tit. 8. ordinamen. Palatius Rubeus, Cifuẽtes, & Castellus in l. 64. Tauri, Petrus de Salazar, de vsu, & consuetud. cap. 1. nu. 77. Couar. in regu. possessor, 2. par. §. 11. nu. 2. Mencha. de succes. creat. lib. 1. §. 10. num. 21. Iuarez de Paz, 4. part. 1. tom. cap. 3. Qui omnes ex nostratibus de intellectu prædictarum legum compilat. latè tractãt, & a prædictis legibus dilatio decem dierum tantùm ad harũ exceptionũ probationẽ cõceditur, nullã quẽ aliã interpretationẽ noster tex. desiderat: peruulgaris enim materia est, & in qua plenè prędicti authores scripserũt, nullus tamẽ memor nostræ legis fuit.

Textus CLXII.

EN les pleytos en quo se dan juyzios, si alguna de las partes se alça, puedese alçar de alçada en alçada, maguer si passan las alçadas mas de por dos alçadas, siempre se puede alçar de alzada en alzada, hasta que por alzada llegue el pleyto a la persona del Rey: y esto es porque no se destaje ni se mengüe la su juridicion del Rey.

SVMMARIVM.

1 *Appellari pluries potest.*
2 *Intelligitur textus in l. vnica, C. ne liceat tertiò prouocare.*
3 *Secunda supplicatio quando locũ habeat.*
4 *Appellationis in opidis dominorũ solam vnam instantiam faciunt.*
5 *Supprema iurisdictio appellationis ad Regem spectat.*
6 *Ad dominos & eius iudices, de iure non appellatur.*

Lex CLXII.

IN TEXTV IBI: *Hasta que por alzada llegue el pleyto à la persona del Rey.*

Scholium vnicum.

1 SEntentia huius legis est, quem piam pluries appellare posse, quatenus ad Regem prouocetur, & sanè similem decisionem inuenio in lege Æmilius Larianus 38. ff. de minoribus, quæ refert pupillam, quæ in integrum restitui desiderabat victam fuisse, apud Prætorem, mox appellasse ad Præfectum vrbi à quo quoque condemnata fuit, statimque ad Imperatorem prouocauisse, qui pronunriauit in integrum restituendam, illis verbis: *Imperator autem motus est, quod dies committendi in tempus incidisset, eaquè effecisset nè pareretur legi venditionis, dicebam posse magis eàm restitui, quòd venditor denuntiando post diem quo placuerat esse commissum, & pretium petendo recessisse, à lege suà videretur non me moueri, quòd dies posteà transisset non magis quàm si creditor pignus de traxisset post mortem debitoris die solutionis finita: quia tamẽ lex commissoria displicebat ei, pronuntiauit in integrum restituendam.* Et Vlpianus narrat in l. non putabam, 48. ff. de cond. & demõs. ex Germania ad Imperatorem fuisse prouocatum, ibi: *Et ita etiam Aurelius Imperator Antoninus ad appellationem ex Germania iudicauit.* De Prætore etiam ad Præfectum, & de Præfecto ad Imperatorem prouocatum fuisse, memorat Paul. in lege vltima, ff. quod cum eo.

deci-

2 *Debitori prædicta exceptio competit intra biennium siue agat, siue excipiat.*

3 *Regula iuris qua docemur, ea quæ sunt temporalia ad agendum esse perpetua, ad excipiendum, quo modo accipienda sit.*

4 *In via executiua opponi potest exceptio non numeratæ pecuniæ.*

5 *Post biennium potest probare debitor pecuniam numeratam non fuisse.*

6 *Debitor post biennium creditori positionem ponere potest.*

7 *Lex nostra tamẽ probat post biennium iudicem interrogare ex officio creditorem posse vetat tamẽ partis positionem.*

Lex CLXXXIIII.

IN TEXTV IBI: *De dos años adelante, &c.* *Scholium Primum.*

1 Sententia huius legis est pecuniæ non numeratæ, exceptionẽ, intra bienniũ opponi posse, creditoriquè incumbere probandi onus: post biennium tamen debitori: iudicemquè biennio elapso eius officio interrogare cum iuramento reum posse an prædicti nummi numerati sint, eandẽ sententiam probat textus in l. i. l. si ex cautione, l. in cõtractibus, C. de non numerata pecunia, & in §. i. inst. de liter. oblig. quibus

2 conuenit, l. 9. titul. i. parte. 5. ex quibus iuribus debitori prædictum ius datur siue, agat siue excipiat non obstante regula vulgari, qua docemur, ea quæ sunt tem-

temporalia ad agẽdum eſſe perpetua ad excipiendum,l.pure,§. vltimo,ff. de doli exceptione,l.
3 licet,C.de exceptio. Hoc enim iuris principium, locum habet in eo,qui agendo,ius ſuum in iudicio deducere nequit, ſed tantum excipiendo,quo caſu excipere pertuo poteſt,at ſi dies definita ſit,tam ad agendum,quam ad excipiendum prædictum tẽpus percurrit,l.Papinianus,§. ſi filius,ff. de inofficioſo teſtamento,ſecundum quam doctrinam interpretanda eſt, noſtri textus ſententia,Rurſus, & accipienda in via executiua, ita vt debitor prædictam non numeratæ pecunia,exceptionẽ oponere poſsit, nec probare adſtringatur intra decem dies à vulgari Regia lege,præſtitutos,ſibi non fuiſſe nu
4 meratam,creditor enim numerationem probare compellendus eſt,alioquin executio impedietur,vt contra Bald.in l. pecuniæ,C.de ſolutionibus, num.4. & in leg.3.Cod.depoſtuland.ad finem,contendit iuris interpres præſtantiſsimus Gomctius variarum,tomo.2.cap.6. numer.3. Rodericus Xuarez in l.poſt rem iudicatam,in 2.part. declarationis legis Regni,§.ſed pro euidẽtia.num.12.Diegus Perez in l.4. titul.8.lib.3.ordin.ſchol.1.Auẽdan.de exequendis mandatis, 1. par.c.16.num.11.Petrus Dueñas regul.260.numer.7.Rebuſus in tractatu de Chirographorũ recognitione,artic.2.à numer.10. Xuarez de Paz,1.tomo.4.part. cap.3.num.5. In qua re hallucinatus fuit,Parladorius lib.2.rer. quotidian.c.fin.5.p.§.11.nu.51.

IN TEXTV IBI: *Porque el demandador ſea tenido de prouar deſpues de los dos años.*

Scholium II.

5 ANceps quæſtio fuit,an poſt bienniũ poſsit debitor probare pecuniam numeratã non fuiſſe,& partem affimatiuã admiſsit, gloſſ. in l. generaliter verbo Religionem, C. de nonnumerata pecunia,vbi Bart.numer.10.Bald.in l.ſi ex cautione, eod.titul.quæſt.9.Salicetus,numer.6.Negatiuam longe veriorem dixit,Alberic.in d.l.ſi executione,num.2.&.3.Curtius Iunior, in l.2.§. appellata eſt autẽ mutui datio, ſi certum petatur, & hanc Alberici,& Curtij opinionem amplexa eſt d.l.part.9.titul.5.part.5.& ibi Gregor.ſcholio.6.qui plures huius ſententiæ refert. Afirmatiuã, verò elegit l.noſtra,quæ poſt biennij lapſum debitorem admittit,ſi probare curet numeratam pecuniã non fuiſſe, quæ ſanè opinio æquior eſt:tùm etiam, & iuris rigori nititur illud enim biennij ſpacium introductum tantum

fuit adhoc, vt onus probandi in creditorem transferretur, cuius lapsus debitori, probationē, non interdicit, vt docet Fulgosius in l. sub specie, num. vltimo, Cod. de postulād. Decius in l. iuræ naturæ, num. 5. de regul. iur. & hāc nostræ legis oppinionem, de iure pontificio obseruandam lege Partitæ, non obstante, docet Gregor. vbi supra.

IN TEXTV IBI:
Pero el Alcalde de su oficio.
Scholium vltimum.

6 DIscrimen quoquè fuit, inter Scribentes, an creditor iurare cogi posset, an pecuniam numerasset, & plerisquè visum fuit, ad prædictum iuramentum creditores, nō adstringi. argum. textus in l. in contractibus, §. illud videlicet, C. de non numerata pecunia, Rursus & quia creditor plenè intentionem probat ex ipso contractu, in quo fatetur debitor recepisse, quo casu iuramentum, quis præstatare non compelletur, c. secūdum de probationibus, exquo cōmuniter DD. elliciunt, illum qui plenè probauit intentionem suam iurare non cogi, & quanuis in iuris rigore, hæc oppinio defendi posset, contrariam docet Bart. in dict. l. in contractibus, §. 1. quippe qui ait, admitti debitorem ponentem possitionem creditori post biennium: & ab hac opinione propter eius eximiam æquitatem, recedendum non esse, testatur Gregor. in d. l. 9. schol. 6. ad finē doctissimus Gometius, vbi supra, num. 7. qui ad hoc allegat hanc nostram legem, sed ipsius legis verbis, rectè inspectis, ex offitio iudicem iuramentum recipere posse probant, vetant tamē partis positionem, vt indicat text. ibi: *Pero el Alcalde de su oficio, no a pedimiento de la parte*, putò tamen ex offitio, & ad litigatoris petitionem iuramentum recepi posse, & hic est verus huius, l. intellectus, dictio enim illa, *No*, idest quanuis exponi debet.

Textus CLXXXV.

OTrosi, si alguno demanda alguna bestia de tal color, que dize que le tomò el demandado, y el demandado dize que gela tomo por el Alcalde, y el demandador gelo niega que no gela tomo por mandado del Alcalde, y el demandado prueua q̄ le tomo vna bestia a este hombre demandador por mandado del Alcalde: mas no dizen nada las prueuas, del color de la bestia, y el demandador no faze demanda de otra bestia contra el demandado, ni algun otro hombre no le faze demanda de alguna bestia del tal color como este demandador puso en su deman-

demãuda:entonce cumple la prueua,pues prueua que por mandado del Alcalde tomo vna beſtia:maguer no le prueua el color. Y eſſo miſmo es en otro caſo ſemejante deſte.

Lex CLXXXV.

Interpretatione non indiget lex hæc.

Textus CLXXXVI.

SI algun concejo,o otro hombre qualquier embia ſobre algun fecho algun hombre con ſu carta de creencia à otro,e deſpues eſte concejo,o aquel hombre que embio la carta de creencia le niega que no le mando dezir aquello que el dixo,no le empece al concejo,o al hombre que el embio,ſino gelo prouaren que gelo mando dezir.

Lex CLXXXVI.

Scholijs non eget lex hæc.

Textus CLXXXVII.

SI alguno mueſtra carta de eſcriuano publico de deuda,o de prometimiento que el ouieſſe fecho à alguno en que dixeſſe aſsi. Yo fulano otorgo,que deuo à fulano tantos marauedis:y el deudor dize,que verdad es,que tal prometimiento fizo,mas que no eſtaua preſente entonce delante aquel à quien fizo el prometimiento,y aſsi que no vale el prometimiento,ni el obligamiento. Aſsi ſe libra en caſa del Rey,que el que demanda el deudo,ha de prouar que eſtando el otro y el preſente. Ca eſto es de la ſuſtãcia del prometer vno a otro,y por eſſo ſe hade prouar,mas no las otras ſolenidades que ſon meneſter para ſer en la obligacion. Y entonce entiende è preſume el derecho que todas ſe fizieron. Otroſi,el eſcriuano publico no puede coger pleyto por aquel que no eſtuuiere preſente en los contratos,ſino en las coſas que paſſan en juyzio,o que atañen al oficial del juez.

SVMMARIVM.

1 DOnatio incipiens, à tradditione an locum haberet inter abſentes.

2 Si non erat,qui pro abſente ſtipularetur,nullius roboris erat donatio.

3 Inter abſentes iure recentiori contractus valet.

4 Iure veteri conſenſus contrahentium non ſufficiebat,deſiderabatur,enim,ſolemnis ſtipulatio.

5 Iure nouiori pactum nudum ſufficit,ſine ſolemnitate ſtipulationis.

6 Stipulatio priſcis temporibus commune erat adſtringendarum obligationum vinculum.

Mm 5 Lex

Textus CLXXXVIII.

SI quando ante los Alcaldes las partes, o alguna dellas ſe obligare à prouar, las partes han de tomar vn receptor en q̃ conſientan ambas las partes en ſendos receptores que reciban los dichos de los teſtigos con eſcriuano publico, con el que las partes ſe auinieren: y eſtos receptores que ſe ayunten en lugar cierto, y q̃: den plazos ſegun fuero para preſentar los teſtigos, e que tomen la jura dellos, e ſi alguno de los dos receptores no viniere, que el otro receptor que faga lo que dicho es y la parte porq̃ no vinò el ſu receptor, q̃ peche las coſtas deſſe dia à la otra parte.

Lex CLXXXVIII.

Nullius conſiderationis, lex hæc eſt cõmentariũ, itaq; non deſiderat

Textus CLXXXIX.

OTroſi, las cartas en que los eſcriuanos publicos ponen ſus ſignos, como quier que algunas dellas ſon eſcritas por mano de otros: es à ſaber que deuen ſer valederos: ſaluo ſi fueſſe defendido por fuero, o por priuilegio, o por vſo, o por coſtumbre del lugar que no valieſſe ſino fueſſen todas eſcritas por mano de eſcriuano publico que en ellas puſieſſe ſu ſigno.

Lex CLXXXIX.

IN TEXTV IBI: *Eſcritas por mano de otro.*

Scholium I.

NVllam difficultatem habet, lex hæc, cuius ſentẽtia eſt inſtrumentum, dummodo à notario ſignetur propia manu ſcribi neceſſe non eſſe, niſi forus, vel cõſuetudo aliter ſe habeant: rationem autem dubitandi habuit, hæc lex, veteri iure inſpecto, quo propria manu ſcribere, & ſignare tabelio debebat, l. in fraudem, §. quoties, ibi: *Eaq; manu Commentarienſis adnotãda ſunt*, D. de iure fiſci, nullumq; ſi contra fieret inſtrumentum erat, vt teſtatur Baldus in l. 1. C. de ſportulis inſpicique omnino debet, Gregorius Lupeſius, in l. 7. tit. 9. part. 2. ſchol. 5. nulloque alio Commentario opus eſt, ad huius legis interpretationem.

Textus CXC.

SI deſpues de la ſentencia dada, dize la parte contraria contra quien es dada la ſentencia, que quiere prouar como es pagado deſpues que la ſentencia fue dada, e que no ſe deue fazer la entrega, o pone otra defenſiõ peremptoria, deuelo prouar à los plazos que el Alcalde le puſiere ſegun fuero. E ſi jurare ſegun fuero, darle han el quarto plazo.

SVM.

SVMMARIVM.

1 Probatoria dilatio iudici arbitraria est.

2 In nostro Regno, non potest iudex egredi formam legis compilationis in assignatione termini probatorij.

3 Vt secundæ dilationi locus esset, debebat iurari secundum leges fori.

1 Lex CXC.

IN TEXTV IBI: *Deuelo prouar à los plazos que el Alcalde le pusiere.*

Scholium Primum.

1 Sit lex hæc, de probatoria dilatione, quę ius dicenti arbitraria est, iuxta textum, in cap. quo ad cõsultationem de re iudicata, & in l.1. C. de dilationibus, & Speculator docet in rub. de citatione, §. nunc de temporũ in fine, Bar. in d.l.1. Ripa in l.2. num. 26. ff. de re iudicata, menochius lib. 2. de arbitrarijs, centur. 1. casu. 52. nu. 10. egredi tamen hodie iudex nõ
2 potest formam legis. 1. tit. 6. lib. 4. compilat.

IN TEXTV IBI: *E si jurare, segun fuero, darle han quarto plazo.*
Scholium II.

De hoc fori iuramento, vt secundæ dilationi locus sit dixi, in l. 118.

Textus CXCI.

Otrosi es à saber, que por aquellas razones que puede el señor desechar el juez per razon de sospecha, que por estas mismas lo pueden desechar sus hombres que viuen con el, y sus sieruos, y sus criados, y sus seruiẽtes. E otrosi sus fijos, è su muger, e todos estos que son dichos familiares: mas no se sigue esto en los parientes que ouiere este que desecha al Alcalde. Ca como quier que los sus hombres lo pueden desechar, los sus parientes no lo pueden desechar: porque el pariente no ha mandamiento sobre sus parientes, como el señor sobre sus hombres, è maguer este Alcalde à tal es sospechoso, por las razones que pone el fuero cõtra el, ponerlas puede, è si las prouare, desecharlo ha que no sea su Alcalde, y el Rey no deue mandar dar su carta en esta razon, y ninguno de aquel lugar que no sea su Alcalde aquel contra quien ha estas sospechas: mas quando pleyto ouiere ante el, ponga la sospecha que ouiere contra el, y en tretanto que se libra la razon de la sospecha, deue alguno de los otros Alcaldes que son del lugar sin sospecha librar la demanda del querelloso.

Textus CXCI.

Dixi in legibus anterioribus.

Textus

Textus CXCII.

O*Troſi, como quier que el que tiene la coſa, no ha de dezir el titulo de ſu poſ ſeſion ſino en demanda que es dicha en Latin, Petitio hæreditatis. Segun dize la ley, C. ogi, de petitione hæreditatis codice. Pero ſi el tenedor de la coſa ſe defiende por tiempo de año, y de dia, y el Alcalde por preſuncion derecha ſoſpechare contra el tenedor que no tenga la coſa derechamente, puedele preguntar y apremiar que diga el titulo por do huuo la tenencia de aquella coſa: y deſta manera es notado en las Decretales en el titulo de las preſcripciones, en la Decretal: Si diligenti, y eſto aſsi lo entendio Maeſtro Fernando de Zamora.*

Lex CXCII.

Interpretabor hanc l. in l. 242. vbi proprius locus eſt.

Textus CXCIII.

S*I alguno ha poſtura firmada con alguno que venga à fazer pago, o dar cuẽ ta alli do el le dixeſſe, ſi eſto ſe dize en caſa del Rey, y le dize que le vaya a dar cuenta à Atiença, o a otro lugar ſemejãte, y dize el demandado que quiere poner razones por ſi, en lo que el quiere demandar en la paga que el ha de fazer: es à ſaber, que eſtas razones que el quiere poner por ſi, que gelas deue oyr en caſa del Rey, que es el lugar comunal a todos, que quando alla en Atiẽça lo tuuieſſe, y ſe embiaſſe querellar al Rey, mandarle deue el Rey traer ante ſi, o ante ſus Alcaldes, y mandarlo oyr y librar.*

Lex CXCIII.

Dixi in legibus anterioribus, quæ de curia loquuntur, l. 91. & alijs.

Textus CXCIIII.

E*S à ſaber, q̃ el teſtar ſe ha de hazer deſta guiſa, ſi es raygado aquel à quien quiere teſtar algo de lo ſuyo: entonce deueſe fazer eſte teſtamento por mandado del Alcalde, y ſino es raygado, puedele hazer el teſtamento el merino ſin mandado del Alcalde. E ſi teſtan lo que fallan en la poſada, el teſtamento no ſe entiẽde ſino a las coſas de aquel porque ſe haze, y no a las de los otros que poſan ay en eſſa poſada. E ſi teſtan tambien coſas de los otros que eſtan en la poſada, y alguno, o todos, le fueren con lo ſuyo, la pena del teſtamento, que es ciẽ marauedis de la moneda nueua, puedela el Alguazil demandar al que mora en la caſa, por que dexo ſacarlo, o porque no dio vozes y apellidos, ſi por fuerça ſe lo ſacauã: mas los otros que ſe fueron con lo ſuyo, no ſon tenidos a la pena del teſtamento: E ſi aquel a cuya voz ſe fizo el teſtamento, lleuo las ſus coſas ſin mandado del teſtamento, o del Alcalde, es tenido de las tornar a aquel lugar de donde las lleuo, y tornandolas, es quito de la pena del teſtamento.*

Textus

Textus CXCV.

SI alguno tiesta carta en la Chancilleria, deue venir seguir el testamento siẽpre al tercero dia, fasta que sea librado. E si al tercer dia no recudiere, no le han de pregonar, e sellaran la carta.

Lex CXCIIII. & CXCV.

Leges hæ commentatios non desiderant.

Textus CXCVI.

OTrosi, si a querella de alguno prende el Alguazil à su deudor deste querelloso, porque no es valiado, y lo fiziera prẽder, como ha querella de diez mil marauedis, o de otra quantia, e desque fuere preso se auiniere cõ el querelloso, o fuere conocido el deudo: maguer no se auenga con el por tanta quãtia como puso en su demanda, o no sea vencida por tanta quantia, por tanto lleuara el diezmo el Alguazil, por quanto querello el querelloso, porque fue preso este de quien querello, mas este que dio la querella por mas de quanto fue fallado por juyzio, que deue auer, es tenido de le dar el diezmo de lo demas, segun la quantia de que querello el Alguazil.

SVMMARIVM.

1 *DE decima executionis loquitur lex hac.*

2 *Decima non debetur, vbi menor quantitas ex consuetudine præscripta est.*

3 *Actor, qui exequitur in maiori quantitate, quàm ipsi debeatur integram decimã soluere adstringitur in odium vltra debitam summam petentis.*

Lex CLXXXXVI.

IN TEXTV IBI: *Lleuara el diezmo el Alguazil.*

Scholium Primum.

1 LEx hęc de decima loquitur, a qua putò ortum habuisse, legẽ.10.&.32.tit.6.libr.3.& l.17.&.27.&.32.&.33.&.64.tit.4.eod.lib.3.& l.primam, titu.31.lib.4.& l.13.tit.8.lib.2.& l.7.tit.21.lib.4.Compil. secũdum quæ 2 iura accipiẽda est l.nostra, vt decima executori debeat, nisi minor quantitas ex præscripta cõsuetudine executori competat stylũ enim iudiciorum, in hoc obseruandum est, vt prædicta iura ostendunt.

IN TEXTV IBI: *Por mas de quanto fue fallado por juyzio que deue auer.*

Scholium II.

3 PRobat hæc lex actorem exequentem in maiori, quanti tate, quàm ipsi debeatur integram

tegrã decimã executori ſoluere debere in odiũ,ſcilicet,vltra debitã ſummã petẽtis,quæ lex no tabilis eſt,& praxi recepta, &ad quã animaduerti nõ ſolet ad hũius iudiciorũ, vſus, probationẽ.

Textus CXCVII.

OTtroſi es a ſaber,que magner el Rey ſea ydo del lugar do eſtaua ,ſi fuere ay la ſu Chanclleria todo quanto fuere ay fecho deſpues q̃ el Rey es ydo dende,ſeyendo ay la Chancilleria es valedero,bien aſsi como lo ſon los contratos que ſe fazen ſeyendo el Rey en el lugar,è los Alcaldes mientra ay eſtuuiere la Chancilleria pueden juzgar:maguer no ſea ay el Rey.

SVMMAIRIVM.

1 *CVria Regis dicitur,& ſi Rex abſens ſit.*

2 *Pœna impoſita curiam ingrediẽti committitur, & ſi Rex abſens eſſet.*

Lex CXCVII.

IN TEXTV IBI:

Maguer no ſea ay el Rey.

Scholium vnicum.

1 Sit lex hæc cuuam Regis dici,& ſi Rex ſit abſens,& Grego. Docet. in l.27.titul.9. part.2. ſchol.1. & 2.& ante eum Bart. in l. qui tibi num.3.ff.de auro,& argento legato,pœna itaq; impoſita curiã
2 ingrediẽti, & ſi Princeps ibi,nõ adſit cõmitetur, nullo quæ alio ſcholio opus eſt,ad huius textus interpretationem.

Textus CXCVIII.

OTroſi es à ſaber,que las fazañas de Caſtilla ſon aquellas por què deuẽ juzgar de lo que el Rey juzgo,o confirmo en ſemejantes coſas,diziendo, o moſtrando el que alega la fazaña al fecho ſobre lo que juzgo el Rey,è quien eran aquellos entre quien era el pleyto,e quien tiene la ſu voz,e qual fue el juyzio que el Rey dio:e a eſte tal juyzio en que ſon aſsi prouados todos eſtos caſos ,e que lo juzgo aſsi el Rey,o el ſeñor de Vizcaya,e lo confirmo el Rey, eſta tal fazaña deue ſer cabida en juyzio por fuero de Caſtilla:tal fue la reſpueſta que dõ Simon Ruyz ſeñor de los Cameros,e don Diego Lopez de Salzedo ouieron dado al Rey don Alfonſo en Seuilla ſobre preguͤta que le ouo fecho,que le dixeſſe verdad en eſte fecho,y en eſta razon.

SVMMARIVM.

1 *EXempla in iudicando non debet iudex ſequi.*

2 *Exẽplũ Regis ſequẽdũ eſt.*

3 *Quæ requiſita interuenire debeãt, vt Regis ſententia ſequatur.*

4 *Nunq̃ præſumitur principem iura ſubertere vele.*

Lex

Lex CXCVIII.

IN TEXTV IBI: *Es a saber que las fazañas de Castilla*

Scholium Vnicum.

1 PRudentum responsa, nec eminentissimorũ magistratuum sententiam, lequi quis iniudicando nõ adstringitur iuxta textum vulgarem, singularem tamen, in l. nemo. 13. C. de sentent. & interlocut. omn. iudi. Si tamen ipsius

2 met principis sentẽtia sit, sequẽda sanè est, & secundum eam, in similibus factis iudicandum, & in hunc sensum accipienda est, l. vltima, C. de legibus, & const. princip. in qua ita scriptum est. *Si Imperialis maiestas causam cognitionaliter examinauerit, & partibus comminus constitutis sententiam dixerit omnes omnino iudices, qui sub nostro Imperio sunt, sciant hanc esse legem non solum illi causæ pro qua producta est, sed & omnibus similibus,* cui legi similis est lex nostra, vt ex eius verbis videre licet, & ante eã, similem Alphonsus legem tullit in l. 14. titul. 22. part. 3. ibi: *Otrosi dezimos, que non deue valer ningun juyzio, que fuere dado por fazañas de otro fueras ende si tomassen aquella fazaña, de juyzio, que el Rey ouiesse dado, Ca estonce bien pueden juzgar por ella, porque la del Rey ha fuerça è deue valer como ley en aquel pleyte sobre que es dado, è en los otros que fueren semejantes.* Quæ tamen l. nostra, & prædicta partitæ lex non indistinctè accipiẽda sunt, sed cum Bald. explanatione in l. 3. nu. vlt. C. de legibus, nẽpe quã do Regis sententia iuri contraria non esset decisiua nouè noui casus, lataquè cũ plena causæ cognitione, vt præfata verba legis, vltimæ demonstrant, ibi: *Causam cognitionaliter examinauerit*, alioquin enim principis sentẽtia generale ius non facit, nec factũ egreditur, de quo ædita est, non enim præsumitur principem semel interloquentem omnia iura subuertere velle: eandem doctrinam scribit, Salicet. in d. l. 3. prope fine, quã Baldi distinctionem ante eum tenuit Cinus in d. l. 3. & Cinũ, sequitur Abb. in c. in causis, nu. 4 & 6. de sentẽtia & re iudicata, & ibi docuit Innocent. & est, communis opinio.

Textus CXCIX.

OTrosi, en todo pleyto en que pena sea puesta si no cumpliere, o diere lo que prometio de dar, si no lo dio todo, por aquella parte que no dio cae en la pena, no en toda la pena, mas en razon de aquello que no pago, quier lo ouiesse a dar por postura, o por pena de commisso, o en otra manera. E esto es de piedad: mas no por fuerça de derecho. Y en este caso la piedad escrita es sobre el derecho.

SVM-

SVMMARIVM.

1 POEna an solum committatur pro parte non soluta, licet totum soluere quis adstrictus sit.

2 Partem debiti soluens, nihil soluisse videtur.

3 Anterioris regula limitationes adijciuntur.

4 De æquitate conclusio nostra legis procedit, vt nostra legis verba ostendunt.

Lex CXCIX.

IN TEXTV IBI: *Por aquella parte que no dio, cae en la pena.*

Scholium Vnicum.

1 SEntentia huius legis est, pœnam tantum committi pro parte non soluta, licet totum soluere quis promisserit; difficultatem hæc sententia habet, ex text. in l. qui solidum, 78. de legatis 2. & l. tutor, 41. §. Lucius Titius,
2 ff. de vsuris, vbi partem debiti soluens, nihil soluisse videtur, & ibi docent Barto. & Bald. in princip. Angel. in dicto §. Lucius, num. 1. cuius rei, solas duas exceptiones siue limitationes
3 Doctores scribunt. Prima est, a si debitor promisisset in pluribus vicibus esse soluturum, vt cernere possumus ex congestis à Hieronymo Aluano in lucubrationibus ad Barto. in dict. §. Lucius, numer. 1. Secunda limitatio est, si partem debitor soluisset nomine fideiussoris: quæ singularis sane exceptio est, & omnino menti commendanda, & indiuidualiter docet Angelus in dicto §. Lucius, numero final, argumento textus in lege in his, §. si duos, qui textus expressus est, ff. de solutio-
4 nibus. De æquitate tamen in omnibus casibus, sine nulla limitatione accipiendam nostri textus sententiam eius verba demonstant, & nihil aliud probat nostra lex.

Textus C C.

SI alguno fiziesse su testamento, e tal fuero fuesse en el lugar, que el padre pudiesse mandar la tercia parte de mejoria à vno de sus hijos: y gela mandasse esta tercia parte en su testamento. e ante que finasse disse el Rey otro fuero à aquel lugar, en q se contenia, que no podiesse el padre mandar mas à vn fijo q à otro: si el padre murio en este otro fuero, è no auia reuocado la māda q auia fecha enel testamēto ò sino fizo otro testamēto, porq fincasse reuocado el primero, vale la māda fecha enel testamēto q fue fecho enel primero fuero: Cà lo q dize enel fuero

Nn que

que dio el Rey despues, no se entienda à las cosas passadas, y de antefechas, ò mãdadas, ò otorgadas, mas a las por venir.

SVMMARIVM.

1 *AN lex 27. Tauri, declaratoria sit.*

2 *Lex declaratoria ad casus præteritos trahitur.*

3 *Leges Tauri an generaliter declaratoriæ sint.*

4 *Circa intellectum legis 9. fori, titulo de las mandas, lib. 3. quæ patri meliorationem permittit, plerãq; dubia orta fuerunt ante l. 27. æditionem.*

5 *Dubitatur an ante leges Tauri, auus possit meliorare nepotem patre eius viuo, & num. seq.*

8 *Dubitatum fuit ante leges Taurinas, an pater in tertij melioratione vincula & grauamina adijcere posset.*

9 *An tertium bonorum sit legitima, & num. seq.*

15 *Ad tollẽda omnia dubia statuit l. 27. Tauri. patrem posse meliorare filium vel descendentes, quanuis à filio præcederentur; eisque apponere grauamina & substitutiones.*

16 *Correctoriam esse legem 27. nonnulli putarunt.*

17 *Lex 27. partim declaratoria, partim correctoria est, & noui iuris decisiua, & nu. seq.*

19 *De intellectu sanctionis dñæ Ioãna Reginæ agitur, & nu. seq.*

21 *Quãuis lex statuat, vt eius dispositio extẽdatur ad casus præteritos nõ debet extẽdi ad illos, in quibus tolleretur ius tertio quæsitum, et nu. 22. seq.*

25 *Lex declaratoria, quæ ad casus præteritos trahitur, nõ extẽditur ad perfectos cõsummatos, vel ad eos qui ex his dependent.*

26 *Etiã actũ futurũ lex non respicit ad infirmandũ ius tertio quæsitũ.*

27 *Frustra, lex non æditur, et num. seq. ad declarationẽ l. Tauri. 27.*

29 *Quod formam nũquam lex quãtumuis declaratoria trahitur ad casus præteritos.*

30 *Lex 27. Tauri, quæ de tertio loquitur, an habeat locum quando de omnibus bonis primogeniũ institutum est.*

31 *In filio vnigenito, an cadat grauamen, & quomodo hoc accipiatur, et quid si alijs fratribus extantibus vltra tertium primogenium institutum sit sine facultate Regia, & quomodo sustineri possit, & num. seq.*

37 *Per tempus triginta annorum excluditur filius à grauaminis impugnatione.*

38 *Ex ordine succedendi in vno, ex familia maioratus inducitur.*

39 *Tempus triginta annorum afficit rem tali conditione, vt perpetuo maioratui subiecta sit. & num. seq.*

42 *Vna progenies inducere potest*

test successionem in alliquibus bonis iure maioratus.

43 Spatio 30. annorum omne ius praescribitur.

44 Bona maioratus praescriptione immemoriali praescribuntur

45 Praescriptio. 40. annorum, cum titulo immemoriali comparatur.

46 Poss. 40. annorũ sufficiẽs nõ est, ad praescriptionẽ maioratus sine tit.

47 Ex lapsu 30. annorum interuenisse praesumitur facultas, Regia in casibus, vbi requiritur.

49 Bona maioratus, an praescribi possint, & numeris sequentibus.

54 Assensus filiorũ cum lapsu 30. annorum sufficiens est, ad inducendum primogenium.

55 Mortuo possessore trãsfertur possessio in sequentem, etiam si ab alio occupata sit, ex num. seqq.

58 Contra ciuiliter possidentem praescribi nulla ratione potest.

59 Cõsẽsus expressus praeiudicat filijs

60 Cõsẽsus tacitus an praeiudicet filijs

61 Duae in iure sunt formae alia iustitiae alia solemnitatis.

62 Forma iustitiae sufficit adimpleri, quoad effectum.

63 Solemnitatis verò in specifica forma

Forma inductiua dicitur, lex, quando si contra fiat nullitatem ponit.

64 Quando solemnitas desideratur, non sufficit iustitia forma quanquam haec interueniat, & num. sequentibus.

67 Forma legis 27. vt pote substantialis praecisè obseruanda est, & in qualibet parte, etiam minima non mutanda, cum qualibet mutatio vitiet dispositionem.

68 Forma est, de genere, indiuisibilium.

69 In his quae sunt, de forma si receditur à parte receditur à toto, & numer. sequenti.

71 Forma vocationis legis 27. Tauri, an sit substãtialis an verò modalis.

72 Si facta vocatione descendentiũ alliquis omittatur, vel excludatur in fauorem transuersalis, an tota dispositio corruat, vel quoad transuersales tantum.

73 Forma legis 27. an in diuidua sit, ita vt si ordo ab ea praescriptus, nõ obseruetur totus actus annulletur

74 Quatuor modis alliquid censetur indiuiduum.

75 In indiuiduis vtile per inutile vitiatur.

76 Vbi forma requiritur non valet, actus modo, quo valere potest.

77 Quando apponitur clausula decreti irritãtis censetur actus efficacissimè prohibitus, si forma in minimo mutetur.

78 Quando apponitur decrẽtũ actus irritatiuum inducitur effectus, in causa efficiente.

79 Si lex resistit potentiae, quando forma non seruetur, non valet actus eo modo, quo potest, etiam si adijciatur clausula, vt valeat omni meliori modo, & numero sequẽti.

81 Etiam si simplex prohibitio sit, si pars opponat actus annullatur.

82 De diuersitate inter simplicẽ prohibitionẽ, et eã quae actũ annullat

gradu, & in alijs institutus sit, omnes gradus rumpit.

116 Intelliguntur l. pen. ff. de iniusto rupto, & l. si sub conditione, eodem tit.

117 Intelligitur l. 3. §. fin. de iniusto rupto, & l. 1. § si venter. ff. de ventre in possessionem mittendo, & num. seqq.

119 Intelliguntur iura in l. nam & si miles, ff. de iniust. rupt. & in l. si is qui soluendo, de hæred. inst. & in l. si quis habés, ff. qui et à quib.

120 Forma indiuisibilitas accipiéda est, in quotlibet grad. m. substitutionum.

121 Regula in indiuiduis vtile per inutile vitiari, quomodo accipiatur, & in num seqq.

124 Exclusio descendétis, tâtû inualidabit vocationem transuersalium, nõ tamen aliorû descendentiû qui vocari potuerût, & exclusio præferri.

125 Intellectus l. humanitatis, C. de impub.

126 Institutio illius qui institui potuit, nõ vitiatur, quamuis extraneus admixtus sit, qui institui nõ potuit, & num. seqq.

128 In cõditionibus turpibus & impossibilibus habet locû iuris principiû, vt illis sublatis pura maneat institutio.

129 Intelligitur tex. in auth. de nõ meliorãd. § emphiteusim, et nu. seq.

131 Si Ecclesia cõsueuit infeudare in masculos, & cõcedat in masculos & fœminas, quãtû ad eas infeudatio, nõ valet, quoad masculos verò sustinetur.

132 Quæ differétia sit inter obseruãtẽ & cõtrauenietẽ legis formæ, licet in vtroque casu actus sustineatur, & num. seq.

134 Semper lex debet operari, id ad quod lata fuit.

135 Explicatur l. si Titio, et ei, de leg. 2.

136 Interpretatur l. Plautius, de cond. & demonst.

137 Interpretatur l. Sancimus, C. de donation.

138 Melioratio 3. & 5. pre tx. filiorû non est legitima, & num. seq.

140 Quomodo intelligatur illa vulgaris regula æqualis determinationis, & nu. seq.

145 An qui filio meliorato substitutionem facit teneatur omnes descẽdẽtes substituere, & nu. seq.

146 De differétia huius cõceptionis restituat familiæ, vel restituat in familia, & nu. seq.

148 Interpretatur l. filius fam. § cum pater, de leg. 1. & nu. seq.

150 Gradus substitutionis inualidus prætextu formæ nõ adhibitæ, an statim annulletur, an verò quãdo casus contingat.

151 Posthumus institui debet, vel exhæredari, sicut filius, cû distinctione tamẽ. Fili⁹ enim præteritus statim rũpit posthumus verò si nascatur, nã dû in vẽtre est testamẽtum valet.

152 Filius captiuus præteritus nõ rũpit, nisi redeat, dû ergo in captiuitate est testamentum sustinetur.

153 *Posthumus illius qui apud hostes erat ab auo preterit⁹ nunquã rumpit, nisi pater moriatur apud hostes.*

154 *Vocati ad primogenia posthumis comparantur, & numeris seqq.*

157 *Monach⁹, cleric⁹, nec fœmina excludi possũt in primogenio institu to de tertio bonorũ, & in nu seq.*

160 *An forma l. 27. nõ seruata substitutionibusq; inualiditatis bona libera remaneant, an verò restitutioni subiecta, & num. seqq.*

163 *Sub familia qui cõprehendãtur, & num. seqq.*

165 *An descendens non vocatus alijs preferatur, an verò posteriorem locũ obtineat, & num. seqq.*

167 *Exceptio quæ respicit potẽtiã testatoris, an possit tractari in iudicio possessorio, & nu. seqq.*

169 *Remediũ possessoriũ cõpetẽs hæredibus scriptis nõ denegatur eis licet alius impugnet testamẽtum.*

170 *Leges Taurinæ in trãsferẽda possessione nõ respexerunt fauorem succedentis, sed fundatoris.*

171 *Iudex cognoscẽns de causa principali, vniuersã; incidentẽ quæstionẽ examinare potest.*

172 *Intellectus l. quoties, C. de iudicijs*

173 *In omni actu necessaria est potestas, & voluntas.*

174 *Ante omnia examinãda est potentia disponentis.*

175 *In causa tenutæ de proprietatis quæstione cognosci potest.*

176 *Dicitur in continenti probari illud, quod probatur intra terminum instantiæ.*

177 *Exceptio nullitatis, vel qualibet alia admittitur contra instrumẽtum executiuum, dũmodo probetur infra decem dies à lege constitutos.*

178 *In adicto diui Adriani nõ requiritur vera existẽtia hæredis, sed prima figura, & inspectio testamenti.*

179 *In adicto diui Adriani, ad impediendam possessionẽ admittuntur qualibet exceptiones, dummodo incontinenti probentur.*

180 *Vitiũ visibile & nullitas, cõstãs ex eadem scriptura admittitur in remedio possessorio adicti diui Adriani.*

Lex CC.

IN TEXTU IBI: *La tercia parte de mejoria à uno de sus fijos,* & rursus, ibi: *No se entiẽde à las cosas passadas, y de antes fechas, mas à las por venir.*

Scholium Vnicum.

AB hac lege sumpta est, l. 27. Taur. & aliæ quæ de prælegatis & meliorationibus loquuntur (vocabulo quidẽ à Latino dogmate, nõ dissimili, cũ verb. Melioresco, & Meliorasco, apud bonos authores reperiatur teste Colume. lib. 2. c. 10. in illis nempè verbis: *Napus deuexam amat, & sic ea tenuìque propriorem terram atque Glareosis, fabulosisquè aruis melioresćit:* & quia difficilis hæc lex visa fuit com-

commentarioquè indigeat eam interpretari decreui, & rationem ipsius reddere, persuassum enim habeo (nō vt in alios Scriptores inuehi velim) hanc legem Taurinā, satis intellectā non fuisse, in eius tamen explanatione nō diutius immorabor quā ad huius nostrę legis, & illi' cognitionē sit op', de hac ergo re pręfari cupio seqq. quęstion.

Prima quęstio sit, an l. 27. sit declaratoria nostræ legis.

Secūda quæstio, an l. 27. & nostra lex, quæ de tertio loquūtur locū habeāt, quādo in omnibus bonis, vel in maiori parte eorū grauamē imponatur, primogeniumquè institutum sit.

Tertia quæst. an prædicta l. 27 inducat formam.

Quarta quæst. an forma graua minū contēta, in d. l. 27. sit indiuidua, at verò in quotlibet gradu substitutionum abhibita forma sit.

Quinta quæst. an testator debeat substituere omnes gradus & personas specificatas in seriè, & contextu prædictæ legis.

Sexta quæs. an gradus substitutionis inualid' prætextu formę nō adhibitę statim nullus sit, an verò quando casus contigerit.

Septima quęst. an forma nō seruata prædict. l. 27. substitutionibusque, vel exclusionib' inualiditatis bona libera remaneāt, an verò restitutioni subiecta.

Octaua quęs. an descēdēs nōuocatus alijs, pręferatur an verò posteriorem locum obtineat.

Nona quæs. an in iudicio possessoriorenuię, possit tractari de inualidatione maiorat' prætextu formę non seruatæ prædictæ l. 27. an verò sit articulus proprietatis.

Prima quæstio an lex 27. sit declaratoria.

1 IN hac 1. quæst. cōtrouersum est, an prædict. l. 27. Tauri declaratoria sit, effect' autē maximus est cū propriū sit legis futura respicere, & ad pręterita nō trahi, l. leges & constitutiones, C. de legib. c. vlti. de cōstitutio. & probat tx. in auth. vt factę nouæ cōstitutiones. Lex tamen de

2 claratoria ex sui natura ad casus præteritos, trahitur l. nō dubiū, C. de legib. l. vlt. & pen. C de sacros. Eccle. s. d. c. fin. de cōstitut. text. in auth. de filijs natis ante dotalia instrumenta, §. 1. & vtrobiquè tradunt DD. & est cōmunis cōcordia secundū Imolā; & Fel. in d. c. vlt. de cōstit. & Hier. Magon, decis. Flor. 60. n. 7. & adnotauit glos. vlt. in princip. prohœmij 6. libri.

In qua ancipiti quæstione parti affirmatiuæ fauet generalis legū Taurinarū sanctio generaliter enim oēs declaratoriæ sunt, vt testantur Burgensis à Paz in procemio, l. 3. Tau. n. 432. & 439. Moli. de primog. lib. 3. c. 6. n. 24.

 Et

4 Et huc spectat nam lex 9. fori, tit. *De las mandas*, lib. 3. & nostrã lex statuũt patrẽ posse melioresscere, siue meliorare (quo vtor veibo in hac materia quanuis, nõ casto ab scriptoribus electo) vnum ex filijs in tertio bonorũ quam legem semper receptam in vsu fuisse satis ostenditur, ex adnotatis à Roderico Xuarez, in l. quoniam in prioribus, in declaratione ad legem Regni, 2. limitatione, num. 3. & Glossographi agnoscunt in l. 18. Tauri, & sic cum prædicta lex fori facultatem concederet, meliorãdi vnum ex filijs vel nepotibus, nõ nulla dubia orta fuerunt ante legum Taurinarum æditionem, circa intellectũ prædictæ legis,
5 fori. Et primum dubium fuit, an auus posset meliorare nepotem, qui non habebat primum locum & gradum in successione, nẽpè, quia pater viueret cui legitima debebatur, in qua dubitatione ante promulgatas leges Tauri, nostrates interpretes potius admittebant, nepotẽ, de quo loquitur dicta lex fori, debere esse immediatũ aui successioni, mortuo, scilicet, patre, vt per Segurã, in l. cohæredi, §. cum filiæ, nume. 91. & 92. & in l. vnum ex familia, §. sed si fundũ, num. 109. & Palatios Rub. in l. 18. Tauri, nu. 2. viuente enim patre, nepos non succedit auo, l. posthumorũ, de inoffic. test. l. si quis filium, C. eodem, l. Gallus, §. nunc de lege, de lib. & posth. l. si quis posthumos, §. si filium, eod. titu. l. si quis filio exhæredato, ff. de iniust. rupto, tx. in §. posthum. Insti. de exhær. liberorũ, text. in auth. in successione, C. de suis & legitim. lib. & in auth. de hæred. ab int. venientibus, §. 1. collation. 9. Inuito igitur patre, nihil poterat filio per auum relinqui, vt per Bald. in l. penul. §. quia filio, C. de adoption. nu. 2. & in authen. resque, C. cõmu
6 nia, de legat. nu. 12. adnotatur: & secundum hanc opinionem pluries fuisse iudicatũ, nempè, vt patre viuo, nepos meliorari non posset, docet Palacios Rub. vbi sup.

7 Alij tamen contrarium defendebant contendentes etiam patre viuo, nepotem meliorari posse, vt cernere est per Couar. lib. 1. varia. cap. 19. num. 4. vbi ait respectu descendentium extante prædicta l. fori, tertium bonorum, in quo melioratio permittebatur legitimam nõ censeri: nam si legitima esset, non posset melioratus grauari, etiam in descendẽtium fauorem, iuxt. dict. l. quoniam in prioribus, & ante eum tenuit Palac. Rub. plenè disputans, & pro vtraquè parte fundamenta adijciens in d. l. 27. ex num. 24.

8 Secundum dubium erat an in hac tertij melioratione pater posset

posset adijcere grauamina vincula& substitutiones cōtrouersum enim fuit ex eo, quia quanuis lex fori, meliorare permitteret, non tamē declarabat an testator grauare posset meliora-
6 tū,& dubium ortum fuit: nam tertium bonorum saltim respectu extraneorum est legitima, quam non nisi filijs pater relinquere ad stringebatur, iux.l.9.titul. *De las mandas*, foro legum,lib.3. & si extraneis relictum tertium esset,possent filij impugnare testamentum patris,l.si quando, C. de inofficioso.

10 Rursus quia sicut in legitima considerantur bona patris tempore mortis,l.cum queritur,C. de inofficios.&Doctores tractāt in authent.nouissima, C.eodē, ita etiam quando agitur de valore,3.part.bonorum, tempus mortis inspicitur, vt cauetur in l.23.Tauri, vt ex his argumentari queat tertiam portionē legitimam esse saltem respectu extraneorum,vt cum multis,quos recenset docet Auenda.in d.l. 27. glos.1.num.7. Grauamini itaq; locum non esse, cum tertia portio legitima sit: quibus accedit text.in l.vnum ex familia,§.sed etsi fundum,de lega.2. vbi si testator grauet hæredem, vt vni ex familia quem elegerit fundū det,hic hæres, electum grauare nequibit,vt hunc fundum alteri extraneo relinquat: quibus & alijs fundamentis hanc opinionem admisit Segura in d.l. cohæredi,§.cum filiæ,num.156 & in dict.§.sed si fundum, nu. 157.

11 Pro contraria autem opinione adducebatur vulgare iuris principium, quo docemur filiū honoratum censeri, quia si pater non elegisset in tertio bonorum cæteri fratres, simul haberent: Grauari itaquè posse pleri què censuerunt,ex l.ab eo,C.de fideicommiss. (quanuis hæc ratio prætextu extraneorum non multum satisfaciat)& huic opinioni adhæret, l. si fundum per fideicommissum, §.fin.de legat. 1.

12 Vbi venientes ab intestato grauari possunt in legitima filij cū pater, ei, posset dare substitutū,
13 & eos excludere. Præterea,quia quoad potestatem imponendi onus,seu grauamē, alicui paria sunt ei prælegare, vel ab eo non adimere id quod adimi potuit, l.1.§.sciendum,de legat.3.l.conficiuntur,de iure codicillorum, quibus & alijs fundamentis an-
14 te legem Tauri,posse patrē grauamen imponere filio vel nepoti meloratis, docet Palac. Rub. in d.l.27.ex num.27.& Couarr. vbi sup.qui satisfaciunt contrarijs Seguræ fundamentis, in d. §.cū filiæ,& in dict.§.sed si fundum,estquè omnino inspiciendus Matien. in l. 1.titul.6. lib.5. compil.glos.2. per totam,& in

Nn 5 l.2.

l.2.glos.2.num.3.Gomez Arias in l.25.num.13.Tellus nume. 3. & omnes Cōmentatores legum Tauri, in prædictis legibus, & præcipuè in d:l.27.

15 Hæc ergo dubia tollens prædicta l.27. Tauri, statuit patrem posse meliorare filium, vel nepotem aliosvè descendentes eisq; inijcere grauamina vincula & substitutiones, seruato ordine à lege perscripto, vt ex hoc dici possit hanc Tauri legem declaratoriam esse.

16 Negatiuam tamen partem amplectitur Menchaca de succession.creatio. §.18.num.264. docens legem 27.Tauri, correctoriam esse non verò declaratoriam.

17 Ego tamen in hac opinionum diuersitate existimo, prædictam l.27. partim declaratoriam esse, dum decidit, patrē posse meliorare filium nepoē, vel descendentem, & rursus dū sancit patrem, grauamē in prælegato & melioratione apponere posse: cum superhis ab Scriptoribus discrimē esset, vt supra

18 ostendi. In secunda verò parte, in qua prædicta lex perscribit ordinem grauaminum correctoria erit, & contra text. in l. licèt, C. de naturalibus liber. & in l.Titius, ff. de hæredib. instituend. vel saltem noui iuris promulgatiua, cum ab ea dispositū ante eius promulgationem ædi tum non fuisset prædictis fori & styli legibus, nec nouum est vnam & eandem legem partim declaratoriam esse, & partim correctoriam, aut noui iuris decisiuam, vt docet Ias. in l. non dubium, nu.11.C.de legib.

19 Prædicta tamē disputatio & distinctio inanis videtur, stante dominæ Ioannæ Reginæ sanctione, quæ habetur in noua cōpilatione, sub lib.2.titu.1.l.6. cuius sententia est, leges Tauri locum habere in omnibus causis post earum promulgationē inceptis, etiam si ante æditionem accidissent, & sic frustra agimus an l.27. Taur. declaratoria sit, siue correctoria, siue noui iuris decisiua, cum quanuis corrigat, vel de nouo santiat ad casus præteritos trahenda sit, contra correctoriæ, & noui iuris promulgatiuæ legis naturam, ex prædicta dominæ Ioannæ Reginæ decisione, quæ indistinctè loquitur diuersitatemque non constituit inter leges Tauri, declaratorias, & correctorias, distinguere itaque non debemus, l. vnica, §. fin autem. C. de caducis. Præsertim: quia dicta sanctio excipit casus in legibus Taurinis declaratos, in quibus mentio fiat, vt ad præterita negotia prædictę Tauri leges non extendantur, in quibus solum excipere debemus, alioquin enim maneret imperfecta dicta exceptio, & contra tex. in c. erit autem lex

4. distin.

4.diſtinct.& propoſitio illa vniverſalis eſſet falſa, ſi in aliquo caſu præter exceptos prædicta Reginæ ſanctio ſeruanda non eſſet, l.Iulianus,de leg.3.l.ſi is qui ducenta, §.vtrum,ff. de regulis iuris,& quia prædicta exceptio firmat regulam in cõtrarium, l.nã quod liquide,§.fin. de penu. lega.l.quæſitum,§. denique,ff.de fundo inſtructo,refert plura Decius in l.1.num.7.de regul.iuris: vbi eſt itaquè caſus legis adeò expreſſus & formalis, vt in dicta Reginæ deciſione nullo modo ambigi poterit, ſecundum gloſ. in l.ancillæ,C.de furtis,vbi Baldus plura adnotauit,& Anchar. conſi.371.nume.4.& Decius in l.illam,1.notabil. C.de collatio. & quia lex ita ſcripta eſt, & ſecũdum eam iudicandum, lex proſpexit,ff.qui & à quibus,& tradit Menoch.in antiquis conſi.3.nu. 25.lib.1.& Nata conſil.480. nume. 9.

20 Nihilominus tamen reſponderi poſſet prædictam deciſionem, non in ſpecie decidere,vt ex hac noſtra l. 27. vel alia lege Tauri, cauſæ decidantur, & ad præteritos caſus trahantur, ſed generaliter diſponere, vt legibus Tauri iudicetur in omnibus cauſis & negotijs, quanuis ante ipſarum legum æditionem acciderent, in qua generalitate ſolũ leges declaratoriæ,de iure comprehendi debent,quarum vis, & effectus eſt dubia declarare, & ſic retrotrahuntur,vt ſupra oſtẽ-

21 di, quæ doctrina procedere minime poterit in legibus correctorijs,aut noui iuris promulgatiuis,præſertim ſi eſſet ius quæſitum partibus,ſi enim hoc aufferretur,diceremus continere legem vinculum iniquitatis,vt docet Angelus conſ.53. cuius initium eſt: *In quæſtione propoſita*, num.5.verſic.*Tertio fallit*,vbi aſſerit,vt quanuis lex ſtatuat,vt eius diſpoſitio extendatur ad caſus præteritos (vt habetur in dictæ

22 Reginæ ſanctione)nõ debet extendi ad illos: in quibus tolleretur ius tertio quæſitũ,ne ex ipſa iuſticia iniquitas oriatur: idemquè docet Albericus in tract.ſtatutorum,quæſt.70.num.17. Abbas in cap.2. nume. 4. poſt gloſ. ibi, de conſtitut. cuius doctrina eſt,ſtatutum non deberi trahi ad præterita,nec prætextu damni, vt damnificetur, qui actum geſſit, nec reſpectu retractationis actus,quia actus prius geſtus nõ debet retractari, idem Abb.in c. vlti.de conſtitutio.num. 10. vbi ait ad præterita, ex quibus præiudicium fiat iuri iam quæſito,

23 in re,legem non extendi: etiam ſi Princeps expreſſè aſſerat,vt eius conſtitutio ad præteritos caſus trahatur,ideoquè iura, quæ ad præterita extenduntur, non

24 comprehẽdere ea, quæ ſunt deciſſa ſententia, tranſactione, ſolutione,

ſolutione, vel præſcriptione, neque ea, de quibus pēdet lis in ſecunda inſtantia, docet notabiliter Aretinus conſil. 104. prope fin. Paul. Caſtrenſ. conſ. 89. & cōſil. 244. Alexand. conſi. 85. Barb. conſil. 86. & Additio. Caſan. in conſuetud. Burgund. in text. cōcluſionis & approbationis conſuetudinis, verbo, *Edentendons*, nume. 1. Abb. in cap. fin. de conſtitutionibus, nume. 9. & in ipſo met prædictæ dominæ Ioannæ Reginæ ſanctionis caſu, ſcribit Menchaca de ſucceſ. creat. §. 18. num. 274: idem Controuerſ. Illuſtrium, cap. 44. nume. 3.

25 Quibus ſuffragatur nam quāuis generalis declaratoria lex, ex eius natura extēdatur ad præterita, non tamen extenditur ad caſus perfectos & conſumatos, vel ad eos, qui ex his dependēt, vt teſtatur Calcaneus conſil. 15. num. 12. Iaſ. conſ. 120. libr. 4. Cephal. conſ. 591. num. 15. lib. 4. Ondedeus conſ. 16. num. 17.

26 Firmás etiam actum futurum legem nō reſpicere ad infirmādum ius tertio quæſitū in re, Felin. in cap. vltimo, de conſtitutionibus, in 5. Fallentia, verſi. *Reſpicit autem*, Onded. vbi ſup. n. 18. & ante eos docuit Bart in l. vltima, C. ſi contra ius vel vtil. pub. nu. 4. ibi: *Et ideo puto quod non ſufficeret ſi diceret aliquo, non obſtante quia iſtud eſt generaliter loqui*: quæ doctrina, & ex

27 alio ſuadetur nempè, quia ipſamet Reginæ ſanctio in fine ait, caſus preteritos iudicandos Taurinis legibus, niſi in eis expræſſe dictū ſit, vt ad præterita negotia non extendātur, at in omnibus Tauri legibus (ſi me memoria non fallit) nulla eſt quæ ſpecialiter hoc decidat, & ſic ne fruſtra lex impoſita ſit contra regulam text. in l. Labeo, de Carbon. æditto, l. 3. ff. de mili. teſt. l. 2. ad finē, C. cōmunia, de leg. tacite virtualiter, vt ita doctrinæ gratia loquar, & implicite debemus acci-

28 pere eius verba, ſecundum anteriorem interpretationem. Ita vt quotieſcunque lex Tauri, nō declaret, ſed nouum ius conſtituat, corrigatvè ad præterita negotia non trahatur: Hic itaquè erit verus intellectus noſtrę legis 27. nempè vt in 1. par. dum lex declarat, ad prçteritos caſus extendatur: in vltima verò parte dum corrigit, vel nouum ius ædit, futuros tantum proſpiciat.

29 Poſtremò, prædicta dominæ Reginę Ioannæ ſanctio declarāda, & limitāda eſt, in his quæ formam reſpiciunt, ex pulchra deciſione, textus in l. iubemus, C. de teſtamen. in illis verbis: *Quid enim peccauit antiquitas, quæ præſentis legis inſcia priſtinam ſequuta eſt obſeruationem*, & in l. teſtium, C. de teſtibus, ibi: *Scientes in poſterum*, docet Crotus in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iure, 5. quæſtione principali, Belug. in ſpeculo. §.

41.verſi.*Lege Regni*,num.5.qui-
bus addo gloſſam celebrem , in
cap.1.verb.de cætero,de poſtula
tione Prælatorum,in 6.illis ver-
bis:*Licet iſta conſtitutio, ſit iuris ve
teris declaratoria,puto tamen per hoc
verbum Papam,præcedentes electio-
nes ſic factas noluiſse comprehendere,
et potuit eſse ratio,quia omni commu
ni iudicio ante iſtā decretalem forma
hæc bona eſse putabatur,unde inijce
retur laqueus ei,qui communi iudicio
non peccauit:* quæ gloſſa commu-
niter ab omnibus recepta eſt, &
eſt alia gloſſa ſimilis, in proœ-
mio Clementinarum, verb. *De
cætero:* alioquin enim abſurdum
magnum ſequeretur (à quo to-
lendo valet in iure argumentū,
vt in l.nam abſurdum,ff.de bon.
libertorū) omnes enim diſpoſi-
tiones ante leges Taurinas factę,
præcipuè illæ,in quibus non ſer
uata eſt forma vocationum le-
gis 27.Tauri,corruerēt innume
raquè Hiſpaniæ primogenia à
parentibus de tertio & quinto
conſtituta ſubuerterentur, cum
forma legis Taurinæ , ante eius
ædirionem cognita non fuiſſet,
& ſic à diſponentibus ſeruari mi
nime poſſet.

Oritur itaq; ex prædictis no-
ua acutiſsima vtiliſque; & omni
no menti commendanda con-
cluſio,nempè, vt quanuis lex de-
claratoria ad præterita extenda-
tur, non procedat quando in ea
apponitur forma , quoad hanc
enim nulla ratione trahi poteſt
ad caſus præteritos,etiam ſi a le-
gis cōditore explicite & expreſ
ſè ſanciatur,vt ad eos extēdatur
debet enim accipi, & interpræ-
tari ſecundum iuris terminos ,
quos ſupra monſtrauimus. Has
igitur duas prædictas exceptio-
nes amplectitur lex noſtra ſtyli,
in illis verbis. E *ge la mandaſse eſ-
ta tercia parte en ſu teſtamento,é an-
te que finaſse dieſse el Rey otro fuero
a aquel lugar*,& rurſus,ibi:*Vale la
manda fecha en el teſtamēto, que fue
fecho en el primero fuero: Ca lo que di
ze en el fuero que dio el Rey deſpues;
nò ſe entiende a las coſas paſsadas e de
ante fechas,o mandadas,o otorgadas,
mas ha las por venir.* Apertè enim
hæc verba demōſtrāt legem quā
tumuis declaratoriam,nunquam
præterita negotia reſpicere,quæ
perfecta & conſummata erant,
& ex eis alicui ius erat quæſitū.
Itidē, & nouam formam à lege
appoſitam,non comprehendere
ea,quæ ante legis æditionem fa-
cta ſunt,ſed ſolum in futuris ne-
gotijs obſeruandam. Quæ profe
ctò lex omnino menti ad ſcribē
da eſt,licet nullus ſcriptor , quē
legerim eius meminerit,decidit
enim caſum iuri rationi,& Do-
ctorum oppinioni admodū pro
cliuem,& ad intellectum.l.27.ſa
tis vtilem,& perſpicuū, & in in-
diuiduo declaratorię legis,vt ex
inſcriptione legum,huius Codi
cis conſtat.

Secun-

Secunda quæstio.

30 QVoad secundam quæstionem, in qua tractare cupimus, an l.27. Tauri, quę de tertio loquitur habeat locum, quando in omnibus bonis, vel in maiori parte eorũ grauamen adjiciatur, primogeniũquè institutum sit, dicendum est prædictæ l. decisionem, super tertio bonorum æditam procedere, quoquè posse, quando maioris, quam tertiæ portionis primogenium instituatur, Molina lib.2.c.11.nu.11.vers. *Secundo quia ordo*, Xuarez in l. quoniam, super l. regia, limitation.2. per totã Rubeos in cap. per vestras notabili.3.§.4. numer.3. & §.21. num. 1. & §.24. numer.7. vbi diligens, Baldesius in nouis additionibus, & Rursus tradit Molina, libr.2. cap.15. per totum: dificultatem tamē habere potest in prædicti primogenij institutioue, absquè regia facultate, potestate sola prædictæ, l. Taurinæ dificultas autem in duobus consistit.

Primum, nam si filius vnigenitus esset, nequè ex tertio primogenium ei fieri posset? Cùm omnia paterna bona, absquè grauamine ad eum spectent.

31 Secundum, nam si alios fratres haberet, vltra tertium nō posset grauamen imponi, primogeniũquè institui, prædicta itaquè secunda quæstio inanis videtur, cũ casus contingere nequeat, sed nihilominus pro ipsius intelligentia animaduertendum est, in primo casu, quando primogenium instituitur ex tertio bonorum in filio vnico, absquè principis facultate, sinè controuersia nullũ 32 esse, cum enim omne æs. patris sit legitima filij de tracta quinta portion. l.9. tit.5. l.3. for. & tertiũ sit tantum liberis relinquēdum inter quos, ex decisione, l.27. grauamen locum habet, si vnicus filius extet, id pater in jicere nequibit, cum & hoc tertium, sicut cætera bona sinè grauamine, ad 33 vnigenitum filiũ pertineant, nullam itaquè in eum liberalitatē, pater exerceret, vt censet Palac. Rub. in d.l.27. numer.2. Grego. in l.8. titul.4. part.5. schol.4. & in l.2. titul.15. part.2. in glos. ve: bo, *Maioria*, ad finem Anton. Gomez in l.17. Tauri, nume.19. idē in l.40. numer.55. Tellus in l.20. Taur. numer.2. Couarr. variarũ, lib.1. cap.19. nume.73. Bernard. Diaz, reg.141. & alij plures quos recenset Molin. lib.2. cap.11. numer.3. vbi firmat hanc opinionē, apud omnes Hispanos scrip 34 tores, absquè controuersia esse receptam, hocquè iure vtimur, licet Parladorius quotid. libr.1. cap.7. vnici filij patrem posse, ei prælegatũ adscribere tertiæ portionis aduersus communem cōtendat per totum caput, ex pluribus argumentis, quæ ibi inspici pote-

poterunt, qua inre non immorabimur cum contrarium longe verius sit. In secundo verò casu quandoquis plures liberos habens vltra tertium & quintum primogenium instituat prætextu dict. l. 27. nulli dubium est, cæteros filios posse reuocare in eo, quod egrediatur tertiã & quintã portionem, cum in ipsorum legitima grauamen inijci nequeat, iuxta l. quoniam, & ibi ab Scribentibus adnotata.

35 Scio tamen nonnullos casus euenire posse, in quibus primogenium in vnico filio institutũ, & in alijs vltra tertiam portionem, & quinti residuum substitineri possit, veluti si primogenium irreuocabile à parente in persona filij vnigeniti institutum fuisset, cum bonorum tradditione, absq; vsusfructus reseruatione: tũc enim cũ pater honoret filiũ tradẽdo eidem, quod non adstringebatur, vsque ad mortem relinquere grauamen inijci poterit, ex vulgari regula, l. ab eo, C. de de fidei commiss. Rursus & verificari po-

36 terit in filio, qui alios descendentes habet: nam cum & hi ab auo meliorari possint, & inter ipsos filij vnici electio à patre facta sit, & grauare, quoad tertium poterit, licet non infitiar controuersam hanc opinionem esse inter Couarruuias lib. primo variarum, capite. 19. numero. 4. qui affirmatiuam partem admittit, & inter Antonium Gometium in l. 17. Tauri, numer. 19, qui negatiuam tanquam veriorem eligit.) rursus præ dictis accedit si filius vnicus à grauamine primogenij non reclamasset, sed per totum tempus vi-

37 tæ tacuisset. Vel in secundo casu cæteri fratres, consensissent meliorationi, vltra tertium & quintum, & vi huius consensus bona titulo primogenij 30. annis possiderentur: tunc enim ex huius temporis lapsu iure communi inspecto à grauaminis impugnatione filij excludentur bonaque ipsa perpetuo restitutioni erunt obnoxia, iuxta gloss. in l. licet, C. de iur. delib. Xuarez in l. quoniam, C. de inoffic. 10. ampliatione, nu. 24. Baetium de non melioran. cap. 9. numer. 10. quos refert & sequitur Molin. libr. 2. cap. 11. num. 7. licet iam apud nos obseruanda sit forma, l. 41. Tauri.

38 Quibus addo, nam ex ordine succedendi in aliqua re, in vno ex familia primogenium inducitur, vt in indiuiduo tradit Isernia, in capit. Imperialem, §. præterea ducatus, de prohibit. feudal. alienatione, numer. 37. vbi illum sequitur Afflictis, numer. 11. idem Isernia, libr. 3. constitution. rubr. *In aliquibus*, numero 40. & in cap. 1. de controuersia inter pares terminanda, num.

nume.11.vbi ait, tempus triginta annorum rem afficere tali cō-
39 ditione, vt perpetuo primogenio subiecta sit: idemque testatur Afflictis in capite. 1. ex quibus causis feudum amittatur, nume.72. & indiuidualiter Guido Papę consi.131.cuius initium est, *Circa processum*, num.4.versic.
40 *Et ista reducendo*, vbi ait, lapsum triginta annorum sufficere ad inducendam primogenituram, & melius Bald. in l. Explacito, in fin. C.de rerum permutatione: idem in l.scimus, in principio, nume.10.vers. Quinto quæritur, C.de inofficios. Grammaticus consil.145. num.3. Faber. in §.Ex non scripto, numer.6. de iure naturali.
41 Quinimò, & quod verius est sufficeret fratrem melioratum vltra tertium & quintum bona possedisse primogenij titulo per spatium dictorum triginta annorum, eius fratribus, videntibus, scientibus, & non repugnantibus ad hoc, vt deinde reclamare nulla ratione queant, ex decisione textus in capite Cum de beneficio, de præbendis in sexto, & declarat Afflictis in dicto §. Prætereà ducatus, à numer.10. vsque ad 12. & & refert plures Molina libr.2.
42 capite 6. à numero 24. Et confirmatur nam regulare est vnam progeniem inter personas familiæ tacite inducere posse successionem, in aliquibus bonis iure primogenij, doctrina est Ioann. Andreę in Additionibus ad Speculum, titu. de instrumen. æditione, §. compendiose, versicul. *Sed nunquid pro qua*, & pro hac opinione solet allegari textus in l. 2. §. deinde de origine iuris, & hanc opinionem tanquam magis communem amplectitur, Anton. Gabriel. lib. 6. communium opinionum, titul. de consuetudine, conclusione 5. numero 7. & plura retulit Molina dicto cap. 6. nume. 1 qui licet nume. 6. velit distincire: tamen intelligendus est, quando hæc consuetudo traheretur, vt faceret ius inter aliquos extraneos, sed quando illa inducitur inter ipsos fratres, vt in nostro casu, vel inter aliquos de familia, tunc absque dubio vera est prædicta communis opinio, de qua supra: quia spatio triginta an-
43 norum omnis actio, & ius præscribitur, & tollitur, lege omnes, l. sicut, de præscriptione triginta, l. licet, C. de iure deliber. vbi Doctores, & testantur communem Socinus, numero 3. Iason. numero 9. in lege si filius qui patri, ff. de vulgar. Præsertim si res esset qualificata, quo casu primogenium substinebitur, ex glossa in l. Quoties, prima, ibi: *Quia turris*, de fidei commissis, Bar-

bat.

bat.conf.32.lib.2. Socinus Iun. conf.108.lib.2.num.33. Veroius cōs.84.num.11.& 71.lib.2. Gra-
44 tus conf.124.num.4.lib.2. Quibus suffragatur: nā bona primogenij, vt manifestum est, aduersus omnes successores præscribi possunt pręscriptione immemoriali, iux.l.41. Tauri, idemquè dicēdum erit in pręscriptione 30. vel 40.annorum cum titulo, cū hęc possessio, seu pręscriptio immemoriali comparetur, adeo, vt quoties lex immemorialem desiderat pręscriptio 40. annorum cum titulo huic comparetur, c.
45 cum personæ, §.quod si tales de priuilegijs lib.6. vbi ad probandam exemptionem ab ordinario, in qua ius commune præscribenti resistit, & per consequēs requiritur tempus immemoriale sufficit præscriptio 40. annorum cum titulo, & ita ex illo tex tu arbitrati sunt; ibi Archidiaconus, Ioan. Andr. Philip. Francus, & alij Scribentes, & probat etiam tex. in cap.1. de præscript. lib.6. vbi Doctores, & tradit *Doctor* Molina libr.2.cap.6.nu.52. vbi huius opinionis innumeros recenset, & communem appellat Burgensis de Paz, conf.33.numer.26.& conf.41.num.10. nam quāuis nostrates interpretes ma
46 gis communiter doceant possessionem 30. vel 40.annorum sufficientem non esse, ad hoc, vt aduersus omnes successores primogenij præscribatur, cum titulo tamen nullus negat, præscribi primogenium posse lapsu prædicti temporis, vt videre licet ex Molina, & Burgensi vbi supra, & ex ario Pinelo in authē tica, nisi tricennale, numer.55. C. de bonis maternis, vbi defendit præscriptionem longissimi temporis, etiam absquè titulo sufficere aduersus omnes successores, tam natos quam nascituros, itaquè cum in nostro casu titulus ipsius testamenti, & primogenij institutionis, & lapsus quadragiuta annorum interueniant, absquè dubio prædicta opinio procedet. Quibus adstipulatur: nam & in casibus in qui-
47 bus facultas Regia desideratur, ex lapsu quadraginta annorum interuenisse videtur, ex sententia Mathei de Afflictis. in c. Imperialem, num.27. vers. *Vigesimo quarto quaro*, de prohibita feudi alienatione, per Federicum, vbi ait assensum Regium in alienatione feudi requisitum ex lapsu 30.annorum præsumi licet Doctor Molina lib.4. de Hisp. primogen.c.10.nu.vltimo conten dat, hoc admittendum non esse in primogenijs Hispaniæ, scilicet, vt soli 30. anni sufficiant, ad huiusmodi assensum Regium præsummendum, longius enim tēpus desiderari defendit, vt ibi inspicere licet, in nostro vero casu, quādo titulus & lapsus 30.

etiam cum titul. sufficiens esse, quo casu veriorem existimo superius relatam opinionem, de qua re intuendus est, Alexander consilio.101 nume.21.&.22. volumi.7. nam licet res restitu-
53 tioni ob noxia posit præscribi legitimo tempore, iuxta sententiam Pauli, in l.vltima, C.communia de legat. intelligetur, tamen respectu illius contra quẽ est, decursa præscriptio: respectu autem sequentium, qui postea succedunt in dictis bonis præscriptio nocere non potest præcipue, de iure huius Regni extante, lege.45. Tauri, vbi cauetur
54 in successores primogenij mortuo antecessore transferri possessionem ciuilem, & naturalem bonorum primogenij, etiam si ab alio occupata sint, quo fiet, vt ille tertius, qui occupauerat pręscribere nequeat cum nõ habeat possessionem ciuilem, & illa re-
55 sideat penes successorem sequẽtem, cum ciuilis possesio sit, causa præscriptionis, & contra ciuiliter posidentem, nequaquam pręscribi posit, iuxta glosas ordinarias communiter receptas in lege male agitur, C. de præscriptione.30.vel.40.&in lege prima, C.de seruis fugitiuis, & ita declarat Gregorius Lopez, vbi supra, Anton. Gomez, in l.40. Tauri, numer.90. qui ad hoc inducunt dictam, l.45. Pinelus in authentica, nisi tricenna-

le, C.de bonis maternis numer.
56 49. Rursus alius casus erit, si filius, scilicet, vnicus grauamen acceptasset, & ei expræsse consensisset cæterivè fratres in alio secundo casu explicite quoquè
57 assentirent grauamini in legitima eorum imposito, & ei renunciassent cum solemnitatibus à iure requisitis, vt quotidie contingit præsertim in filijs, & filia
58 bus cænobitis in his enim omnibus casibus, & alijs congestis à præfatis scriptoribus, & præcipuè à Molina in dicto capite 11. ex numero quarto, vsquè ad decimũ substineri primogenium posset, vi, & potestate, prædictæ, l.27. Tauri, etiam si de omnibus bonis, vel de maiori parte institutum fuisset. itaquè quę de tertio lex statuit, idem de alijs bonis admittemus in casibus prædictis, & sic non frustra hanc quæstionem adiecimus. as-
59 seroquè in renuntiatione, & cõsensu à filio vnigenito, vel alijs fratribus præstito in casibus supra adnotatis nullam dubitationem esse communis enim omnium sententia est, & in l.si quãdo in §. illud, C. de inofficioso
60 expresse deciditur. Illud tamen silentio prætereundum non est, an consensus tacitus filiorum ipsis præiudicet, & sanè Paulus in l.filio præterito, numer.7. de iniusto rup. testatur similem consensũ filijs præiuditiũ nõ afferre

licet pluribus annis tacuerint, ratio autem secundũ eum est, quia a lege summouetur grauamen ipso iure, l. quoniã, C. de inoffi. simplex: itaq; consensus non sufficiet, cum non reperiatur super quo cadere queat, quæ Castrensis doctrina pulchra est, theorica, ad Molinam in d. c. 11. n. 7. lib. 2. qui contrariã opinionẽ, Paul. suppresso conatur defendere.

Tertia quæstio an prædicta lex. 27. inducat formam.

61 QVonuis in iure nostro duę formæ sint, altera substantiæ, quoad iustitiam contractus alia verò solemnitatis, & inter eas hæc diuersitas cõstituatur: nam forma iustitię sufficit adimpleri, quoad effectũ iux. tradita à Menoch. cons. 1. n. 415. lib. 1. Symon de Prętis, cons. 179. nũ. 15. Cephalo cõs. 156. n. 9. lib. 2. quo casu hęc forma dicitur ad iustitiam contractus, vt cõmuniter scriptores docent, forma verò solemnitatis non solũ, quoad
62 effectum & iustitiam, sed & in specifica forma adimpleri debeat, vt latè pro sequitur Albertus Brunus in tract. de forma & solem. in c. *Quando censeatur aliquid traditum pro forma*, fol. 37. col. 2. vers. *Ego igitur in hac deficili*, & in fine quoq; illius capitis, Parisius cõs. 99. nu. 15. & 16. 3. p. prædicta tamen lex nostra. 27. Tauri absque dubio, de forma solemnitatis, loquitur: & ex ea prædictam solemnem formam induci nuncupatim tradunt Palacios Rub. ibi, nu. 50. Gomez Arias nu. 18. Castillo n. 36. Tellus nu. 7. & n. 22. Auẽd. glo. 2. nu. 2. & seqq. Molin. de primog. lib. 2. c. 11. nu. 12. Mieres 2. part. quæst. 6. num. 25. Matienço in l. 11. titul. 6. libr. 5. compil. glos. 11. num. 1. Angulo de meliorat. l. 11. glo 4. numer. 1. Gutierrez lib. 3. practicarũ, quæstion. 51. numer. 5. & sic negari nequit quin hæc sit vera, & cõmunis opinio, iure, & authoritate, tantorum iuris peritorum fulcita, vt nullatenus ab ea disce di posit. Tũ quia lex. 27. nullitatem inducit, si ordo ab ea per scriptus non seruetur: procul du bio itaquè est formæ inductiua, quoniam requisitũ ex cuius defectu inducitur nullitas pro for-
63 ma habetur, docet Alex. in l. 4. col. 2. n. 7. de lib. & post. & Cassaçus in decis. 165. nu. 16. ratio itaquè finalis prædictæ legis 27. nõ solum est, ex eo, quia tertiũ sit legitima inter filios, nec ne, in qua forma iustitiæ respicitur, sed quia prædicta lex statuit, vt secũdum formam ibi, contentã, substitutiones fiant, & non aliter, & sic hęc solemnitatis forma interuenire debet, sicut idẽ statuitur, in l. humanitatis, C. de impube, a qua nostra lex desumpta est; itaq; quãuis forma iustitiæ interueniat

niat,ſi ſubſtantialis,formalis, &
ſolemnis,non interſit, prædictæ
l.27. non erit ſatisfactũ, ſicut de
ſolemnitate probatoria, & ſub-
ſtantiali dicimus: nam quanuis
veritas probetur non ſufficit, ni
ſi & ſolemnitas intercedat lex 2.
C.de fideicom.lex ſi veritas, vel
ſolemnitas,C,eod.tit.ibi: *Si veri*
65 *tas,vel ſolemnitas iuris de eſt*, & in
fine,ibi: *Ad ſolutionẽ vrgere non po*
teſt,et docet Bart. in l.nemo po-
teſt in princ.de leg.1.Iaſ.ibi in 1.
lectura,nu.17.& in 2.nu.21.&Ri
pa nu.35.Dec.in l.2.C.de bono.
poſſ.ſecundũ tabul.n.5.&6.Are
tin.in d.l.nemo pot.col.2. circa
principiũ nu.6.Alex.in l.1.ff. de
cond.in debiti in prin.& ibi Iaſ.
n.17.Couar.in c. cũ eſſes,n.8. de
teſt.Alcia.in d.l.nemo pot.n.23.
66 Tel.in l.3.Taur.2.p.n.21.&ſeqq.
et non ſolũ in foro exteriori in
quo neceſſario iudicandũ eſt,ſe-
cundũ præd.ſolemnitatẽ, ſed et
in foro interiori deſiderari,pro-
bat Bal.in rep.l.3.n.55. C.de Sa-
croſ.Eccleſ.Iaſ. in l. ſi poſt diui-
ſionẽ,C.de iuris,et fact.ignorã-
tia,Fortunius Garcia de vltimo
fine illatione 15. Dec.in l.2. poſt
glo.ibi de bonor.poſſ.ſm tab.n.
3.Soto de iuſt. lib.4.art.3.col.4.
67 Ex indeq; infertur formã prædi
ctæ,l.27.vt pote ſubſtancialẽ eſ-
ſe præciſſe obſeruandã,& in qua
libet parte,etiã minima immu-
tari nõ poſſe,cũ quælibet muta-
tio vitiet diſpoſitionẽ, vt docet

Ant.de Butr.in c.Piſanis notab.
7.n.9.de reſt.ſpol.Bald.Immola
Cuman.Caſtrenſ.& cõmuniter
Scribentes in l.1.ff.de lib.&poſt.
Dec.in auth.qui rẽ,n.19.verſ. *Et*
pro modica, C.de Sacroſ.Eccl. E-
gregiæ Franc.Bechius cõſ.12.n.
68 27.& 30.& latè Syluester Aldo-
brãdinus.cõſ.1.nu.262. & ſeqq.
nã forma eſt,de genere indiuiſi-
biliũ,vt adnotauit Bald.in l. Pæ
dius poſt initiũ,ff.de arbitr. idẽ
Bal.in l.certi cõdictio,§.quoniã
col.9.n.27.verſ. *Pone quod vtile*,ſi
cert.peta.Brunus de forma & ſo
lemnitate,tit.de poteſt. & effe-
ctu formæ, col.35. verſ. *Septimo*
69 *prædicta regula*, & ideo quælibet
diuiſio,ſeu mutatio totũ corrũ-
pit,Iacobus Butricarius,& Albe
ric.in d.l.certi cõdictio, §. quo-
niã,Bechius in præallegato,cõſ.
12.& Aldobrãdinus in prędicto
70 cõſ.1.nu.263. & Nata cõſ.162.n.
7.& 8.in his enim, quæ ſunt de
forma,ſi receditur à parte recedi
tur à toto forma enim ex inte-
gritate ſua conſiſtit, vt teſtatur
Bald.in c. cũ adeo,ſub nu.3.verſ.
itẽ ex paruo de reſcriptis,& for-
ma ſemper præſumitur ſubſtan
tialis,& ſolemnis,vt tradit Tira.
cũ pluribus de retract. cõſangui
neorũ,§.36.gl.2.n.29.& à Docto
ribus cõmuniter traditũ firmat
Ludol.Scrader.in tract.feudorũ
p.10.ſect.20.nu.270.& Franc.Be
chius conſ.66. nu.10. & Surdus,
conſ.282.num.9.& 10.libr.2.

71 Nō tamen omitto, Angulū ad dict. l. 11 titul. 6. lib. 5. Compilat. glos. 4. numer. 9. 13. & seqq. contendere formam vocationū præ dictæ legis 27. esse modalem, cū vsa sit lex dictione dummodo, ibi. *Con tanto*, formaq uè modalis non resoluat in totum, sed obliget, & astringat ad obseruantiā secundum Bald. in cap. dudum in secundo de electione, sed Guido Papæ, cons. 105. numer. 23. & Ripa libr. 2. respons. consilio. 9. per totum aiūt dictionem dummodo conditionē inducere, de his quæ latius in sequenti quæstione tractabo.

Quæstio quarta, an forma grauaminū contenta, in d. l. 27. sit indiuidua, at vero in quolibet gradu substitutionum.

72 EXemplum huius quæstionis est, vt pote si testator faciat vocationem descendentium, & ascendentium, & transuersalium. In substitutioneque descendentium alliquem omittat, vel excludat, in fauoré transuersalis, quæstio erit an hæc dispositio valeat, quoad descendentes, & illos quos potuit & debuit præferre, testator impugnetur què, quoad trāsuersales quos nulli descendenti, vel ascendenti anteponere potuit, an vero, tota dispositio, & substitutio, quoad omnes corruat, & pro nōn scripta habeatur.

73 In hac quæstione duæ sūt opiniones, prima est formam dictæ legis 27. indiuiduam esse, ita vt debeat seruari, in totum nulla, etiam minima parte deficiente, aut immutata alioquin totum actum factum cōtra formam, & ordinem legis irritū esse, & nullius effectus iux. Bart. doctrinā, vbi omnes cōmuniter in l. Græce, §. illud, ff. de fideiuss. qui docent quatuor modis aliquid cēseri indiuiduū 1. ratione formæ 74 in actu requisitæ, iux. l. §. illud. 2. ratione necessariæ dependētiæ, l. 1. & 2. ff. de pecul. legato. Tertio propter voluntatem contrahentium, l. Pedius, ff. de arbitris quarto, ex natura & substantia rei, vt in seruitutibus, l. 4. §. cato lex seruitutes non diuiduntur, de verbor. oblig. erit ergo hic casus indiuidui præ tex. formæ requisitæ à dict. l. 27.

75 Vlterius, & secundo quia in indiuiduis, vtile, per inutile vitiatur, & impeditur, l. 1. §. itē quæritur, ff. de aqua quotid. & æstiua, & docet Petrus Pechius in regula vtile, per inutile 37. nu. 11. de reg. iur. in 6. & Sebast. Medicis in tractatu de reg. iur. 2. p. regul. 6. cuius initium est vtile per inutile, nu. 24. 2. thom, ibi. *Forma cum sit de genere indiuisibilium in ea vtile per inutile vitiatur*, Doctores cōmuniter in l. certi cōdictio §. quoniam

niā,ff.ſi cert.petat.& in l.1.§.ſed & ſi,de verb.oblig. Rol. a Valle conſ.73.nu.65.vol.3.& idem Sebaſtianus Medicis,1.part.eiuſdē tractatus reg.5.quæ incipit,*Minimum*,pagina.36. numer.35.ibi: *Forma diſpoſitionis ſi deficit in minimo vitiat actum*,& Euerardus in loco,ab effectu formæ, numer. 4.& indiuidualiter tractat,Ioan. Crotus conſ.76. articul.3. num. 24.& 25.lib.1.& Sfortia in conſ. 96.nu.7.&.8.& pulchre Camerarius in repetitione,l.Imperialē de prohibita feud.alienation. pag.245. & ex noſtris Sarmiēto Select. libr.6. cap.5.pertotum.

76 Deinde,& tertio,quia vbi forma requiritur non valet etiam actus modo, quo valere poſsit, vt notabiliter inquit Baldus, in l.quæcunquè poſt principium, C.de bon.quæ liberis,& probat text.in l.an inutilis, ſecundum vnicum intellectum,ff. de acceptilationibus,& in l.non codicillum,C.de teſtam. vbi Iaſ. num. 4.Salicetus,num.2.Crotus conſil.76.num.27.& docuit Bartol. in l.1.§.ſed ſi mihi,ff.de verborū obligation.& ibi Alciatus, nu. 2.& ſequentibus,& Bertrandus conſ.269.num.10.lib.3.

77 Huc pertinet,quia in caſu,& ſpecie noſtrę legis 27.apponitur clauſula annullatiua, & decreti irritantis:nam vltra formam ab ea contentam,ſi cōtra fiat annullando procedit, & ſic ex verbis prohibitiuis,& denegātibus potentiam aliter diſponendi,cenſetur actus eficaciſsimè prohibitus,vt per Iaſon. in l.non dubium num.60. C.de legibus,Baldum, Fulgoſ.& Alex in l.vltima,ff.de ferijs, Baez.de non meliorand. cap.35.quando enim apponitur decretum actum irritando inducitur effectus in cauſa efficiēte,vt Doctores cōſiderāt in lege

78 non poteſt,ff.de furtis,& in reg. 1.de reg.iuris in 6.& notat Iaſ. in dict.l.non dubium aſſerētes, ſi non valet actus eo modo, quo fit,non valere, vt valere poteſt, quando deffectus exiſtit in cauſa efficienti,vt reſoluit Dominicus Gem.in cap.1.§. idem quoquè,num.9.de deſponſ. impub. lib.6. vbi ita ſcribit: *Quando id quod agitur non valet, vt agitur propter deffectum poſſe,& ſic eſt deffectus in cauſa efficienti,tunc ſi lex reſiſtit,& ſi non valet,vt agitur nequè,vt valere poteſt*, idē teſtatur Ludouicus Ranenſis in l.1. §. ſi quis ita, de verb. oblig. & ex eo Felin. in c. cū ſuper Abbatia de offi.& pot.iudicis de legat. poſt Abbateſ.ibi,nu.12 quibus ſuffragatur,tex.in d.c.cum ſuper.ibi: *Voluntate,& poteſtate ſibi mutuo aduerſantibus,cū noluerit quod potuerit, & quod voluit adimplere nequiue-*

79 *rit*,quod vſquè adeo verū eſt, vt ſi lex reſiſtat potentiæ,ſi erratur in forma nō valet act⁹ eo modo, quo poteſt etiā ſi adſit clauſula,

vt valeat omni meliori modo, vt docet Felin.in d.c.cum super num.9.versi. *Et pro pleniori doctrina*,allegans text.in cap.1.de postulatione prælatorum in 6.

80 Quibus & 5.conducit videri ci Zasij doctrina in dict.l.1.§. si quis ita, num.4.ff. de verborum in illis verbis: *Ex istis ergo quatuor limitationibus collige regulam negatiuam,si partes se ad certam formã adstringissent, vel ex necessitate actus sese adstringisse intelligerentur, aut si tertij præiudicium ageretur, vel lege prohibente aliquid fieret, tunc quod voluit non potuit, quod potuit nõ voluit.* Ex quibus verbis satis colligitur in l.prohitiua,& apponente formam actum irritando, vt diximus,si hæc in indiuiduo nõ seruetur totum actum vitiari.

81 Rursus,& 6.facit, nã etiam si simplex prohibitio esset, si pars opponat actus annullatur, iuxta dict.l.nõ dubium,C.de legibus, ibi: *Nullum enim pactum, nullam conuentionem nullum contractum inter eos videri volumus subsequtum, qui contrahunt lege contrahere prohibente*,& ibi, *Hoc est, vt ea quæ fieri prohibentur, si fuerint facta non solũ inutilia, sed pro infectis etiam habeãtur licet legis lator fieri prohibuerit tãtum, neque dixerit specialiter inutile esse debere, quod factum est*, cap.
82 secundum de regulis iuris in 6. l.iubemus,C.de Sacrosanct.Eccles.regula,quod contractus 64. de regulis iuris in 6.multo itaq;

vrgentius,hoc procedet in d.l.27. Tauri,cum vltra prohibitionẽ, annullet dispositionem, si cõtrarium fiat, resistatque potẽtiæ disponentis,& confirmatur: nam inter simplicem prohibitionẽ, & eam quæ simul actũ annullat,
83 & irritat diuersitas est, nã actui simplicis prohibitionis lex non assistit, lex stipulatio ista, §.alteri, ff. de verborũ obligation. quando tamen est clausula, simul prohibitiua, & irritatiua, tunc lex resistit,& sic erit totaliter infectum, quid quid fiat iuxta distinctionem dominici: dict. num.9. & Caroli Ruini in d.§.siquis ita num.19.ibi: *Vnde in hoc puncto concludendum, quod aut deficiẽte forma, lex resistit actui, & tunc non valet etiam vt valere potest, vt per Bar. in l.cum lex de fideiussoribus, aut lex non resistit, sed non assistit, & tunc non impeditur naturalis obligatio, dicta lex de nouationibus iuncto dict. §.prætor, & per Bart. in loco præ allegato, aut subest non solum deffectus formæ, sed etiam agitur expresse, vel tacite, quod actus alio modo non valeat, & nõ valet, vt valere potest*, cui opinioni videtur fauere Doctor Molina de primogenijs lib. 2.cap.12.in quo agit de legibus, & conditionibus, quæ in primo
84 geniorum institutione apponi solent,& tractat quæstionem an pater possit eam legem primogenij institutioni adjicere, vt fœminæ abeo descendentes propter

ter

ter maſculos remotioris lineæ, ac gradus excludantur, & num. 33.ſcribit hæc verba: *Quod is qui ex legum Regiarum facultate ex tertia bonorum portione primogenium instituit nullo pacto poterit filias fœminas, ab eius ſucceſione propter maſculos tranſuerſales excludere*, & Rurſus, num. 55. ibi: *Quod cum in tertij prælegato, ex l. 27. Tauri parenti conceſſa ſit facultas faciendi quaſcũquè vocationes ac ſubſtitutiones dummodo prius teneatur vocare deſcendẽtes, & eis deficientibus tranſuerſales iſq; ordo adeo præciſſe debeat obſeruari, vt illud quod in contrarium factũ fuerit nullum futurum ſit, conſequens eſt, quod eo ordine tã in fœminis, quã in maſculis præpoſterato, maioratus ſubſiſtere non poſsit.*

85 Et prædictis, & ſeptimo adhæret ſingularis Bartoli doctrina in l. ex facto de vulgar, num. 29. vbi in caſu, l. humanitatis, C. de impub. quæ perſcribit ordinem ſubſtituendi mẽte captis, ait ſubſtitutionem factam non ſeruato ordine illius legis in totum vitiari, & tradit Baldus in dict. l. humanitatis, verſic. 6. nota & Paulus ibi, nu. 2. & 3. idem Paul. conſ. 222. numer. 3. & conſ. vltimo lib. 2. Angel. de Peruſ. inter conſilia Saliceti vltim. voluntatũ, conſ. 134. num. 207. volum. 1. & ſequitur Simõ de Prær. de interpretatione vltima. voluntatũ lib. 3. interpretatione. 1. dubitatione. 2. ſolutione. 7. numer. 14. & 17. & Molin. libr. 2. cap. 11. nu. 12. & 13. qui docent ſubſtitutionẽ factã non ſeruato ordine prędictæ, l. humanitatis non conualeſcere per mortẽ illius, qui erat primò ſubſtituẽdus, vt in l. quod ab initio, ff. de regulis iuris, & in l. ſerui, & filij, ff. de furt. à Iuriſcõſultis traditur.

86 His, & octauo adſtipulatur, quia quando actus fit contra formam legis, etiam ſi cauſa ceſſauerit non tamen ceſſat nullitas, neque cauſa ceſſante ceſſat effectus eius, tradit Imola in l. qui ſoluendo, ff. de hæred. inſt. Romanus conſ. 509. quem refert, & ſequitur Decius in dict. regula, quod ab initio, Nata conſ. 676. num. 33. cum ſequentibus, lib. 4. vbi in materia feudi elegãter loquitur, & copioſe confirmat hãc cõcluſionẽ. Cui & nono adhæret. nam forma prædictæ, l. 27. fortior eſt, quàm forma dict. l. humanitatis prædicta enim, l. humanitatis, vt ex ea patet ſolũ enumerauit perſonas, quæ ſuo ordine erant ſubſtituendæ non tamen cum clauſula annullatiua, l. tamen 27. ordinẽ perſcripſit cum clauſula irritatiua, ſi cõtra fieret, vt ex eius litera conſtat. Vlterius, & decimo vrget: nam prædicta l. 27. Tauri, vtitur

87 verbo, *Non poſsit* per quod inducitur præciſſè neceſsitas ſubſtituendi, & nullitas actus ipſo iure; iuxta gloſ. receptam in cap. 1.

verſ.non poteſt,de regulis iuris in ſexto,& Bart.doctrinam in l. vltima, colum.2. verſic. quæro, quod ſi iudex,numer.9.ff. de ferijs,idq; plures referens probat Tiraquel. poſt leges connubiales gloſ.4.in principio. Couarr. in regul.poſſeſſor,2.part.§.4.numer.4.& vbi lex remouet potẽtiam,quod contra fit nihil valet Bald.in tractatu de allodijs, numer.17.in fine,per l.ſi non ſortè, ff.de conditione indeb.& l.cum lex,ff.de fideiuſſ.& pulchre comprobat Lancelot. Galiaula in cõſuetudine, Alexandr. verb. non poſsit in principio.

88 His & vndecimo adjicitur, nam quando apponitur illud, quod lex iubet non apponi, vel omittitur, vel excluditur, ille quẽ lex vetat,diſpoſitio,prõ non ſcripta habetur,& pro nõ ſcripto idem eſt,quod nullum,iuxta Bald.doctrinam,conſil.204.col. 2.lib.i.& conſ.336.circa principium,lib.3.Lanceloti vbi ſupra, num.20.

89 Rurſus, & duodecimo huic opinioni ad ſtipulatur, textus in authe.de non alienandis, §.emphiteuſim,& Bart. doctrina in l.1.§.ſed ſi ita, de verbo.& in §.ſed mihi,nu.11.& Redoani, de rebus Eccleſiæ, quæſt.58. num.38.vbi alienatio rei Eccleſiaſticę facta,ſine forma non valet,etiam intra tempus permiſſus fieri,ſinè tali forma.

90 Deinde,& decimo tertio facit ſubtilis ratio:nam ſi etiã forma vocationum nõ ſeruata deſcendentiq; excluſſo,vel ommiſſo in fauorem tranſuerſalis non vitiaretur diſpoſitio, quoad omnes deſcendentes,idem eſſet ſeruare,vel non ſeruare formam legis, cum teſtator idem conſequatur diſponendo,hoc caſu cõtra legem, ac ſi ſecundum eam diſpoſitionem faceret.

91 His,& decimo quarto conſequens eſt,nam alioqui,l.27.Tau operaretur effectus contrarios, cùm ex vna parte annullet totã diſpoſitionem ex aliaquè per iuris interpretationẽ voluerimus eidem diſpoſitioni fauere,ita vt conſeruetur,ac ſi ritè & rectè,& ſecundum ordinem prædictæ legis teſtator diſpoſuiſſet, fruſtra enim legis implorat auxilium, qui committit in eam ex vulgaribus iuribus.Nec huic conſiderationi obſtabit deciſio,text. in l.ſi titio,& ei de legat.2. vbi vocato eo,qui capere poteſt, & eo qui capere non poteſt,quoad capacem admittitur, & quoad incapacem rejicitur diſpoſitio,ibi,

92 enim lex non paxbet formam, nec nullibi in iure datur textus, qui prohibeat legari ſimul capaci,& incapaci.l.tamen.27.formaliter diſponit,vt ſupra oſtendimus.

93 Nec obſtabit Rurſus, l.huiuſmodi,§.ſi titio de legat.1. lex. is qui

qui duos deliberatione legat. l. planè, §. ſi coniunctim de leg. 1. Vbi diſpoſitiones in vnocaſu valent, & in alio irritantur in illis enim iuribus non apponitur forma coniunctim collectiuè, & co
94 pulatiuè, ſicut in d. l. 27. Tauri, neque etiam poterit opponi de lege. 4. & l. qui duabus, & l. Plautius de cond. & demo. loquuntur enim in materia, in qua res & perſonæ ſunt diuiſibiles, ſine iuris læſione, quod procedere non poteſt, in forma appoſita à d. l. 27. quæ ex ſui natura requirit vnitatem, & indiuiſibilitatem.
95 Neque etiam prædicto intellectui obſtabit, l. ſancimus, C. de donationibus, vbi apponitur forma inſinuationis in donatione, quæ egrediatur quingentos ſolidos, & tamen omiſsio illius formæ non viciat donationé in toto, ſed tantum in exceſſu: mirũ in modum enim fauet prædicta lex opinioni prædictæ cũ enim
96 ibi, Imperator, conſideraret forma non obſeruata totum actum corrui, & ſic etiam donationem ſubſtineri non potuiſſe, vſquè ad 500. ſolidos ipſemet declarauit, vſquè ad hanc quantitatem donationem valere.
97 Vlterius, & 15. ſuffragatur prædictæ opinioni, tex. in l. inter cæteꝛa, de lib. & poſth. vbi pater adſtringitur inſtituere, vel ex hæredare, omnes filios collectiuè, nec ſufficeret aliquos inſtituere aliumquè omittere, idem ergo dicendum erit in d. l. 27. ex qua teſtator deber. 1. loco & gradu omnes deſcendentes ſubſtituere, non ob temperabit: itaq; prædictæ legi, ſi alios vocãdo excluſſerit deſcendentes, nulla itaquè redditur diſpoſitio prætextu ſcilicet ordinis dictæ. l. Taurinæ non obſeruati.
98 Poſtremo, & 16. huic opinioni ſuffragatur vulgaris iuris regula l. iã hoc iure cum vulgatis, ff. de vulgar. vbi vna determinatio reſpiciẽs plura determinabilia pariformiter determinat, & ſenſus ſit, vt ſicut ſubſtitutio tranſuerſalium reſcinditur, & annullatur propter excluſionem deſcendentium, vel aſcendentium qui eos præceſſerunt, ita etiam & eodem modo reſcindatur reſpectu aliorum deſcendentium, & aſcendentium, cũ quibus prædictus excluſſus vocatus nominatus & ſubſtitutus non fuit.
99 Secunda opinio eſt, vt diſpoſitio vitietur, quoad trãſuerſales, eoſquè qui deſcendẽtibus & anteriori gradui, qui ſubſtitui debebat præferri non potuerũt, valeat, tamen quoad deſcẽdentes, & cum gradum, & perſonam, quam potuit teſtator præferre.
100 Primo, quia vnius cuiuſquè perſonæ vocatæ diuerſa eſt ſubſtitutio, vt tradit Paul. in l. ſi pecuniam, nu. 11. ff. de cond. cauſa data, Moli. lib. 1. c. 1. nu. 17. ita vt vnuſ-

vnusquisq; Gradus de per se iudicari debeat,& sensus sit,vt vocationes,& substitutiones,inqui bus ordo d.l.27.seruatus non sit corruant:illæ verò in quibus formam disponens obseruauit: firmæ maneant, cum prædicta forma consideretur respectiua vnicuiquè gradui non verò toti dispositioni:nācū vna substitutio possit,ab alia separari nullitas vni⁹ substitutionis,& vocationis prętextu formæ nō seruatæ,nō potest operari nullitatē dispositionis,vocationis,& substitutionis,in qua forma adimpleta est, vt patet in l.i.§.idē quæritur, & in §. Trebatius,ff. de aqua quotid.& in l.1.§.sed &si mihi,ff.de verb.oblig.vbi latè Ias.nu.4.

101 Neq; obstabit,si opponatur de l.27.quę inducit formā nō enim negatur prædictam legē formā inducere,& quidem indiuiduā accipi tamen debet,vt indiuiduitas nō stet in tota dispositione, sed inquotlibet gradu substitutionis &vocationis,forma enim ibi, non inspicit vniuersalē dispositionem,sed distributibe vnumquenquè gradum.

102 Neq; Rursus obstabit si adijciatur,vt quāuis lex apponat formā distributiuā,inquotlibetgradu,ita tamē intelligatur,vt gradū non faciat quælibet persona, sed quodlibet genus personarū, cū d.l.27. gradū vniuscuiusquè personæ non respiciat specialiter,sed in genere,faciēdo gradū 1.in descendentibus legitimis. Secundum,in illegitimis, tertiū in ascendentibus,quartū in trāsuersalibus, quintū in extraneis, sicq; si dispositio peccet præferendo gradū trāsuersaliū alicui personę ex descendētibus,vel ascendentibus non solū debere irritari, quoad hunc descendentem, cui transuersalis antepositus fuit, sed etiā omnes gradus descendentiū vocationesquè,&

103 substitutiones,ex eis factas, nullas remanere dicendū sit. Respōdetur enim hanc argumentationem omni ratione destitutā esse:nam quanuis lex iubeat prius debere substitui gradum descendentium mox ascendentium,& sic de cæteris,sub gradu descendentium comprehenduntur tot gradus,quot sunt personæ, quæ succedere possūt:ex vnico enim verbo plures substitutiones deducuntur,iux.l.cohæredi,§.qui discretas,ff.de vulg.per quē tex. in specie notat ibi Aretinus docens ex vnica oratione,& ex vnico verborū contextu posse dedu ci plures gradus substitutionū, & refert & sequitur Iason ibidē, nu.5.exquibus hanc opinionem admittit Molin. lib.i.c.4. nu.16. & in indiuiduo primogenij tot substitutiones esse, quot personas vocatas,ac si vnicuiq; specifice facta fuisset substitutio innumeris relatis docet idē Mol. lib.

1.c.1.

r.c.1.n.17.& 18.vbi extendit non solum ad eos,qui tẽpore institutionis nati erãt,sed etiã ad nascituros,vt quilibet eorũ,quãdo successio ei deferatur gradũ faciat, idem tradit Molin.lib.1.c.4.nu. 16.& lib.2.c.11 nu.39. & libr.3.c. 6.nu.39.ante eum Bart.in c.1.§. filius de lib.& post.ibi: *Sed quando sunt plures substitutiones,quæ concurrere simul non possunt,sed vna in defectum alterius dicuntur diuersa capita,& diuersi gradus,vt institutio et substitutio*,refert & sequitur Felinus in c.cũ inter nu.7.vers. *Et docet Bartolus*,de re iudic. Menoch.de arbit.casu 95.nu.22.Peregrinus de fideicom.art.16.nu. 103.Rubeos in d.l.27.nu.14. & 15.& in primogenijs probabilior,hęc opinio est,cũ duo in eis succedere non possint, sed vnus post alium :impossibile itaq; est, vt quælibet persona gradũ non faceret,iuxta ad notata à Molin. lib.1.c.6.per totũ, & satis probatur in l. Gallus,§.quidam rectè iuncta declaratione glossæ verbo nõ exprimat,ff.de lib.&post. vbi si pater instituat filiũ, & nepotem vna oratione,& vnico cõtextu,quanuis in verbis vna substitutio videatur,sed quia ex ipsius mente colligitur prius voluisse instituere filium constituũtur duo gradus, & in primo admittitur filius, & in 2.nepos, vt videre licet, per Manricã innumeros recensentẽ,lib.4.tit.7.n.1.

104 Ex quibus concluditur dispositionem,quę peccauit in forma præferendo gradum transuersaliũ alicui personæ ex descendentibus,vel ascendentibus,non esse nullam dum extent non nulli ex ascendentibus,vel descendentibus vocati, tunc tamen nulla efficietur, quando illa persona,cui antepositus transuersalis fuit,cum eo concurrat: quibus accedit viua ratio deducta ex d. l.27.quæ formam tantũ prætextu finis adhibuit,hic autem fuit, vt omnes vocati,& substituti succederent ordine ab ea præfixo, & sic si nullus fieret alius gradus,nisi ille,qui anteriori præfe-

105 ratur,ipsi legi fraus fieret, cuius intentio fuit solum nullam facere,illam vocationem,in qua forma non fuerit seruata: succedit itaquè ratio legis si mater,C. de institu.& subst.vbi non curatur de forma,quando resultat effectus à lege contemplatus, & ibi notat Iason,nu.4.& similis text. est,in l.vltima,C.de donat. quæ sub modo,ex quo sumpta fuit,l. 4.tit.5.par.5.exemploque patet propter absurdum euitandum.

106 Supponamus enim patrem filiũ meliorasse eique substituisse omnes descendentes, & ascendẽtes mox extraneos statim transuersales præposterato in hoc vltimo ordine vocationũ ipsius legis Taurinæ,quis hoc casu audeat dicere? Dispositionẽ esse nullam

lam, respectu descendentium, & ascendentium, quia inter transuersales, & extraneos forma seruata non fuisset: ex quo exemplo planè constat formā accipi debere, vt supra mōstratum est respectiuè & distributiuè vnicuiquè gradui, & personæ non tamē toti dispositioni, consequens itaquè est nullum effici non potuisse, nisi tantū gradum illum, in quo egreditur à forma legis, ad hoc enim, vt nulla esset tota dispositio necessaria erat expresio vt porè si lex diceret, & exprimeret, vt omnes vocationes & substitutiones ordine, non seruato corruerēt, etiam si in aliquibus ordo obserbatus fuisset, tunc enim forma respiceret vniuersalē dispositionem, & non distributiuam cuilibet gradui.

107

108 His accedit, l. sancimus, & l. penul. C. de donation. vbi in insinuatione excessus tātus cōsideratur, & ratio est, quia forma legis excessum solū respicit: valet itaq; in quantitate illa, in qua insinuatio donationis non desideratur simile est, In grauamine filio apposito in tota hæreditate, 109 tolitur enim de legitima in residuo, tamen toleratur, eadem in quā ratione, quia forma legis legitimā tantū considerauit, vt latè prosequitur Xuarez in l. quoniā; C. de inoffi. idemq; patet in simili exēplo, l. pecuniæ fenebris ff. de vsur. & l. si is qui ex bonis,

ff. de vulg. & sunt innumera alia 110 iura, quæ cōsulto omitto. Et prædictis accedit: nā quādo capaces & incapaces, simul vocati & substituti sunt, quoad eos qui caperepossūt valet substitutio, quoad eos verò, qui capere nequeunt nulla efficitur, l. si Titio 7. de leg. 2. ibi: *Si Titio, & ei qui capere nō potest decē legata sint, quia duobus hæres damnatus est, & vnus capere non potest, quinquè solatitio debētur*, & idē probat tex. in l. huiusmodi, §. si Titio de leg. 1. & colligitur à maiori, ex tex. in l. si is qui duos ante pen. de liberatione leg. & in l. planè, §. si cōiunctim de leg. 1. & in l. vnica, §. pro secūdo, C. de caducis, & in l. si filio. 75. ff. de hæred. inst. vbi. nullitas vnius gra-111 dus alios nullos non efficit melior, tex. in l. ex facto, §. Litius, ff. de vulg. ibi: *Quia non in totū testamentū infirmant filij, sed tantum eū gradū qui ab initio non valuit*, his 112 consequens est, quia rupta. 1. substitutione cæteræ, quæ ab ea depēdēt nullæ sunt, vt ex pluribus, tradit Peregrinus de fideicom. articul. 29. num. 29. rupta tamen secunda substitutione, primam corrni ius nō patitur, l. sed si plures, §. nemo, ff. de vulgar. iuncta glo. verbo *Nō valere*, his condu-113 cit, l. inter cæteræ de liberis & posthumis, vbi forma apponitur de filio instituendo, aut exhæredando nihilominus; tamen si filius in vno gradu præteri

ritus ſit,& ex alio exhæredatus, vel ſubſtitutus hic valebit:ille tamen ſolũ vitiabitur,in quo præteritio interuenit, l. ſi filius.75. de hæred.inſt.l.ſi a primo de liber.& poſth.l.non putauit, §.ſi ab vno de contra tabul.l.3.§.vltimo de iniuſto rupt.l.ex facto, §.Luci',devulg. Nec huic veriſ-ſimæ ſententiæ opponi poterit, l.nam,& ſi ſub conditione, & l. pen. de iniuſto rupt.vbi poſthumus præteritus in primogradu non ſolum illum rumpit,ſed & cæteros quanuis in illis eſſet inſtitutus, vel exhæredatus, nam ex his iuribus potius ſuperius dicta confirmationem recipiunt ratio autem harum legum eſt, nam poſthumus cũ naſcitur,& inueniat ſe,a primo gradu præteritum illum rumpit, & per cõſequens cæteros, quanuis ab ipſis inſtitutus, vel exhæredatus ſit,in caſu, tamen l.27. vocationes,& ſubſtitutiones factæ contra formam legis non ſunt validæ à principio,ſed ab ipſo initio nullæ,& ſic nullitas impedit, vt cæteri gradus rumpi nequeant, ſicut dicimus in eo gradu à quo filius in poteſtate præteritus eſt, nam cum ille gradus nullus ſit, à principio,nihil eſt quod rumpi poſsit, & ſic ſolũ ille gradus, à quo præteritus eſt vitiatur,cæteri autem in quibus inſtitutus, vel exhæredatus eſt validi ſunt, vt in iuribus ſupra allegatis.Secundo reſpondetur, nam in dictis legibus,& ſi ſub conditione & penult. de iniuſto rupt. vitiũ eſt in primogradu,à quo cæterorum ruptura deriuatur, ſed in noſtra quæſtione cũ primi gradus validi ſint,& ſolum nullitas conſiſtere poſsit reſpectu tranſ-

118 uerſalium,propter vitium poſterioris ſubſtitutionis corrui præcedentes non potuerũt, vt ſupra oſtendi, ſicut etiam dicimus in ipſo poſthumo, qui ſi èċontra à primo gradu ex hęredatus ſit, & forma legis obſeruata, quanuis à ceteris gradibus ſeqq.contra formã legis ſit præteritus,ſolum,quando naſcitur rũpit gradum præteritionis,eũ,tamen in quo exhæredatus fuit, nullatenus rũpit, l.3.§.vltimo de iniuſto rupt.ibi: *Tamen interdum euenit,vt pars teſtamẽti rũpatur, vt puta ſi proponas poſthumũ à primogradu exhæredatum à ſecũdo præteritũ, nã hic primus gradus valet et ſecũdus ruptus eſt*,l.1.§.ſi venter de ventre in poſſeſsione mit. Illud namq; in diſpoſitionibus teſtamentarijs,

119 perpetuo obſeruatur,vt ſolũ corruat, illud quod vitiũ habet, & quod eo caret firmũ maneat, vt vltra iura allegata eſt,tex.in l.nã & ſimiles de iniuſto rupto,l.ſi is qui ſoluẽdo 55.& l.ſi is qui ſoluẽdo 57.ff. de hæred. in ſt.l. ſi quis habens 24.ff.qui & a quibus: Accipio itaq; hanc opinionẽ tanquam veriorem,quam quanuis

non

non ex his considerationibus, sed ex alijs vulgaribus iuris principijs defendunt Palacios Rub. in d.l.27.num.50.& ibi Castillo verbo, *Estraños*, num.38.& Melius Tellus ibi.nu.7. Gutierrez lib.3.pract.q.51.nu.15. Ayora de partit.2.p.q.43. Angulo in l.11. tit.6.lib.5.Compil.glo.15.nu.1. & gl.4.nu.9.& 13. & indiuidualiter in casu.l.humanitatis.C.de impub.à qua videtur desumpta, l.27.hanc opinionem tenuit Simon de Prætis de vltimis volū. interpretat.2,dubitatione.1.solut.7.num.17.lib.3.fol.102.in impressis Lugdun.anno 1588. qui quamuis allegat Paulum de Castro in cons.222. cuius initium est,*Super primo*,num.2.lib.2.non ita perspicue loquitur, vt ex eo prædicta opinio deduci possit.

120 Neque vrgent primæ opinionis fundamēta:primò enim, vbi diximus formam, dict.l.27. indiuiduam esse,satis respondetur supra in fundamentis secundæ opinionis, in princ. vbi latè tractatur vniuscuiusquè personæ vocatæ diuersam substitutionem esse, formæquè indiuisibilitatem accipi debere,in quotlibet gradu non vero vniuersaliter in tota dispositione.

121 Neque obstat,secundum fundamentum, vbi dicitur in indiuiduis vtile per inutile vitiari in diuiduum enim hic accipitur, secundum anteriorem interpretationem non scilicet respectu totius dispositionis, sed cuiuslibet gradus substitutionis,& vocationis.

122 Neque obstat tertium fundamētum,in quo diximus,vbi forma requiritur non valere,etiam actum,modo,quo valere posset fatetur enim.? Negatur tamen formam totam dispositionē respicere:debet enim accipi distributiue,vt superius docui.

123 Non obstat,& quartū fundatū,in quo dixi in prædicta l.27. vltra formā,apponi etiam clausulā annullatiuā,& decreti irritātis, huic enim argum.satis fit, ex prædicta doctrina,& intellectu d.l.27. & formæ ab ea inductæ,quæ cum non apponatur in toto actu,sed in quotlibet gradu hic solus, si in eo deficit forma irritabitur,& in eo habebit locū clausula decreti irritantis, qua responsione,& quinto fundamento responsum manet.

124 Neque obstat,sextū fundamētū,vbi etiam in simpliciter prohibitis actus corruit,si cōtra fiat & multo,forti⁹ in d.l.27.cū vltra prohibitionē dispositio nulla sit ex legis dispositione, si testator ordinē ab ea præstitutū non obseruauerit,vocando,& substituēdo,prius descendentes,vt lex iubet,itaq; si aliquis exclusus fuerit in transuersaliū fauorem, nō solū,quoad transuersales irritetur dispositio, sed & quoad descen-

deſcendentes propter omiſsionem formæ, idquè probari oſtẽdi, ex Molina lib. 2. cap. 12. nume. 53. & 55. Nam verius eſt excluſionem deſcendentis tantum irritã efficere vocationem tranſuerſalium, non tamen aliorum deſcẽdentium qui vocari potuerunt, & excluſſo præferri, nec Molina contrarium arbitratus eſt: obſcurè tamen fuit loquutus in annotationibus itaque quas fecit ad finem libri, num. 10. ſe interpretando ſcribit hæc verba: *Item eodem libro cap. 12. num. 53. & 55. dixi, in maioratu ex tertia bonorum portione à parente, ex legibus Regijs, abſque Regia facultate inſtituto, non poſſe ipſum parentem filias fœminas, neque etiam filios Religioſos, clericos, vel mentecaptos, & ſimiles defectus patientes, propter maſculos tranſuerſales excludere, quã in re annotandum eſt, poſſe parentes etiam abſquè Regia facultate fœminam proximiorem, atque vltimi poſſeſſoris filiam à maioratus ſucceſsione excludere propter maſculos remotiorer ipſius vltimi poſſeſſoris tranſuerſales, dummodo ab ipſo inſtitutore deſcendant, ſimiliterque poſſe excludere filios atquè deſcendentes vltimi poſſeſſoris, Religioſos, clericos, vel furioſos, vel ſimiles defectus patientes, propter alios agnatos vel cognatos eidem vltimo poſſeſſori tranſuerſales, dummodo à primo inſtitutore deſcendentes: lex namque Tauri ſolum prohibet quod deſcendentibus excluſis tranſuerſales ad meliorationem admittantur, non autem parenti inter ſuos deſcendentes electionem denegat.*

125 Neque obſtat ſeptimum fundamentum, in quo ex Bartol. Baldo, Simone de Prætis, Molina, & alijs diximus in caſu legis humanitatis, quæ perſcribit ordinem ſubſtituendi, mentecaptis, ſubſtitutionem factam, non ſeruato ordine illius legis in totum vitiari. Primò, quia Doctores in dicto fundamento relati, non ita perſpicue loquuntur, vt ex eorum dictis prædicta concluſio affirmari queat, & Molina libr. 2. capite. 11. numero. 12. & 13. qui Bartol. pro hac opinione allegat in lege, ex facto, de vulgar. num. 29. omnino allucinatus eſt: non enim hoc Bartol. docet, neque in numero illo, neque in repetitiõne totius illius legis. Nihilominus tamen Molinæ doctrina veriſsima eſt, caſum enim narrat quando forma l. humanitatis, in totum obſeruata non fuit: nam ſubſtituendi erant primo loco liberi, & deſcendentes, furioſi, & eis deficientibus fratres, & in eorũ defectũ, quos pater voluiſſet, quo ſuppoſito, ſi cũ deberet vocare, & ſubſtituere liberos extraneos ſubſtituit, nulla dubitatio eſt, quin tota diſpoſitio & ſubſtitutio irritetur, vt pote forma

enim locum habet in conditionibus turpibus, vel impossibilibus, quibus sublatis pura manet institutio & substitutio, iuxta vulgaria iura in l. obtinuit, ff. de conditio. & demonstr. §. impossibiles, Instit. de hæredib. instit. l. conditiones quæ contra edicta, ff. de condit. instit. l. quoniã, C. de in officio. testa. l. 3. titu. 4. par. 6. & hæc doctrina nostri casui, non adaptatur: Nõ enim sumus in terminis, turpis, vel impossibilis cõditionis: neque obstabit si opponatur conditionẽ contra ius impossibilem esse, similes itaque cõditiones reijciẽdas à dispositione, vt innumeros recensens, testatur Molina, cap. 12. num. 43. lib. 2. Nos enim tantum agimus devocatione, & substitutione, descendentium, quibus quanuis aliquo excluso admixtus extraneus sit, quoad extraneum tantum, pro nõ scripta dispositio habebitur, quoad alios tamen descendentes, qui substitui potuerunt, nihil turpe est, quod reijci possit, neque contra ius dispositio dicetur cũ potuerit testator eos vocare & præferre, secundum dict. l. Taurinæ decisionem.

129 Neque obstat 12. fundamentum, text. in authent. de non alienand. §. emphiteusim, iuncta Barto. & aliorum doctrina, vbi alienatio rei Ecclesiasticæ facta sine forma, non valet, etiam intra tempus permissum fieri sine tali forma. Respondetur enim textum in dicto §. emphiteusim, solum decidere emphiteusim concessam vltra tres generationem, non valere, non tamen sancit, an valeat intra ipsas tres generationes, & quanuis Bart. & Redoanus vbi sup. asserãt nõ solum prædictam emphyteusim vitiari in excessu, sed etiam in illis tribus generationibus, in quibus valere potuit, contraria tamẽ opinio verior est, & cõmunior, vt ex multis refert Couar. lib. 2. variar. cap. 16. num. 5. versi. *Sed præmissa*, Iulius Clarus, §. Emphiteosis, quæst. 6. nu. 2. vers. *Scias etiam*, Sed quãuis prædicta Bartoli opinio, vera esset

130 fateremurque concessionem vltra tres generationes factam, intra ipsas quoque vitiari ratio erit, quia in concessione emphyteosis, seu locatione ad longum tempus, non militat eadem ratio in parte, respectu partis, quæ in toto respectu totius: nanqui recipit emphyteosim, vltra tres vitas non eandem pensionem daret, quam si intra tres solas ei concederetur. Ecclesiaque, quæ emphyteosim vel locationem concedit, si locatio esset solum per tres annos maiori pensione locaret, sicque cum reductio emphyteosis vel locationis, ad tres generationes reduci nequeat sine cõtrahentium in-

incõmodo, neque ad tẽpus permissum reductio fit, vt adnotauit Coua.d.lib.2.c.16.nu.5. vers. *Non obstat*, ibi: *Non est enim ita commoda locatio pro tribus annis, respectu triũ annorũ, sicut pro decẽ vel viginti annis, respectu totius*, & eodem nu.5.vers. Verũ,eandẽ sententiã admittit, & idem arbitratus est Cęsar Vrsil. ad afflict.decis.107.n.8. Hocq; in nostro casu non procedit, improbatio enim vnius gradus, vel vocatio-
131 nis,alijs gradibus non præiudicat,neque toti dispositioni, neque vllum resultat incommodum, quinimò vtilitas cũ illud sit in dispositionibus conãdũ, vt quoad fieri queat cõseruẽtur, & sic potius prædictæ opinioni fauet tx.in d.§.emphiteosis. Cũ cesset in nostro casu, ratio quæ ibi cõtrouersiæ causam præbuit Cõfirmatur, & deinde, quia si Ecclesia cõsueuit in feudare in masculos tãtũ, & cõcedat in masculos & fœminas, quãuis infeudatio, quãtũ ad fœminas nõ valeat, firma tñ quãtũ ad masculos permanet, vt per Bald.in c.1.§.1.de his quæ in feud.dare possunt, & Martin.Laud.ibid.& Fulg. cõs. 220. cuius initiũ est, nobilis desorciate cernere licet.

Neq; obstat 13.fundam.in quo
132 diximus & argumentati sumus ex subtili ratione nẽpe, vt idẽ esset seruare, vel nõ seruare formã legis, si forma substitutionũ nõ obseruata, descẽdẽtiq; excluso in fauorẽ trãsuersalis nõ vitiaretur dispositio, quoad oẽs alios descẽdẽtes substitutos. Respõdetur enim nõ eãdem rationẽ esse, est eñ assertio omni rationi repugnãs qui enim formã legis adimpleuit in totũ legi obtẽperat, & suã volũtatẽ cõsequitur, sed si egreditur formã legis sua volũtas nõ seruatur, cũ l.quãuis conseruet dispositionẽ, admittit, tñ illũ quẽ testator exclusit, nõ idẽ itaq; est seruare, vel non seruare legis formã, sicut dicimus in l. qui in prioribus, vbi si pater filio legitimã absq; grauamine rẽlinquit: eã, sine eo filius cõsequitur, & voluntas patris obseruatur Ideq; est; si aduersus formã legis grauamen inijciať à patre, tollitur enim de legitima, & eodem modo filius institutus, vel non institutus bonorũ possessionẽ habet, cõtra tabulas, scilicet, vel secũdũ tabulas, nõ tamẽ est idẽ respectu paternæ volũtatis, & ita asserere possumus in pluribus exemplis, in quibus non datur æqualitas, nam quanuis vtroquẽ casu idem sit effectus, diuersitas tamen est inter obseruantem & contrauenientem: respectu seruatæ, vel non seruatę eius voluntatis.

133 Neque obstat 14. fundamentum, dum dixi dict.l.27.operari effectus contrarios si ex vna parte nullam facit testantis dispositio-

tionem, ex aliaq; per iuris inter
pretationē cōseruat, ac si rite &
rectè, secūdū ordinē prædictæ le
gis testator disposuisset. Respō-
detur enim finē legis esse, vt or-
do vocationū seruetur, quæ in
quātū plus obseruētur meliusle
gi obtēperatur, & sic null' effe-
ctus cōtrarius resultare potest,
præcipuè, quia in nostro casu si
ne iuris interpretatione decisio
legis obseruatur: nam cū pater
substituerit descendentes, legis
formam obseruat, & si aliquibus
exclusis transuersales præferat,
quoad eos nulla dispositio red-
ditur: in vtroq; itaquè casu lex
operat' illud, ad quod lata fuit.
Neque obstat etiā obiectio, de l.
si Titio, & ei, de leg. 2. vbi dixi-
135 mus ea ratione ei qui capere po
test, & qui capere non potest, le-
gato relicto, eum tantum qui ca
pere potest admitti, quia lex for
mā nō apponit: quasi secus dicē
dū esset in d. l. 27. quæ formam
præstituit. Respōdetur enim nul
lā extare diuersitatis rationem,
cur & hic nō procedat separatio
eius, qui capere potest, ab eo qui
capere nequit, vel gradus vtilis
ab inutili, nā quāuis d. l. 27. for-
mā inducat, respicit vt diximus
quēlibet gradum, & nō totā dis
positionē: qui grad' itaq; capere
potest admittetur, excludetur q;
ille capere nequit: neq; qui ad rē
facit opositio de lege huiusmo-
di, §. si Titio, de legat. 1. & l. qui
duos, de liber. lega. & l. planè, §.
si cōiunctim, de leg. 1. vbi disposi
tiones in vno casu valēt, & in a-
lio nullæ sunt, quia nō apponi-
tur forma cōiunctim collectiuè
& copulatiuè. Respōdetur enim
formā d. l. 27. distributiuè appo-
ni, nō collectiuè: ita vt oēs neces
sario vocari & substitui debeāt.

136 Nec rursus opponi poterit, de
l. 4. & l. qui duabus, & l. Plautius
de cōd. & dem. quę quāuis diui-
sionē permittāt loquūtur tñ in
materia, in qua res & personæ
sunt diuisibiles, absq; iuris læsio
ne. Respondetur enim prædi-
ctam doctrinam, siue iuris læsio
ne, & hic verificari cū in hac dis-
positione repellam' substitutio
nē quæ vitiū habet, & admittam'
137 eā quæ eo caret, secūdū prędictū
d. l. 27. intellectū. Neq; in cōtra
riū allegari poterit, l. Sācim', C.
de donat. quasi omissio formæ,
ibi nō vitiet donationē in toto,
sed in excessu quasi secus esset si
lex nō expressisset. Solutio enim
est, si animaduertamus ibi Impe
ratores, nihil specialitatis indu-
xisse, sed tātū sāxisse illud, quod
de iure deciditur in alijs multis
iuris locis, vt cernere licet, ex
gloss. & Scriptoribus, ibi, qui plu
ra iura in confirmationem ad-
ducunt, & quāuis l. expressit do
nationē valere, vsque ad 500. soli
dos, & nō vltra hæc expræssio ne
cessaria nō erat implicite enim hoc
intelligebatur, & in alijs legibus

do repugnat natura determinabilium, tunc enim debet determinari ſecundum naturam vniuſcuiuſque determinabilis, ſecundum Cardinalē in capit. olim, ex literis, per illum textum de reſcriptis, & in cap. ab excōmunicato, eodem titul. & Ruynum in conſil. 157. num. 14. vo.

143 5. Ex quibus iuribus ſatis colligitur prædictam regulam ęqualis determinationis limitari in prædictis quatuor caſibus, nempè, quando non eſt eadem ratio in vno determinabilium, & quando vnum ex determinabilibus eſt magis fauorabile. Tertiò, cum in vno determinabili conſideratur ius ſpeciale: & vltimo quando natura determinabiliim repugnat, vt latè proſequitur Ruynus conſil. 64. numero 7. libr. 3. & conſil. 169. numero 11. eodem libr. & conſilio 157. nume. 7. libr. 2. & conſil. 157. numero 14. libr. 5. & conſil. 2. nume. 10. libr. 2. Imola in lege Caius, ff. ſoluto matrimonio. Sapia in lege hæreditatum, numero 7. C. de Impuberum, & alijs ſubſtitutionibus, Pariſius conſilio 110. numero 15. volumine 3. Benedictus de Plumbino in l. Si ita ſcriptum, ff. de manumiſ. teſtamento, Alexan. in l. iam hoc

144 iure, ff. de vulgati. quæ omnes cauſæ inæqualis determinationis noſtri caſui conueniunt, cū & fauor ſpecialitas, & repugnantia naturæ, & diuerſa ratio non patiantur, vt idem dicamus, de ſubſtitutionibus, & vocationibus tranſuerſalium, reſpectu deſcendentium, ſicur de ſubſtitutionibus, ipſorummet deſcendentium, cum vnus alij præferri potuerit, ſecundum dictam l. 27. Tranſuerſales tamen nulli deſcendentium anteponi poſſunt, etiam ſi excluſus vel omiſſus deſcendens ſit, quod & de iure communi, & Regio procedit, ex dicta l. 27. & ordine ab ea præſtituto, non itaquè adeſt ratio æqualis determinationis.

Quæſtio Quinta.

An teſtator debeat ſubſtituere omnes gradus & perſonas ſpecificatas, in ſerie huius legis 27.

145 IN hac quæſtione communis aſſenſus eſt omnium ſcribentium in dict. l. 27. patrem ſubſtituentem non aſtringi ad omnes legis vocationes, & ſuſtitutiones, dubium tamen inſurgit, an ſi filio meliorato ſubſtitutionem facere velit in fauorem alterius gradus adſtringatur omnes deſcendentes primo ſubſtituere, & omiſsis nonnullis oppinionibus, & diſputationib⁹, & quia plenè in anteriori quęſtione dictū eſt. Verius putò patrē non teneri ſubſtituere

 omnes

què casum complectitur, tex.in
in l.hæredes mei, §. vltimo, ff.
ad Trebel.iuncta glos. ibi verb.
Filijs meis, & verbo, *Cui volueris:*
quæ opinio si nō admitteretur,
plura sequerentur absurda, nam
si præcisa esset omnium descē-
dentium vocatio, & substitutio,
eadem ratione dicendum esset
omnes alios gradus substitui de
bere & corolarie sequeretur vo-
cationes & substitutiones ad tē-
pus esse non posse, si necessario
omnes gradus essent substituen
di.

Quæstio Sexta.

An gradus substitutionis inualidus, prætextu formæ non adhibitæ statim nullus sit, an vero quando casus contigerit.

150 EXemplum huius quæstio-
nis erit, vt puta si testator
nonnullos descendentes vo
caret: aliumve, vel alios exclude
ret, vel omitteret, in fauorē trās
uersalium, tūc extat dubium an
statim hic descendens exclusus
posit rescindere substitutionē
transuersalium, extantibus des-
cendentibus vocatis & substitu
tis, & in hoc articulo verius est,
non statim rescindi posse trans
uersalium substitutionem, sed
quando casus contigerit solus-
que extaret descendens exclus-
sus, tunc enim rumpet transuer
salis substitutionem, iuxt. text.
in l.3.in principio, iuncto vers.
151 *Ex his apparet*, ff.de iniust. rupr.
vbi posthumus institui debet,
vel exheredari sicut filius natus,
cum distinctione tamen filius
enim tanquam natus, & præte-
ritus statim rumpit, posthumus
tamen non statim, sed si nasca-
tur, & confirmatur, ex text.in l.
qui soluendo, 42.ff.de hæredib.
152 instit.& in l. dum apud hostes,
ff.de liber.& posthum. Vbi quā
uis institutio vel exhæredatio fi
lij pro forma requiratur, iuxta
vulgarem decisionem text.in d.
l.Inter cætera, de liber.& posth.
Si tamē filius captiuus sit, quā-
uis pater cum prætereat iure te-
stamentum facit, rediens tamē
filius testamentum rumpit, inte
rim vero sustinetur, ex text.in
l.Gallus, §.in omnibus, & in l. si
quis exheredato, §.sed si pater,
eodem titul. vbi nepos, qui erat
in vtero tempore mortis aui, &
pater eius erat apud hostes ab a-
uo præteritus, non semper testa
153 mentum rūpit, nisi pater apud
hostes mortuus fuerit, si reuerta
tur enim instituendi vel exhæ-
redandi nepotem ratio cessat, &
sic nullo tempore rumpit, quæ
iura satis conueniunt primoge
154 niorum institutionibus, nam ad
eorum successionem vocati pro
priè posthumis comparantur,
cum ferè omnes substituti secū-
dum naturæ ordinem post insti
tutoris mortem nascantur, &

Pp 5 quan;

quando post primã substitutionem patet aditus exclusso, quia excludi non potuit, hic tũc quasi renascitur & rumpit, vt in l. posthumorum, de iniust. rupto.

155 Contingentiam itaquè successionis, quæ defertur contemplare debemus, ita vt si absque legis 27. læsione vocatus admitti, queat testamentum valeat, si tamen offendatur legis formæ: tunc quando hic casus contingat omissus vel exclussus rũpat, & nõ aliter: quibus accedit, tex. in l. 1. §. siveter, ff. de vẽtre in possessionem mittendo, & in l. Iulianus, ff. qui & à quibus, ibi: *Neque aduentitij casus cõputandi sunt*, & in l. si ali', § est & alia, ff. quod vi aut clam, ibi: *Quia non ex post facto, sed ex præsenti statu damnum factum sit, necne, æstimare oportere labeo, ait*: & in l. ergo, ff. de fidei commiss. libert. ibi: *Ergo quando incertum sit vtrum existat successor an non, cessabit constitutio, cum certũ esse cœperit erit constitutioni locus*, & satis probatur iure regni, ex l. 11.

156 titul. 5. part. 6. Vbi si pater exemplariter substituẽs filio furioso, non substituat primo gradu furiosi filios, cum eis careret, & postea nascantur testamentum rũpitur, à principio tamen valuit. Ad cuius rei cognitionem suppono, patrem vocauisse filios & descendentes, exclusisse verò aliquem, vt puta si esset mutus, clericus, vel monachus, ex aliauè causa, eiquè transuersales prætulisse, eos scilicet substituẽdo, hoc nempè casu si descendẽs vocatus extat, nullus patet aditus exclusso: tunc verò casum cõ tingere dicemus, quando nul-

157 lus alius extaret descẽdens: sed quæstio sit, inter transuersalẽ vocatum, & substitutum, & descendentem exclusum: hic enim præfertur, & substitionem transuersalis rumpit, alioqui enim subuerteretur Taurina sanctio, & ordo ab ea perscriptus, ille, scilicet, vt dum adsint descendentes, siue hi sint muti, siue fœminæ, monachi, vel clerici, transuersales non admittantur, docet Gomez Arias in dict. l. 27. num. 59. Tellus ibidem nume. 16. exactius Molina de primoge. lib. 2. cap. 12. nume. 53. & duobus sequentibus. Itaque quanuis in primogenio quod testator instituit, ex tertia portione, non debeat excludi descendens monachus, nec furiosus, fœmina, nec clericus: eorum tamen præteritio, vel exclusio, & exhæredatio, valida vel inualida erit, prout casus acciderit, nam si extent alij descendentes vocati, valet prædicta exclusio, si non extent, sed solum transuersales qui vocati & substituti fuerunt, non valet, perindequè Monachus, monialis, mutus, vel fœmina, admittuntur, ac si exclusi non essent.

158 Neutiquam ergo dicendum

dum clericum,& ſimiles, nulla tenus excludi poſſe, ſed ex accidenti, vt puta quando fiat concurſus clerici, vel monachi, & tranſuerſalis,caſus enim contingentia hanc excluſionem,& diſpoſitionem,diuiduam,vel indiuiduam efficiet, propter diuerſitatem nempè ſubſtitutorum,nã quãuis vna & eadem ſit, ſunt tamen ei ſubſtituti alij deſcendentes,rurſus & tranſuerſales, quoad illos ſubſtinetur, quoad hos irrita fit: non ſtatim ſed ſi tempore delatæ ſucceſsionis deſcendẽtes, vel alij anterioris gradus extent, qui præferri neceſſario debuerunt tranſuerſali, ſecundum ordinem & formam prædictæ l. 27. Conditio itaque hæc diuidua efficitur prætextu perſonarum, l. ſi ita ſcriptum, ff. de manumiſ. teſta. l. cui fundus, ff.
159 de cond. & demonſtr. in hęc verba: *Nam quamuis ſumma vniuerſæ conditionis ſit ſcripta, numeratione tamen perſonarum poteſt videri eſſe diuiſſa.* Nec enim eſt in iure nouum vnam & eandem conditionem ſcindi, & diuidi, quando alioquin ſuſtineri nequit, l. Plautius, verſic. Item ſcinditur, ff. de condi. & demonſtr. nec cõtrarium ſenſit Molin. dict. cap. 12. num. 55. ibi: *Parentes nanque ex tertio primogenium inſtituentes nõ poterunt filios clericos, religioſos, vel furioſos, vel mutos, & ſurdos, ſiue etiam filias moniales excludere, cum neceſſario teneantur ordinem, à d. l. 27. Tauri præſtitutum obſeruare ea, quę lex id non permittat, prout in præcedenti quæſtione in fœminarum excluſione, dictum & probatum eſt.* Ex quibus ſanè verbis nonnulli falſo autumant, eum; qui ex legum Regiarum facultate, ex tertia bonorum ſuorum portione primogenium inſtituit, non poſſe prædictos deſcendẽtes excludere, & ſi contra fiat diſpoſitionem infirmari, mens enim Molinæ fuit illud verbum, *Non poterunt*, ad tranſuerſales referre, vt ſit ſenſus, clericos, furioſos, & ſimiles, propter tranſuerſales, excludi non poſſe, & quoad hos cũ caſus contigiſſet teſtamentum infirmari, & non alioqui, vt ipſe Molina explicuit in num. 53. præcedenti, ibi: *Nullo pacto poterit ab eius ſucceſsione filias fœminas, propter maſculos agnatos, tranſuerſales excludere*: & quod in hoc numero arbitratus eſt in fœminæ excluſione, idem nume. ſequenti, in monachi, furioſi, & aliorũ excluſione ſtatuit, vt conſtat ex illis vltimis verbis, dicti nume. 55. ibi: *Prout in præcedenti quæſtione in fœminarum excluſione, dictum & probatum eſt.*

Quæſtio

Quæstio Septima.

An forma l.27. integrè non seruata substitutionibusquè, vel exclusionibus aliquibus inualiditatis bona libera maneant, an vero restitutioni obnoxia.

160 IN hac quæstione verior opinio est bona perpetuo restitutioni manere obnoxia siquis primogenium perpetuum instituere velit, licet in eo formã & ordinem à dicta l.27. præstitutũ non obseruauerit, lex enim vocationes & substitutiones supplet: Sufficit enim collectiuo nomine successores vocare, licet sub proprio nomine, neque sub certo numero personarum, neque forma legis obseruata, vocationes & substitutiones fiant, lex quæ conditio ad genus, ff. de cõdit. & demonstrationib. in hæc verba: *Quæ conditio ad genus personarum, non ad certas & notas personas pertineat, eam existimamus esse totius testamenti, & ad omnes heredes pertinere*, l. si plures 99. de leg. 3. ibi: *Si plures sint gradus hæredum, & scriptum sit hæres meus dato, ad omnes gradus is sermo pertinet, sicuti hæc verba, quisquis mihi hæres erit*, l. 3. §. filius intermedias, ff. de lib. & posth. l. 1. C. de liber. præteri. Anchar. consi. 27. Menoch. consil. 117. nume. 14. & 16. Hippoly. Riminald. consi. 844. lib. 5. Iacobus Mandel. consi. 51. num. 7. & per totum, Molina de primoge. libr. 1. cap. 4. nu. 15. & c. 5. nu. 19. & c. 6. nu. 15. & 43. et c. 3. nu. 1. et sequent. Burgensis de Paz in 2. quæstio. ciuili, numero. 68. cum

161 seqq. Ideoquè in casu nostræ legis siquis filium, simpliciter meliorarer, ita vt bona perpetuò titulo primogenij, in familia manerent: hæc interpretatio facięda est, vt omnes gradus dict. l. 27. vsque ad transuersales substituti videantur, extraneis exceptis, cum de familia non sint, nec hic summo iure familia accipięda est, quando enim instituens ad eam affectionẽ habuit, vt perpetuo eius primogenium conseruaretur omnes cõsanguinei comprehenduntur, vt pleraquè iura sanciunt, l. vlt. C. de verbo.

162 significatione: vbi in fideicõmisso familiæ relicto, non solũ descendentes, sed & transuersales substituuntur: & ibi Scriptores notant, & in l. cum ita legatur, §. in fideicommisso, ff. de le-

163 gat. 2. Rursus quia & pro tota cognatione familia capi solet, vt aperte demonstrat Iurisconsultus in l. 1. ff. de gradib. cogn. his verbis: *Gradus cognationis alij superioris ordinis sunt alij inferioris,*

164 *alij ex transuerso, siue à latere*: Nisi instituens adijceret, vt in perpetuũ tertia portio iure primogenij possideretur. Existimarem enim in persona vltimi transuersalis bona libera non mane-

re electionemquè ei dari extraneum inſtituendi, ita tamen vt reſtitutioni ſubiecta, prædicta bona ſint, quam doctrinam veram arbitror, ex l.27. verbis quę in defectum tranſuerſalium inſtituenti permittunt, vt extraneos vocare poſsit, cū ergo ſubſtitutiones debeant ſuppleri, vt ſeruetur voluntas inſtitutoris, cui placuit perpetuum primogeniũ, & extranei quoquè ſubſtituti videntur, ad hoc, vt volūtas quę reſpexit primogenij perpetuitatem, perpetuo duret, & nullo tempore bona deſint reſtitutioni eſſe obnoxia legiſq; prouiſioni, & diſponentis voluntati ſatisfiat.

Quæſtio Octaua.

An deſcendens non vocatus alijs præferatur, an verò poſteriorem locum obtineat.

165 PRæcedentibus quæſtionibus oſtendimus patrem nō aſtringi omnes deſcendentes ſubſtituere: ita tamen accipiendum eſt, vt omiſſus vel excluſſus deſcendens tranſuerſali vocato & ſubſtituto anteponatur: in electione tamen inſtituētis eſt deſcendentes præferre, & quos voluerit primo loco nomināre & ſubſtituere, fœminā, maſculo, & clericum, ſeculari, præferendo, vel èconuerſo ad libitū voluntatis, de quo ambigi non poteſt, & docet Tellus in dict. l. 27. num. 5. & 60. Molina de primogenijs, in annotationibus, num. 10. ibi: *Non autē parenti inter ſuos deſcendentes electionem denegat.* Et probatur expreſſè in l. 18.
166 Tauri. Quo ſuppoſito conſtanter aſſerimus filium vel deſcendētem omiſſum, vel excluſſum, nullatenus concurrere poſſe, cū deſcendenti vocato & ſubſtituto, ſed ſolum prælationem habebit inter omnes aſcendentes, & tranſuerſales, non tamen ſubſtitutis deſcendentibus præferēdus erit, licet ſubſtitutus nominatus, & vocatus, eſſet monachus, vel fœmina, vel furioſus, & excluſſus eſſet maſculus, laycus, & primogenitus: Lex enim quæ eius vocationem ſupplet, cum conſtituit in eo gradu ſubſtitutione & vocatione, quam inſtitutor primogenij ei tollere nequit, ſecundum formam d. l. 27. Non tamen eum collocat in eo loco gradu & ſuſtitutione, qua inſtituens eum priuare potuit, admittitur enim prędictus filius excluſſus, l. 27. Prouiſione non verò diſponentis voluntate, dum hæc igitur abſque iuris læſione ſeruari poteſt ſemper à lege conſeruatur, quando verò lex repugnat, nihil operatur excluſio, & ideo hic excluſſus, incluſſus manere non poteſt, cum his, qui ei præferri potuerunt,

ſed

sed solum cum illis, qui eum excludere nequiuerunt, & inter os habet primum locum & gradum substitutionis, l. si Titio & ei, de legat. 2. l. si filius de hæredib. instituend. glos. verbo, *Infirmari*, in l. etiam, ff. de in officios. testamento.

Quæstio Nona & vltima.

An in iuditio possessorio Tenutæ possit tractari de inualidatione maioratus prætextu formæ dict. l. 27. non seruatæ, an verò sit articulus proprietatis.

167 HÆc quæstio anceps est nõ nulli enim autumant hãc exceptionem, quæ respicit potentiam testatoris, nõ posse tractari in iudicio possessorio, in quo solum debet considerari, quis vocatus & substitutus sit, non tamen testatoris potentia, iux. tex. in l. 45. Tauri, in illa verba, *Que segun la disposicion del mayorazgo huuiere de succeder en el:* Que verba manifestè indicant vocatum & substitutum, succedere debere, quoad possessionẽ, & in eam mittendum, moxquè agi de proprietate, & an testator potuerit substituere illum, quẽ substituit, & excludere cũ quem exclusit, quasi illa verba, dict. l. 45. testatoris voluntatem solũ respiciant, & eum solum comprehendant qui vocationem & substitutionem habet: nã si prædictum legis remedium vnicuique etiam non vocato & substituto, competeret, eis verbis lex contenta esset, quæ possessionẽ sine actu apprehensionis insequentem in gradu transferunt, nec adijceret: *Que segun la disposicion del mayorazgo huuiere de succeder:* Quæ voluntatem tãtum instituentis denotant, & pro hac 168 opinione inducitur tex. (qui alias ei videretur refragari) in l. non putauit, §. nõ quæuis, ff. de bonor. possessione, contra tabulas, ibi: *Non quæuis exheredatio summouet filium à contra tabulas bonorum possessione, sed quæ rite facta est*, qui text. loquitur in remedio possessorio à prætore introducto in fauorem filiorum, qui patris voluntatem aduersus se habent, & ideo appellatur bonorum possessio contra tabulas, & sic ad obtinẽdũ in hoc possessorio remedio opus est exclusione, & legitima exhæredatione. Infertur ergo, vt sicut hoc remedium possessoriũ solum exclusis datur, & nullis alijs competit, ita remedium dictæ l. 45. quod vocatis datur his tantum competat, & nõ exclusis qui excludi & præteriri non posse contendunt: & argumento tex. in 164 l. 2. C. de ędict. diui Adr. & l. 2. titu. 14. par. 6. vbi remedium possessorium competens hæredibus scriptis non denegatur eis, licet

licet alius impugnet testamentum & institutionem hęredum, & tradit Menochius de adipiscend. possessio. remedio 4. num. 726. Paul. in l. si scriptum, num. 1. C. de probationibus, ibi: *Et nota, quod si scriptus hæres petit se mitti in possessionem bonorũ, & aliquis ad impediendam missionem possessionis allegat defectum testamenti, vel ex persona testatoris, quia non poterat testari, vel hæredis quia erat incapax, non admittitur, etiam si velit probare istos defectus, qui potius concernũt iudiciũ petitorium quam possessoriũ,* quæ opinio adiuuatur ex ipsis legibus Taurinis, quæ in transferẽda possessione, sine actu apprehensionis, non respexerunt fauorem vocati, sed vocantis & instituentis sicut etiam fauore testatoris (dominium licèt sine traditione non acquiratur vulgaris
170 lex traditionibus, C. de pactis) transfertur in hæredem ab adita hæreditate, & in legatariũ à morte testatoris, l. cum hæredes, de acquir. possessione, l. à Titio, ff. de furt. ad trãslationem itaq; huius possessionis vi & potestate, l. Tauri voluntas tantummodo considerati debet, nec de potestate disputandum, proprietatẽ enim concernit altioremque, vt Doctores aiunt indaginem cum in iuditio tenutæ tractari nequeat de nullitate institutionis quomodocumque enim constet, de voluntate hæc exequenda est, & ordo scripturæ vocationum & substitutionum præferendus.

171 Verior tamẽ opinio est super hac nullitate in iudicio tenutæ tractari posse, tanquam re & articulo incidenti, vt singulariter docet Paulus in l. filio præterito, de iniusto rupto, nume. 6. vbi tradit, vt si filius qui fuit à patre pręteritus petat hæreditatem, (agere enim hæreditatis petitione, potest tanquam hæres abintestato, & auocare hæreditatem à quocunque possessore, nec petere astringitur, vt testamẽtũ nullũ declaretur) & ei opponatur, de testamento patris, & ipse replicet de eius nullitate, possit de ea tractari in eodem iudicio, per modum incidentiæ. Regulare enim est, iudicem qui cognoscit de causa principali omnem incidentem quæstionem, quæ in iudicium deuocatur, examinare posse, etiam si aliàs non spectaret ad eius cognitionem, l. quoties, C. de iudicijs, l. 2. C. de ordin. cognit. Bart. in l. Titia, nu 4. ff. soluto matrimonio, Romanus ibidem numero 5. Alexand. numero 7. idem Bartol. in l. 1. numero 2. de iurisdictione omniũ iudicum, vbi Curtius numero 48. & Oroscius numero 27. Ripa in rubric. de iudicijs, numero 27.

172 Quibus suffragatur, quia in omni actu necessaria est potestas,

stas & voluntas, cap. cum super Abbatia, de officio de legat. & prius de potestate agendum est, quam de voluntate, l. si quæramus.4. de testamentis, per quam docet Paulus nume.3. Vbi arbitratus est, vt si agas contra me petitione hæreditatis asserens te institutum ab aliquo, & ego objiciam illum, non potuisse testari, prius iudicem, debere præstituere diem ad probationem potentiæ testatoris, quia alioquim frustra tractaretur de testamenti exequutione, si testator testari nequiuisset, & ibidem numero 4. putat exceptionem impotentiæ testandi esse præiudicialem ad intentionem agentis:
174 quia non dicitur testamentum, vbi non est potentia testatoris, firmat itaquè prius esse examinandam potentiam disponentis, quantuncumquè iudicium summarium sit.
175 Vlterius quoniam in causa possessionis & tenutæ, de proprietate cognosci posse, & de exceptione eam concernenti commune placitum est, ex Molin. libr.3.cap.13.numero 11.& 14. Ait enim hoc remedium possessorium tenutæ eius naturæ & qualitatis esse, vt habeat admixtam causam proprietatis multisquè fundamentis hanc opinionem defendit, cuius opinio sine dubitatione procedit quando incontinenti exceptio nullitatis
176 probatur: Dicitur tamen incontinenti probari illud, quòd probatur intra dies præstitutos instantiæ, vt in specie voluit Bart. in extrauagan. ad reprimēdum, versic. *Summaria*, nume.4.& Iacobinus de SanctoGeorgio in l. 2.C.de ędict. diui Adri. num.7. Alexand.consil.166.vol.2.& consil.101.volum.4.& Molin. libr.3. cap.13.num.16.& cap.4.num. vltimo, quibus suffragatur, text. in l. si is à quo, ff. vt in possessionem legat. & in l.1.titu.21.lib.4.Compilatiōnis, iuncta l.3. eodem tit. vbi exceptio aduersus contractū vel eius nullitatem admittitur, quanuis executionem paratam
177 habeat. Si tamen probetur intra decem dies, illi instantiæ præfixos, ex quo text. satis probatur infra diem à iure præfixū instantię nullitatem, vel aliam exceptionem posse probari: neque obstat fundamentum legis vltimę, C.de ędicto diui Adrian. & l. 2. eiusdem tituli, vbi vitium testamenti, vel obiectio contra testamentum, vel contra personam testatoris, vel hæredis instituti, nō impedit possessionem bonorū. Respōdetur enī in ędicto diui Adriani nō requiri verā existentiā hęredis, sed primam figuram & inspectionē testamēti, & ideò non admittitur exceptio nullitatis, & falsitatis, neque aliæ exceptiones, quæ altiorem indaginem requirunt. In remedijs tamen

centius ius à noſtra lege relatũ, in eius initio, quo fuit cautum, omnia bona viri, & vxoris, viri præſumi, & non communia, in quo alludit, ad legẽ quintus, ff. de donationibus, & ad legẽ etiã, C. eodem quibus conuenit, lex ſecunda, titul. 19. part. tertia in quibus probatur, res pœnes vxorem viro mortuo ad inuentas mariti præſumi, & non vtriuſq; coniugis quorum iurium mentionẽ fecit, Palacios Rubeos in Rubrica, cap. per veſtras, §. ſexto numero primo, Couarruuias in capite primo de teſtamentis, numero ſexto, Ruſuſq; ad miror Tellum in leg. 16. num. 13. quippequi teſtatur inter virum & vxorem ſocietatem non cõtrahi priſci iuris ignarum ſatis. Hunc ergo nouioris iuris errorem ipſa conſuetudo tolerare non po-

10 tuit, quæ introduxit veteris iuris exemplo recentioris rigore mitigato, vt omnia bona, quæ apud coniuges ſupereſſent præſumerentur communia, vt illa verba noſtræ legis demonſtrant ibi: *Pero la coſtumbre guardada es en contrario*, à iuris itaque interpretibus receptum fuerat, ante hanc noſtram ſtyli legem ipſam conſuetudinem iuri derogauiſſe bonaquè omnia, & quæſtus viri & vxoris præſumi, nec vxorẽ adſtringi probare durante matrimonio fuiſſe quæſita, cuius receptæ conſuetudinis meminit, Montaluus in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori

11 verſi. *De conſuno*, hanc ergo conſuetudinem ſcripta lege aprobauit, textus noſter qua aſſerit bonorum omnium participem eſſe vxorem, nec viri præſumi, niſi contrarium probetur.

Textus CCIIII.

ES a ſaber, que las coſas que ſon vedadas, que no ſaquẽ del Reyno, que eſto es eſtablecido del Rey, e deue ſer guardado, ſegun el Rey lo manda por ſu carta, e deſque el Rey fuere muerto, luego queda el defendimiento, y el eſtablecimiento del Rey, e no caera en pena aquel que contra defendimiento y eſtablecimiento faga, faſta que el otro Rey viniere deſpues de l, y ordene y mande ſobre ello. E otroſi, ſi el Rey embia defender por ſu carta, que no ſaquen del Reyno coſas ſeñaladas que ſe contienen en ſu carta del Rey, y alguno ſaca alguna otra coſa que no ſe contenga en la carta del Rey. Y eſta coſa maguer ſea vſada de los Reyes de la defender en ſus cartas ſi alguno la paſſa, porque es vſado de paſſar en aquella tierra, y por vſo no es defendida, aſsi como ſon los dineros monedados, que vſan de los paſſar, no caera en pena ninguna.

Lex CCIIII.

IN TEXTV IBI.

Las coſas que ſon vedadas que no ſaquen del Reyno.

Scholium vnicum.

AD intellectum huius legis inſpiciendæ ſunt, lex prima, titulo 25. libro quinto, & libr. 14. titul. 11. libro ſexto, & lex

lege prima, secunda, & tertia, septima, octaua, 11. 12. 13, 14. 15. 16. 17. 18. 20. 24. & 28. 47. & 48 titul. 18. eodem, libro sexto, & lege 14. titul. 26. libro octauo, & lege decima, titulo secundo, libro octauo, & lex 35. & 56. titul. 19. noui compilationis.

Textus CCV.

SI alguno seyendo casado con alguna muger compro alguna heredad, o otra cosa que gano, estando en uno con su muger, estos bienes que assi compro pue delos vender el marido si menester le fuere, en tal que no lo faga el marido maliciosamente, mas que la muger aya su meytad en aquella ganancia de lo que el marido auia ganado, o comprado.

SVMMARIVM.

1 *Maritus constante matrimonio, bona acquisita vendere potest, nisi dolo faciat.*

2 *Alienationis verbum an donationem comprehendat, & numero sequenti.*

3

4 *Ex bonis matrimonio constante acquisitis primogenium maritus instituere non potest, nisi vxoris cõsensu in ea parte, qua ei ex lege competit.*

5 *Administratio in vendendo consistit.*

6 *Donatio à marito facta, ex portione vxoris, non transfert dominium in donatarium.*

7 *Impropie maritus dominus dicitur illius portionis communis, quæ ad vxorem pertinet.*

8 *Propie quilibet suæ partis dominus est,*

9 *Id quod habet vir in communione, cum vxore proprium nuncupatur.*

10 *Totius lucri domina vxor dicitur impropie tamen.*

11 *Non est opus maritum emere rem nomine vxoris, vt ei dimidia pars adquiratur.*

12 *Ex legis ministerio transfertur dominiũ in vxorẽ prætextu suæ portionis licet traditio nõ interueniat*

13 *Si maritus vxori donat constante matrimonio transfert in eam, dominium rei donatæ.*

14 *Legis potentia, & pactum æquiparantur.*

15 *Anceps quæstio est, an adquisita constante matrimonio statim acquirantur, pro dimidia vxori.*

16 *Et si non portio, sed ius ad eam vxori acquiratur matrimonio constante non potest ab ea toli, sine eius facto.*

17 De iure, *tantum quod quis habet in re disponere potest licet inuita dominus, & possessor sit,*

18 *Maritus ex bonis adquisitis aliqua potest tempera-*

te

rate donare absquè uxoris placito.

19 *Tutor & administrator moderate donare potest.*

20 *Pretium succedit loco rei venditæ, & particeps uxor est.*

21 *Donare est perdere.*

22 *Defenditur litera nostra legis, ut maritus non donet.*

23 *Leges ordinamenti, & compilationis sunt confirmatoriæ huius legis styli, & non correctoriæ, nec declaratoriæ.*

24 *In conscientia adstringitur maritus uxori restituere, ab eo donata, in ea parte, quæ ei competit, ex Nauarri opinione.*

25 *Improbatur opinio tenentium uxorem non posse consentire alienationi, per maritum factæ.*

Lex CCV.

IN TEXTV IBI:

Estos bienes que assi comprò, puedelos vender el marido.

Scholium unicum.

1 Sententia huius legis est, maritum constante matrimonio bona acquisita vendere posse, nisi dolo vendiderit, quæ sententia probatur in lege quarta, titulo quarto, libro quinto ordinamẽti, & Rursus in lege quinta, titulo nono, libro quinto cõpilationis, quæ sane recentiores leges non verbo, *Venditionis*, sicut lex nostra styli, *Sed alienationis*, vtuntur exquibus perspicuũ esse à plerisquè recipitur non solum in venditione, sed & in alienatione facta, titulo donationis literam nostri textus accipi debere cum alienationis verbum, donationem comprehendat, lex vltima, C. de rebus alienis non alienan. textus in authentico de non alienando, §. alienationis, col. secunda cuius opinio 2 nis est, Casaneus in consuetudinibus, Burgundiæ in titulo, *Le mari constante le Mariagua*, in verbo, *Par donatione*, Ancharranus consilio. 102. numer. 3. Boerius in constitutionibus Bituricens. in titulo, *Des costumes concernens les Mariagues*, §. secundo versiculo, *Desdict sbiens, & conquastes*, constanter peretissimus Antonius Gomezius in leg. 51. Tauri, numer. 73. & fluctuans Rodericus Xuarez in lege prima, titulo, *De las ganancias*, libro tertio fori, octaua limitatione, versiculo, *Quaro ulterius de quotidiana quæstione*, exquo, nec vna nec altera sententia percipi potest, Baeza de decima, capite 27. nume. 28. Ayora in tractatu de partitionibus, secunda parte, quæstione 41. numer. 46. Nauarrus in manuali Latino capite. 17. numero. 155. Azeuedo in lege quinta, titulo nono, libro

quinto Compilationis, numero nono, Couarruuias variarum, libro tertio, capite nono, numero secundo. Alij contra putant, nec
3 ad donationem nostram legem extendunt, vt videre est, ex Baldo conf. 235. lib. 2. cuius initium est: *Statuto trigesti cauetur*, Angelo in lege domus, §. fin. ff. de legatis primo, Riminaldo in §. primo institutio. de donationibus, numer. 73. Immola in lege illæ autem institutiones, ff. de hæredibus institut. Palacios Rubeos in Rubrica de donation. inter virum, & vxorem, §. 66. numer. 29. Segura in tractatu de bonis lucratis constante matrimonio, ex numero. 55. Tello in leg. 19. Tauri, ex numero secundo, Molina de Hispan. primogenijs libro secũdo, c. 10. nu. 65. & 66. Simancas de institutionibus Catholicis, titul. 9. numer. 86. Micres de primogenijs, 1. part. quæstion. 23. numer. 14. Diego Perez in l. 4. titul. 4. lib. 5. ordinamenti verbo: *El marido*, Roxas de successionibus abintestato, cap. 33. numer. 25. Auendaño responso 20. numer. 8. limitatione. 3. Angulo de meliorationibus, l. 3. gl. secundo, numero quinto inferẽtibus, ex hac nostra Regia legis styli decisione maritum ex bo-
4 nis matrimonio constante adquisitis, absquè vxoris consensu prælegatum meliorationem, & primogeniũ instituere non posse, in ea, nempe portione, quæ vxori ex legis dispositione competit, cũ interdicta donatio marito sit, etiam filio communi donando, (in quo satis profecto absquè fraude, & dolo donatio fieri videbatur) multo, itaquè vrgentius prædicti scriptores docent in alijs extraneorum donationibus prohibitam alienationem esse, in quibus fraus satis pate fit: nec obstat maritum adquisita bona vendere posse, vt in nostra lege, vt ad aliam alienationẽ extendamus, adquisita enim ad maritum pertinent, quoad ad-
5 ministrationem, quæ in vendendo consistit ex legis permisione ex alijs, tamen causis, vxorem nequit dominio ab dicare, quod habet prætextu suæ portionis, l. secunda, §. si vir, ff. ad Sylanianum, l. quæ de tota, ff. de rei vindicatione, lex prima, titulo tertio, libro tertio fori, lex prima, titulo quarto, libro quinto ordinamenti, nec desinet domina esse vxor, quanuis vendendo maritus transferat in emptorem, vtriusquè acquisitæ portionis dominium, sine vxoris facto, & assensu: transfert enim in casu necessario venditionis, ex nostra
6 lege, quæ eam marito permittit, non tamen legis decisionem ad alias alienationes extendere debemus, formã enim legalem egrederentur, & sic dominium hoc casu non transferrent,

Baldus

Baldus in lege prima in princi-
pio, C. de vẽditione rei fiſca. im-
7 propie, itaquè, Scribentes, agnoſ
cunt maritum totius rei adqui-
ſitæ conſtante matrimonio do-
minum dici. Propie enim qui-
libet ſuæ partis, dominus eſt, &
8 quanuis ex multis iuribus, id
quod habet vir, cum vxore cõ-
9 mune, proprium nuncupetur, l.
illud, ff. de ritu nuptiarum, l. ſer-
ui electione, §. vltimo de legatis
primo, l. pupillus, §. vltimo, ff.
de verborum ſignificatione, l. ſi
quis ſuos de legatis tertio. In
propie accipi debet; propie e-
nim ſuę portionis tantum vter-
que coniux dominus eſt; Accur
ſius in l. id quod noſtrum, ff. de
regulis iuris, Baldus & Docto-
res in dicta lege illud, ff. de ritu
nupt. Romanus conſil. 291. pro-
pe fine; eodemquè modo, & de
vxore dicere poſſumus, quæ &
totius lucri domina impropie
dici poteſt, quia communio-
10 nem, cum viro habet in re ac-
11 quiſita, & empta à viro, nec o-
pus eſt ipſum emere nomine v-
xoris, vt ei acquiratur, ex l. mul
tum intereſt, C. ſi quis alteri,
vel ſibi, ex legis enim noſtræ de
ciſione, hoc lucrum vxori obue-
nit, ex cuius miniſterio, ſine vllo
12 facto, nec tradditione domi-
nium transfertur, argumento
textus in lege à Titio, ff. de fur-
tis, & in lege prima, C. commu-
nia de legatis, & lege ſi eum, §.

13 vltimo, ff. de donation. Inter vi-
rum, vbi ſi maritus vxori donat
conſtante matrimonio tranfert,
dominium rei donatæ in vxo-
rem, idem itaquè oritur effectus
ex prædicta legali donatione,
& communione; vt in ſimili ſta-
tuto docet, Baldus in lege vlti-
ma in fine, C. de bonis maternis;
& ſuffragantur huic opinioni,
lex hac lege, C. de pactis conuen
tis, lex ergo, §. dotis, ff. de iu-
re dotium, vbi ex pacto domina
vxor dicitur, nimirum, itaque ſi
ex legis diſpoſitione domina,
quoque dici queat, ita vt ſine e-
ius voluntate alienare donatio-
nis titulo maritus nequeat; cum
14 & legis potentia. Illud efficere
poſsit, quod & pactum opera-
tur, lege vt ea, ff. de legibus, le-
ge non impoſsibile, vbi Scriben
tes, ff. de pactis Accurſius in le-
ge non ſolum, §. morte, ff. de no
ui operis nuntiatione. Licet nõ
ignorem quæſtionem ancipitẽ
15 fuiſſe an quæſita conſtante ma-
trimonio acquirantur ſtatim,
pro dimidia vtriquè coniugi,
& in vtrunquè tranſeat domi-
nium alij enim exiſtimant ma-
ritum, tantum dominum eſſe,
& ſolum ad communicandum
adſtringi, & debitorem poſt
mortem, matrimoniumvè ſo-
lutum, quo conſtante pœnes
mulierem dominium, nec poſ-
ſeſsionem in actu reſidere ne-
gant: alij vero opinantur domi-

nium statim in vxorem trans ferri, quoad eius portionem, alij, & possessionem quoque in eam transire contendunt: sunt & qui asserunt societatem vniuersalē inter coniuges contrahi Rursus, & qui etiam specialem societatem negant, nec leges ciuiles eos socios appellare simpliciter, sed diuinæ, & humanæ domus, ita vt benefitium aliorum sociorum vxori non indulgeatur, sunt & qui putent inter ius commune, & Regium diuersitatem esse, dubitentquè an verba legum Regni directa sint, an cōmunia, nempe, quia si directum verbum esset, dominium transferret, vtroque cōiuge viuente, & matrimonio constante. Si tamen commune verbum sit, dominium translatum nō dicatur; Vlterius & non nulli testantur vtrunquè sensum leges regias habere posse amplectendumquè illum intellectum, qui minus deroget iuri communi, alij distinguunt inter rem communē emptam nomine coniugum, aūt nomine solius viri, vt in primo casu vterq; dominium & possessionem nanciscatur, in secundo solus maritus, de qua re inspiciendi sunt, Rodericus Xuarez in l. 1. titu. de acquisitis matrimonio constante, lib. 3. fori, num. 54. Segura in tractatu de bonis communibus, & lucratis, ex num. 36. cum multis sequentibus, & in l. 3. §. vltimo, numer. 78. de liberis & posthumis, Castillo in l. 16. Tauri, verbo, *Ha de auer*, Couarruuias variarum libr. 3. cap. 19. numer. 2. Palacios Rubeos in Rubrica de donationibus, §. 66. numer. 24. Tellus in l. 16. ex numer. 9. versic. *Attende quæso*, Gregorius in leg. 55. titul. 5. part. 5. verbo, *Comunalmente*, doctus vir Antonius Gomezi° in l. 51. Tauri, numer. 76. Auendañus Responso 20. per totum Matienςus in lege secunda, titulo nono, libro quinto Cōpilationis, glo. 13. numer. 13. Burgensis de Paz, quæstione nona, Velasquius de Auēdaño in leg. 14. Tauri, glos. prima, Gutierrez quæstione 118. Angulo in l. tertia, glossa secunda, numero septimo, in legibus meliorationum, Ancharranus consil. 102. Tiraquelus libro primo de retractu, §. 32. glossa prima, numer. 100. Casaneus in cōsuetudinibus, Rubrica 4. §. 2. numer. 6. vers. *Sunt ergo*: quoad nostram vero attinet styli legem, & eius intellectū de his opinionibus non est disputandum satis enim est vxori, ius habere ad rem matrimonio soluto ad hoc vt absque eius facto ei tolli non
16 posit. Hæc ergo vltima opinio tutior videtur, eique assētior ex contraria enim plura equidem sequerentur incommoda, posset; namquè maritus lucrum à lege vxori datum extraneis, donare

donare,& potius eis ſubuenien-
di,quam fraudandi cauſa:quanuis itaquè vxori fraus,nõ fieret? fieret,tamẽ legi,quę fruſtra portionem ſemiſſem mulieri adſcriberet,ſi in manu & poteſtate mariti eſſet cuilibet donare. Rurſus & quia affectio ceſſaret in filijs quos coniuges haberent,ſi quos diligebat mulier meliorare nõ poſſet, ſi maritus ex toro lucro id efficere poſſet, ex legis permiſsione. Vlteriuſquè,& de bonis cõmunibus,& ad ſocios coniuges pertinentibus ſolum maritum, abſque vxoris voluntate primogenium inſtituere poſſe nefas eſſet,denique,& quia cõtractus,& ſocietas, æqualitate careret, ſi vno ex ſocijs in re communi concederetur,quod alij denegatur,natura enim huius contractus,& aliorum ſimilium eſt, vt tantum poſsit,quis diſpone-
17 re de iure,quod habet in re,l.domus,vbi Doctores,§. vltimo de legat.primo,& quanuis non ex his conſiderationibus, hanc opinionem tuentur noſtrates Tellus,& Molina in ſupradictis locis,cum hac tamen limitatione,
18 &declaratione,vt maritus ex bonis acquiſitis poſsit aliqua temperate,& ex iuſta cauſa donare, exqua fraus & bonorum diſsipatio præſumi nequeat,ne alioquin diminuta, & reſtricta viri authoritas videatur, cum & hæc poteſtas data ſit tutori, &
19 adminiſtratori,qui exbonis alienis donare poſſunt,ea quę dominis,& minoribus expediunt,ſecundum eorum qualitatem, l. filius fam.ff.de donationibus,l.cũ plures, §. vltimo,ff.de adminiſtrat. tutorum, quam donandi licentiam marito denegare non eſſet ciuile? Nec his refragatur, ſi dicamus eadem incommoda oriri poſſe ex venditione, quæ nullo iure reclamante marito, permittitur. Reſpondetur enim id fieri, tum ex legis permiſsione,quę hunc caſum,& non alios
20 expreſsit. Tum & quia prætium ſuccedit loco rei veditæ,de quo vxor particeps eſt,l.eum qui, §. qui in iuriarum, ff.ſiquis cautionibus:donare,tamẽ perdere eſt,
21 ſine vxoris,itaque aſſenſu donationem permitti abſurdiſsimũ eſſet,& à ratione,æquitate,& æqualitate alienum,lex contra iuris, §.1.ff. de pactis, l. filius fam. cum ſimilibus, ff. de donation. Exquibus defendenda,& amplectenda eſt, litera noſtri text.ibi:
22 *Eſtos bienes que aſsi compro,puedelos vender el marido*, & reijcienda legis.4.titul.4.lib.5.ordinamenti, ibi: *Que los pueda enagenar el marido durante el matrimonio*,quæ trãſumpta eſt,à lege quinta, titulo nono,libro quinto Compilationis,hæ enim leges confirmato-
23 riæ ſunt; vt ita loquar noſtræ legis ſtyli non autem abrogatoriæ, correctoriæ, declaratoriæ,

vel noui iuris decisiuæ, verbũ enim alienare, de quo in legibus ordinamenti, & Compilationis, *Id est vendere*, accipi debet, nec enim ibi scriptum fuit ad hoc, vt ad donationem extendere-mus, quod ex sequentibus verbis probatur, illis nempe. *Y que* 24
el tal contrato de enagenamiento vala, saluo si fuere prouado que se hizo cautelosamente par defraudar ò damnificar a la muger, quæ sanè verba manifeste indicant, de venditione tantum legem loquutam esse: nam si donare maritus posset in donatione cautela, & dolus in esse nõ possent, cum iure suo donando vteretur, ideoquè non de donatione esse legis exceptionem, cum in regula nunquam fuisset comprehensa, sed de contractu venditionis, in quo poterat fieri fraus, ex l. si quis donationis causa, ff. de contrahenda, emptione, (quia nomine tantũ esset venditio effectu, verò donatio,) defendit Tellus vbi supra, num. 6. & ad hanc opinionẽ, Nauarri scripta alludunt in manuali, c. 17. num. 155. in fine, qui licet fateatur maritum acquisita bona matrimonio constante donare posse, (quod negamus) in conscientia tamen adstringi, vxori tantundem restituere, do natarium què, ad id teneri, si crediderit maritum non certioraturum vxorem, pie, ac docte cõtendit. Ex supradictis ergo sententia legis nostræ firma manet ea nempe, vt maritus acquisita bona matrimonio constante vẽdere posit, nisi dolo vendat: donare, tamen prohibitus sit, nisi vxor donationi consenserit: improbata, Auend. opinione cons.
25 37. numer. 3. qui asserit etiam si vxor consentiat alienationi, per maritum factæ adhuc defuncto marito suam dimidiam portionem petere posse, hæc enim opinio nullo nititur fundamento omnibusquè iuris principijs repugnans est.

Textus C CVI.

OTros si, han por vso en algunos lugares do son los mercaderes, porque hã lo suyo todo lo mas en mueble, y que si las mugeres con quien son casados han heredad, o otras cosas de su matrimonio, o que son suyas en otra manera, y vende el marido con consentimiento de su muger alguna heredad de las suyas, o si vende todo lo de la muger, auia el marido su meytad en todo, y si la muger no consiente que se vendan sus bienes, es assi de vso que auia el marido la meytad en todos sus bienes de la muger, y esto es porque la muger quiere auer la meytad en todo lo que ha su marido, que lo ha todo en mueble, o lo mas: y es assi comunaleza que aya el marido la meytad en los bienes de la muger.

Lex

178 tamen poſſeſſorijs tenutæ non ſufficit prima figura, ſed vera, & indubitabilis exiſtentia ſucceſſionis, vt verificentur illa legis taurinæ verba, *Que ſegun la diſpoſicion del maytrazgo huuiere de ſucceder*, & ſic omnes exceptiones admittuntur, vt eleganter docet, Molina vbi ſupra, Rurſus, quia & in ædicto diui Adriani prædictæ falſitatis, & nullitatis, & alię
179 exceptiones admittuntur dummodo in continenti probentur, & in indiuiduo dictæ, l. ſecundę tradit Salicetus ibidem in principio, & eſt communis opinio,
180 & quia de iure vitium viſibile, & nullitas conſtans, ex eadem ſcriptura regulariter admittitur in remedijs poſſeſſorijs ædicti diui Adriani, Bart. in l. prima ſecunda oppoſitione, C. de ædicto diui Adrian. & in l. vltima, numero ſecundo eodem titulo, cui doctrinæ ad ſtipulatur conſilium integrum omnino inſpiciendum Oldradi 106. cum adductis abſcriptoribus in clemẽtina prima de re iudicata, & à Felino in c. inter cętera eodẽ titul.

Textus CCI.

Otroſi, por la coſtumbre que ſe juzgan los diezmos en los vnos puertos ſe han de librar en los otros puertos.

SVMMARIVM.

1 *Redditus, & decima portuum ad principem ſpectant.*

Lex CCI.

IN TEXTV IBI:

Los diezmos en los vnos puertos.

Scholium vnicum.

AD intellectum huius legis, quę de decimis loquitur, inſpicienda eſt, lex prima, titul. 31. libro ſecundo compilationis, & integri tituli. 28. & 29. eiuſdem libri noni, & de iure communi, l. inter publica, §. primo, ff. de verborum ſignificatione, & caput vnicum, quæ ſint regalia in uſibus feudorum, & lex nemo, §. flumina, ff. de rerum diuiſione, & l. Portus, ff. de verborum ſignificatione, redituſquè, & decimas prædictorum portuum ad Regem ſpectare in dicto capite, primo, quæ ſint Regalia, & in dict. lege inter publica, §. primo ſatis probatur, quibus addendæ ſunt, lex vniuerſi, & lex ex pręſtatione, C. de Vectigalibus, & vtrobiquè gloſſæ, & Scribentes.

Textus C C II.

O Trosi, en razon de las salinas en los mojones sabidos, e vsados antiguamente no deuen fazer alholies de la sal, e los alholies juzganse en esta guisa, al que fallan la sal deuenle contar quanta sal ha menester para despensa para todo el año, e contada esta sal que auia menester, la quantia del alfoli, es de cinco fanegas arriba de sal demas de quanta ha menester para su casa para todo el año.

SVMMARIVM.

1 *Omnes putei salsiq; fontes, ad Regem pertinent.*

2 *Aqua salsa pars fundi est.*

3 *De sale confecto in priuatis puteis, princeps partem habet.*

Lex CCII.

IN TEXTV IBI: *En razon de las salinas.*

Scholium Primum.

1 AD huius legis cognitionem intuendæ sunt l.2.tit.13.lib.6.& l.19.titul.8.libr.9.compilationis, & l.8.titul.1.lib.6.ordinaméti, vbi Scriptores, & de iure communi l.inter publica,§.1.vers.item Salinarum,ff.de verborum significatione,& l.creditor,ff. de actioni empti,& l.si quis,C.de vectigalibus, exquibus iuribus omnes putei salisquè fontes,ad principem pertinent,ita tamen,si in publico sint, vel in Regis prædijs.iuxta ea,quæ de argentifodinis,& alijs minerijs scribit Andreas de Isernia,in titu.quæ sint regalia verbo argentariæ. Salinæ,vero priuatorum,ad eos spectant,cum aqua salsa pars fundi 2 sit,l.is qui imputeum, ff. quod vi aut clam,Iuan.de Platea in lege prima,C.de Thesauris,libro decimo, cui addenda est, l. forma,§.Salinæ,ff.de censibus, hodie tamen quilibet Salinarum Domini Regijs conductoribus, de sale in suo fundo cófecto certam quãtitatem soluere adstringuntur,vt est notissimum.

IN TEXTV IBI: *Al que fallan sal,*

Scholium II.

SAlinarum conductores,eiusquè ministros domos priuatorum inspicere posse, & salem quærere permittit lex nostra,in quos domuum inspectores inuehitur, l. id ab vnaquaque de annonis,& tributis,libro decimo, vbi Accursius, verbo eorum.

Textus CCIII.

Omo quier que en el derecho diga, que todas las coſas que han marido, e muger, que toda presume el derecho que ſon del marido, faſta q̃ la muger mueſtre que ſon ſuyas. Pero la coſtumbre guardada, es en contrario, que los bienes que han marido y muger, que ſon de ambos por medio: ſaluo los que prouare cada vno que ſon ſuyos, apartadamente.

SVMMARIVM.

1 *Bona mariti, & vxoris communia præſummuntur.*

2 *Diuiduntur prædicta communia, bona matrimonio diſſoluto.*

3 *Societas durat, etiam coniuge mortuo, quoad bona diuidantur,*

4 *Romulus legem tulit, qua cauit, vt omnia bona inter maritum, & vxorem diuiderentur.*

5 *Qua ratione veteres nuptias ſacras appellauiſſent.*

6 *Antiquitus non in omnibus nuptijs lucra commuuicabantur.*

7 *Vxorum tria genera erant.*

8 *Ius, viri bona præſummebat, non communia.*

9 *Errant, qui putant inter virum, & vxorem ſocietatẽ nõ cõtrahi.*

10 *Conſuetudo introduxit, vt omnia bona mariti, & vxoris præſummerentur communia.*

11 *Prædictam conſuetudinem ſcripto iure approbabit lex noſtra, quæ cauit mariti, & vxoris præſumi communia bona, niſi contrarium probetur.*

Lex CCIII.

IN TEXTV IBI: *Que los bienes que han marido y muger, que ſon de ambos por medio.*

Scholium vnicum.

1 Sententia huius legis eſt, bona conſtãte matrimonio adquiſita, præſumi mariti, & vxoris diuiſibiliaquè, niſi contrarium probetur hactenus lex.

2 Bona inter coniuges matrimonio durante acquiſita communia ſunt, & eo ſoluto inter virũ, & vxorem, & eorum hæredes diuiduntur, prætextu enim coniunctionis animi, & corporis inter eos initæ, & ſocietas contrahitur, & exemplo ſociorum lucra communia ſunt, lex prima, ff. de ritu nuptiarum, lege nuptias, ff. de regulis iuris, capite cũ ſocietas. 27. quæſtione ſecunda, lex prima, ſecunda, & tertia, titulo tertio, libro tertio fori, lex prima, & ſequentes, titulo quarto, libro quinto ordinamenti, lex ſecunda, & quarta, titulo nono, libro quinto compilationis, vbi Monraluus, Perez, Azeuedo, & Matienço inſpicieudi ſunt, quę ſocietas non ſolum durat, quo ad matrimonij diſolutionem, ſed & quo ad bonorum diuiſionem, ita vt ſi his non diuiſis ali-

3 quid, & poſt mortem obueniat, & lucretur, diuiſibilę fiat, vt prædicta

dicta iura,& Scribentes agnof-
cũt,nihil enim intereſt,an vnus
ex cõiugibus defunctus ſit,ſi di-
uiſio tamen nõ fuerit facta,quæ
ſanæ determinatio ab ipſius vr-
4 bis initijs deſcendit Romulus
enim legem tullit,qua cauit om
nia quæſita bona, viri & vxoris
fieri,lex autem hæc erat: *Mulie
rem nuptam,quæ ex ſacratis legibus,
in manum mariti conueniſſet,cum eo
5 omnium & bonorum,& ſacrorũ par
ticipem eſſe*,vocabant autem vete
res:ſacras nuptias Romana qua-
dam appellatione rem exprimẽ
tes,*Confarreationem*, à farris com
municatione, quemadmodum
enim Græci exiſtimarunt hor-
deũ omniũ frugum antiquiſsi-
mum eſſe,ita vt in ſacrifitijs ab
hordeo initium ducerẽt,ita Ro
mani putantes far eſſe omnium
frugum preciofiſsimum,ab hoc
in omni ſacrifitio, in quo victi-
ma cremabatur igne initium fa
ciebant, quòd igitur mulieres,
cum viris ſacrarẽ, & primi cibi
fierent participes,& valde bona
fortuna, & bonis communibus
conuenirent, ea res nuncupata
fuit *Farris communicatio*, quæ vi-
rum & vxorem neceſſario con-
iugij, & communicationis bo-
norum vinculo coniugebat,iux
ta ad notata,à Dioniſio Halicar
naſeo Romanarum antiquita-
tum,lib.2.fol.51.litera E. Quã-
uis non nulli exiſtimauerint nõ
in omnibus nuptijs omniũ for-
6 tunarum cõiuges participes fie-
ri,vt Author eſt Boecius in Tho
pica Ciceronis, quẽ refert Am-
7 broſius Calepinus,verbo, *Farrea-
tio*,quippe qui aiunt tria eſſe ge-
nera vxorum. Vnum,cum vxor
tantum in lecti partẽ veniebat,
quam matronam appellabant
aliud cum certa ſacrificij ſolem
nitate. Alterũ vero, & tertium
cùm in manum mancipiumquè
viri vxor conueniebat. Tunc e-
nim omnia bona erant commu
nia,& non alioquin:eiuſmodiq́;
vxores matres familias vocabã-
tur,& viris abinteſtato ſuccede-
bãt,ita tamẽ,ſi ſine liberis obijſ-
ſent, ſin autem liberos habuiſ-
ſent,ex æquo cum liberis bono-
rum participes erant,quod non
diſſentit, ab his quæ Doniſius
ad notauit vbi ſupra,confirma-
turq́;,ex ſingulari loco,& nõ ſa-
tis in propoſito animaduerſo,
cuiuſdam legis numę Pompilij,
qui poſt Romulum regnauit,in
qua ita ſcriptũ eſt: *Si pater permiſ-
ſerit filio vxorem ducere,quæ ex le-
gibus particeps ſit, & ſacrorum, &
bonorum:patri poſt hac nullũ ius eſto
vendendi filium*, quæ ſane verba
manifeſte indicant alia eſſe ma-
trimonia,abſquè bonorum par-
ticipatione, & communicatio-
ne. Cuius veteris legis,licet non
adhoc,Halicarnaſeus meminit,
dicto libro ſecundo, fol.53. lite-
ra B.quibus per vetuſtis legibus
conſideratis,ad miror equidẽ re

centius

Lex CCVI.

Ad intellectum huius legis inſpicienda eſt lex 203. ſupra.

Textus CCVII.

TOdo el deudo que el marido y la muger fizieren en vno paguēlo. Otroſi en vno. Y es a ſaber que el deudo que faze el marido, maguer la muger no lo otorgue ni ſea en la carta del deudo tenida es à la meytad de la deuda. E otroſi es à ſaber, que ſi la muger ſe obliga con el marido al deudor de mancomun, y cada vno por todo, que ſi a la muger demandan toda la deuda que lo puedē fazer, es tenida de pagar toda la deuda. Otroſi, ſi la muger es menor de edad que el fuero manda, y es caſada è ſe obliga con ſu marido en el empreſtido, en la carta del deudo, tenida es ella à la ſu meytad del deudo, è ſi ſe obligo de mancomun, è cada vno por todo ſera tenida a todo el deudo ſi gelo demandā, maguer ſea menor de edad, Ca el caſamiēto e la malicia ſuple la edad. E como quiere parte en las ganancias aſsi ſe deue parar a las deudas, mas ſi la que es menor de edad no ſe obligo en la carta con ſu marido no ſera tenida à la deuda. Y el hombre menor de edad deſque caſado es, ſera tenido à todo empreſtido è obligamiento de deuda que faga, pero en las otras coſas donde es otorgada reſtitucion a los menores podra demandar reſtitucion.

SVMMARIVM.

1 *MAritus & vxor ſi ſimul obligentur, tanquam rei debēdi vterque conueniri poteſt.*

2 *Non ſolum tanquam rea obligatur vxor, quando explicite obligauit ſe, ſed etiam ſi implicite.*

3 *Vxor non obligatur, niſi pro ea parte, qua vtilitas ad eam peruenit.*

4 *Verus noſtri textus aſsignatur intellectus, vt mulier nunquam obligata maneat, niſi vtilitatem ſenſerit, vel prætextu lucrorum in quibus vxor eſt debitrix licet expreſſe ſe non obligauerit.*

5 *Acquiſita inter virum & vxorē ſeorſum habitantes non communicantur.*

Lex CCVII.

IN TEXTV IBI: *Todo el deudo que el marido y la muger.*

Scholium Primum.

1 SEntentia huius legis eſt, maritum & vxoré ſimul obligatos, tanquā reos debendi vtrunquè conueniri poſſe, & quemlibet ex eis, quæ ſententia iuri conſentanea

 eſt,

est, siue ex causa onerosa, siue lucratiua, rei debendi existant, & siue vterque sentiat contractus vtilitatem, siue vnus tantum, l. 1. & in toto titulo, ff. de duobus reis authentica, hoc ita, C. codē, l. cum apparebit, ff. locati, l. Paulus in secunda, ff. de re iudicata, hāc ergo opinionem, quam ius generice in alijs reis debendi, admisit, elegit lex nostra, & inter virum & vxorem, & ante eam lex 14. titul. 20. lib. 3. fori, quam interpretando docet hæc styli, lex, non solum obligatā esse prędictam vxorem, simul cum viro suo, quando expresse adstrinxit se, vt in dict. l. fori, sed etiā si explicite obligata non sit, vt demonstrāt illa verba. *Y es à saber q̄ el deudo que faze el marido, maguer la muger no lo otorgue, ni sea en la carta del deudo, tenida es à la mitad de la deuda*, & in hunc sensum allegat, hanc styli, & fori legem doctissimus Gometius in l. 61. Tauri, numer. 3. quas abrogatas esse ait, ex dict. l. 61. qua decisum extat vxorem adstrictam non esse, nisi pro ea parte, qua vtilitas ad eam peruenerit. Ego tamen nostram legem defendendo, & correctionem excusando longe verius esse puto, verba eius prætextu lucrorū accipi debere, in quibus sane mulier debitrix est, licet se non obligauerit, nec commodum senserit, vt expresse probatur in l. 60. Tauri, & in l. 9. tit. 10. lib. 5. Compi. qui intellectus suadetur, ex verbis nostri textus ibi. *E como quiere parte en las ganancias, assi se deue parar à las deudas*, quæ posteriora verba priorum declaratoria sunt, extra lucra enim, nec de iure communi adstringebatur vxor, nisi commodum ad eam peruenisset authentica, si qua mulier, C. ad Velleianum.

IN TEXTU IBI: *Fueren en vno.*

Scholium II.

EX hac lege deducit, Palacios Rub. in Rubrica de donationibus, §. 62. num. 1. acquisita constante matrimonio, per coniuges seorsum habitantes non communicari, sed esse propria adquirentis.

Textus CCVIII.

ES à saber, que si alguno que es casado le deuen deudas, e aquel que le deue la deuda le da alguna cosa en donadio, en tal manera que lo herede su fijo mayor, o con otra qualquier condicion le quita la deuda que le deuia, vale la condicion, y el donadio. Otrosi, vale el quitamiento de la deuda, e los otros hermanos fijos deste q̄ quito el deudo, ni la muger del no hā de demādar nin guna

guna coſa deſpues de la vida de ſu padre en la donacion que fue fecha cō condicion que la heredaſſe ſu fijo el mayor, ni les finca demas la en razon del quitamiento de la deuda, que el marido es ſeñor de las deudas que deuenie de los frutos, e del otro mueble que ganaron en vno marido y muger por mantener la caſa e à ſu muger, e a ſu compañia, e puede dello fazer lo que quiſiere, en tal que no ſea deſtruydor. Ca entonce puede demandar la muger al juez que las ſus arras, e los ſus otros bienes ſean pueſtos en poder de otro, porque ſe gouierne el marido, y ella de los frutos.

SVMMAIRIVM.

1 *Maritus à debitore inuita vxore, rem in ſolutum accipere poteſt, ſub conditione, vt filius primogenitus in ea ſuccedat.*

2 *Rem communem maritus donare nequit poteſt tamen vendere.*

3 *Moderatè maritus donare poteſt, etiam inuita vxore.*

4 *Maritus acquiſitá rei matrimonio conſtāte dominus eſt, nec vxor domina dicitur.*

5 *Primogenium inſtitui non poteſt à viro dè bonis acquiſitis abſque vxoris aſſenſu.*

6 *In rebus mobilibus ſucceſsio datur, & primogenium inſtituitur.*

7 *Maritus conſtante matrimonio, omnes fructus ſuos facit.*

8 *Matrimonio conſtante non agit vxor pro dote, niſi maritus diſſipet.*

9 *Duo beneſitia indulgentur vxori, quando maritus diſsipat, vt dotem recuperet, & ei non marito electio datur.*

Lex CCVIII.

IN TEXTV IBI:

En tal manera que lo herede el hijo mayor.

Scholium Primum.

1 Sententia huius legis eſt, maritum cui plura debita debentur, quæ inter eundem, & vxorem ſunt communia, poſſe à debitoribus, in ſolutum pro eis accipere rē. Immobilem ſub conditione, vt in ea, ſolus filius communis maior ſuccedat, etiam in vxoris, & aliorum filiorum præiuditium. Hæc ſane ſententia, & cōcluſio difficilis admodum iuris interpretibus viſa eſt, & interpretatione digna, eius; tamen intellectus pendet ab illa quæſtione an ſcilicet ex bonis cōſtante matrimonio acquiſitis ſolus maritus valeat, abſq; vxoris conſenſu cui dimidia portio debetur viuēte eadē vxore primogeniū, vel meliorationē in perſona filij primogeniti inſtituere, Rurſus & ab illa an maritus abſq; vxoris aſſenſu diſponere poſsit de re quæ

quæ communis est inter coniuges, in qua ex legis authoritate partem dimidiam vxor habet, & hanc vltimam quæstionem in
2 l.205.anteriori resoluimus amplectentes opinionem eorum, qui donationem verant, in venditione enim commune est placitum, vxoris consensum non requiri, cum citra eum maritus vẽdere queat: Ex cuius resolutione, & 1. quæstio deciditur, absq; dubio enim maritus, qui tantũ vendere potest, (ita vt fraus absit) donationem meliorationẽ, vel assignationem, & prælegatũ in persona filij cõmunis propia authoritate facere nequibit sine vxoris licẽtia, quæ prætextu suæ dimidiæ portionis, domina dicitur, eius itaque consensus desiderabitur: cuius opinionis est, Tellus in l.19. Tauri, nu.2. licet difficilem dicat ex diuersitate opinionũ ex cuius rationibus, sequitur Molina de primogen. lib.2.c.10.nu.67. Mieres 1. part. quæst.23.nu.14. Angulo de melioratio.l.3.glo.2.ex nu.3.& inspicienda est, l.205.supra, vbi Latius differitur, & tractatur quoque, an domina vxor sit, quod verius habeat ad cõmunẽ rẽ constãte matrimonio adquisitam. Rursus, & pẽdet nostri tex. interpretatio, à quæstione illa an maritus qui (anteriori opinione admissa) res cõmunes donare, nequit, possit tamen partẽ earum,
3 in quo verius est maritũ, sine vxoris assensu aliqua donare posse non solũ inter filios, sed & inter extraneos, dũ tamen temperanter donet causaq; iusta suadẽte: inter suos vero maior potestas à iure ei data est, cũ filiam cõmunẽ absq; vxoris volũtate, dotare queat, vt decissum extat in l. 55. Tauri, & ibi Scribẽtes agnoscũt, & in l.8.tit.9.lib.5.nouę cõp. vbi scriptores, & docet Moli. de primog.lib.2.d.c.10.nu.66.vers.
4 *Qua ratione*, cum maritus ergo dominus sit, & possessor rei cõmunis ab ipso, & vxore acquisitæ, ita vt hoc dominium, & possessio pœnes ipsum solum insit, secundum veriorem opinionẽ, quã defendit Tellus in l.16. Tauri, nu.12. & 13. Angulo de meliorat.l.3.glo.2.nu.7. nullo apud vxorem dominio ac possessione manente, restrictum satis dominiũ, & mariti authoritas, & potestas, diceretur, si cum moderamine donationem facere nequiret, cum & administratori, Rursus & tutori, qui domini non sunt hęc modicæ donationis nõ tollatur facultas, l.cũplures, §.vltimo, ff. de administratione tutorũ, ex his ergo considerationibus, si quid iudico decidit lex nostra rem immobilẽ ex pacto, cũ debitore posse assignari vni filio in vxoris, & aliorũ præiudiciũ, & sine eius libito, & volũtate, intelligi enim hæc lex debet, quan-

quãdo prædicta res, quàm in ſolutum maritus à debitore accepit modicæ conſiderationis, & quantitatis eſſet, ita vt non conſumeret donatio hæc, omnia bona cõmunia lucrata, & acquiſita mattimonio conſtante, nec maiorem eorum partem, ſi eximia enim donatio eſſet retractari debet, ex his quæ adnotauimus in ſcholijs, ad dict. l. 205. ſecundum quam expoſitioné, melius forraſſis intellegitur lex noſtra, quàm intellexit Molina de Hiſpa. primogenijs, d. lib. 2. c. 10. nu. 67. putans vſu receptam nõ fuiſſe noſtræ legis deciſionem ſibi enim contrarius eſt, nu. anteriori verſ.
5 ſimiliter: fateor enim veram eſſe, Molinæ opinionem docentis primogenium inſtitui non poſſe, à viro de bonis acquiſitis, abſque vxoris aſſenſu aſſero, tamen ad hoc induci non poſſe, vt ipſe inducit, hanc legem noſtrã ſtyli. Aliud enim eſt primogeniũ inſtituere, ex omnibus bonis acquiſitis, vel maiori parte, aliud vnam rem aſsignare, quàm nec coniuges acquiſiuerãt, ſed in ſolutum maritus receperat, à debitore ſuo, hæc enim eſt, vera noſtri tex. ſententia, hancquè aſsignationem, & prædictam cum debitore conuentionem valere ſtatuit lex noſtra, ex decidendi ratione, quã traddidimus, Rurſus & ex alia, quæ colligitur ex verbis noſtri tex, ibi. *Ca el marido es ſeñor de las deudas que deuen, e de los frutos, e del otro mueble que ganaron en vno marido è muger, para mantener la caſa, y a ſu muger, è a ſu compañia, è puede dello fazer lo que quiſiere*, ex qua ratione decidendi conſtat non animaduertiſſe, Molinã dicto nu. 67. verſ. *Tertio, quia quod maritus*, quippequi ait, de re immobili noſtram legẽ accipiẽdã, cum expreſſe contrarium decidat, ibi: *E de los frutos, è del otro mueble que ganaron en vno*. Ex quibus verbis ſenſus eſt maritũ poſſe à debitore accipere in ſolutũ rem mobilẽ ſub conditione, vt hæc res non ſit cõmunis cum vxore & liberis, ſed ſolũ in ea primogenitus ſuccedat. Ratio autẽ vltra prædicta ea eſt, quia cũ maritus ſit, dominus, debitorum, & mobilium reũ, & fructuum ad ſubſtinenda matrimonij onera conſummereque, & expendere queat ſatius eſſe iudicauit lex noſtra ſtyli, ſi vni filio hanc rem deſsignauerit ex pacto inito, cũ
6 debitore, non enim eſt nouum ſucceſionem dari, & etiã primogenij inſtitutionẽ in rebus mouilibus, vt idẽ Molin. docuit vbi ſupra num. 7.

IN TEXTV IBI: *O con otra qualquier condicion. Scholium II.*

NOn neceſſario adſtringit lex maritum creditorem, qui à debitore rem in ſolutum

tũ accepit, vt filio maiori relinquat, cum enim expendere debita posſit, resquè mobiles, & fructus ex ratione decidendi noſtrę legis, in quo vxoris, & filiorum authoritas non deſideratur, ſub qualibet alia conditione in ſolutum recipere poſſe docet lex, cũ quo quomodo expendat, & conditionem ad hibeat ſuo iure vtatur, ex textu ibi. *Y puede dellos fazer lo que quiſiere.*

IN TEXTV IBI. *De las deudas q̃ deuen, e de los frutos*

Scholium III.

7 Conſtante matrimonio, maritũ fructus ſuos facere exploratí iuris eſt, ſiuæ induſtria les naturales, vel ciuiles ſint (ſecundum doctorum doctrinę gratia diſtinctionem) hos enim marito addicit lex promatrimonij onere, ita vt etiam, ſi onus egrediantur nihilominus ad maritum integri fructus ſpectent, l. pro oneribus, cum vulgaribus, C. de iure dotium, dixiquè matrimonio conſtante, nam eo ſoluto fructus, qui ſuper ſunt communicantur, ſicut cætera omnia acquiſita bona lex 2. tit. 2. libr. 3. fori, l. 3. tit. 4. lib. 5. ordinamenti l. 3. tit. 9. lib. 5. compilationis.

IN TEXTV IBI: *En tal que no ſea deſtruydor.*
Scholium IIII.

8 Regula eſt vxorem pro dote agere non poſſe matrimio conſtante, l. 2. ff. ſoluto matrimonio, exceptio tamen regulę eſt, quando maritus diſsipat, & ad inopiam vergit, tunc enim repetere dotem, & arras vxor poteſt, non tamen alienare cum integra propietas permanere debeat, vt ex eius fructibus cõiuges ali poſsint, l. ſi conſtante, vbi ſcriptores, ff. ſoluto matrimonio, l. vbi ad huc lex inrebus, C. eodem, cap. per veſtras, vbi late Palacios Rub. de donationibus inter virum, & vxorem, lex 29. titul. 11. part. quarta, vbi Gregorius Lopez omnino inſpiciẽdus eſt, & docuit lex noſtra, ibi. *Porque ſe gouierne el marido, y ella de los frutos.*

IN TEXTV IBI: *Sean pueſtos en poder de otro.*

Scholium vltimum.

9 Dvo benefitia indulgentur, vxori, pro dote recuperanda, aliud eſt, vt apud ſequeſtrum dos deponatur, vt ex fructibus alimenta ipſa, & maritus percipiant lex, ſi cum dotem, §. autem in ſæuiſsimo ſoluto matrimonio, caput per veſtras de donationibus inter virum, & vxorem, alterum eſt, vt maritus ſatisdet de dote, reſtituẽda, quo caſu

caſu ex actio dotis, & ſequeſter, locum non habent, iuxta deciſionem, textus in dicto cap. per veſtras, vbi latè Doctores, & expreſſe decidit lex 29. titulo. 11. part. quarta, vbi hæc duo beneficia alternatiuè vxori indulgentur, dubium itaquè oritur, ex huius legis litera an maritus eligat, ita vt ſi ſatisdet vir, non poſſit vxor, apud ſequeſtrum deponere, commune tamen eſt placitum vxorem eligere poſſe, cum in hac alternatiua, electio, ſemper ſit actoris, l. quãuis, ff. de pignoribus, l. cum proponas, C. de tranſactionibus, l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tributoria, gloſſa, & Doctores in lege vbi adhuc, C. de iure dotium, & omnino intuendus eſt, Greg. Lopez in dicta lege partitæ ſcholio. 4.

Textus C C IX.

EN la Corte del Rey guardan todas las fieſtas de todos los Apoſtoles, que no ſe aſsienten los Alcaldes â librar pleytos.

Textus C C X.

EN la Paſqua de Reſurecion, en la Corte del Rey, no libran pleytos deſde el jueues antes de la fieſta, al jueues deſpues de las ochauas, y en eſſe jueues comieçan à librar los pleytos, y en la fieſta de la Natiuidad guardan los Alcaldes tres dias deſpues de la fieſta, y en la quinquageſsima eſſo miſmo.

Lex C C IX. & C C X.

Ad intellectum harum legum, quæ de ferijs loquuntur inſpicienda eſt, lege 15. vbi ſupra.

Textus C C XI.

EL juyzio que el Alcalde del Rey da en ſu caſa: deuelo mandar entregar el Alguazil del Rey aqui en la Corte. E ſi la entrega ſe ha de hazer fuera de la Corte, dara entonce carta del Rey al portero del Rey, para que entregue el juyzio al portero del Rey, mas aqui, en la Corte los porteros del Rey no hã de fazer entrega del juyzio del Alcalde, ni de otra coſa, ſaluo que prendara el portero por mandado del Alcalde los ſeſenta marauedis de los emplazamientos de los Alcaldes, y los porteros en caſa del Rey pueden teſtar por mandado del Alcalde.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *MInister Arabicæ Algazelus curiæ, decimas executionum suas facit.*

Lex CCXI.

IN TEXTV IBI: *Deuelo mãdar entregar el Alguazil*

Scholium vnicum.

INquit lex hæc in executionib' petitis, apud magistratus curiæ, ministros curiæ executores esse, decimas quæ prædictarum executionum eis compere, quod & hodie vigit, vt est notissimum, & & probat, l. 7. titul. 21. lib. 4. & lex 10. titul. 6. lib. 3. & l. 31. titul. 4. & l. 64. titul. 4. eodem lib. 3. compilationis interpretationemque, aliam hic in re notissima, & per vulgari non desideramus.

Textus CCXII.

SI alguno da todo quanto ha à su fijo clerigo, entiendese que lo faze maliciosamẽte por escusar los pechos: e no se deue escusar que no peche, ni vale la donacion: mas el pechero que es el padre, bien puede dar cien marauedis de la monẽda nueua à su fijo clerigo de sus bienes, para auer titulo, para ordenarse de ordenes sagradas, y no pechar por ellos: mas ante ni para al no puede dar ninguna cosa para escusar el pecho, E si el padre no ouiere mas desta quantia destos cien marauedis de la moneda nueua: y no ouiere mas de vn fijo, puede gelos dar estos cien marauedis en el titulo. E si mas fijos ouiere, no puede darle mas de hasta lo que este fijo heredare de la razon de los otros fijos.

SVMMARIVM.

1 *NOn excusatur, quis à collectis, quando bona in earum fraudem in filium clericum transtulerit.*

2 *Clericus à collectis immunis est.*

3 *Non valet donatio in fraudem collectarum.*

4 *Tractatur de assumentibus ordinem, vel habitum in fraudem publicorum munerum.*

5 *Pater donare potest filio, vt ordines recipiat ad titulum (vt dicitur) patrimonij, quæ donata bona collectarum immunia erunt.*

Lex CCXII.

IN TEXTV IBI: *No se deue escusar que no peche.*

Scholium Primum.

1 SEntentia huius legis est, nõ excusari, quem à collectis, quando bona in earum fraudem in filium clericum transtulerit.

Eccle-

4 Ecclesiam, clericum, vel Ecclesiasticam personam à collectis, & tributis immunes esse nemo nescit, cap. quanquam, de censibus, in 6. cap. 1. de censibus, eodem lib. 6. clementina vnica, de immunitate Eccles. cap. Aduersus, de immunit. Eccles. l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. l. 52. 54. & 56. titul. 6. part. 1. l. 3. 11, 12. tit. 13. lib. 1. nouæ compil. Quam receptissimam regulam limitat, text. noster in clerico cui patet aliusvę omnia bona sua donauit. Præsumitur enim dicta donatio facta in fraudem collectarum, ab eis itaque hæc clerici bona libera non erunt, eandemquè sententiam probat textus in l. penult. C. de rescindenda venditione, vbi pulchrè Aluericus, & l. 59. titulo. 5. part. 5. vbi Gregorius Lupus schol. 1. & text. in l. 6. titul. 9. libro 5. ordinamēti, vbi Didacus Perez, & l. ii. tit. 10. lib. 5. nou. comp. vbi Scribentes, Matien. & Azeu. immemores tamen huius legis styli, Auēda. c. 14. num. 30. Dueñas limitatio. 5. & latissimè prosequitur Florez variarum lib. 2. quæst. 21. §. 2. ex num. 70. qui omnino inspiciendus est, & de assummentibus ordinem vel habitū in fraudem publicorum munerū, egregiè tractat Bar. in l. semper, §. fi. ff. de iure immu. Ioan. de Platea, in l. 1. C. vt nemo ad suum patrocinium, &c. lib. 11.

IN TEXTV IBI

Para auer titulo para ordenarse.

Scholium II.

5 Rursus probat lex hæc patrem donare posse filio, vt ordines recipiat ad titulum (vt dicitur) patrimonij, quæ donatio si legitimam non egrediatur, valida erit, & in ea fraus cessat, Auendañusquè Matienzus, & Azeuedo vbi supra agnoscunt. Nullus tamen huius nostræ l. styli (quos admitor) meminit. Longioremquè tractatum, res hæc non desiderat, est tamen animaduersione digna lex nostra, à qua cæteræ Regni leges, superius citatæ, originem habuerunt.

Textus CCXIII.

EL padre puede mandar a vno de sus hijos de mejoria el tercio de quanto ha, segun el fuere de las leyes, y algunos dizen, que este tercio que deue ser tomado de todos los bienes, mas no en vna cosa apartadamente, y esto no es assi: ca bien puede darle este tercio de mejoria en vna cosa apartadamente de las suyas, mayormente si son casas o torres, o otra cosa que no se pudiesse partir sin menoscabo de la cosa.

SVMMARIVM.

1 *Praelegatum & melioratio in re certa constitui potest.*

2 *Legitima an debeatur in singulis corporibus.*

3 *Tertium praetextu filiorum legitima non est.*

4 *Legitima non in omni corpore, sed tantum in parte haereditatis debetur.*

5 *Si assignata res pro praelegato non aequiualeat tertio, an ex alijs bonis suppleri debeat.*

Lex CCXIII.

IN TEXTV IBI:

Ca bien puede dalle este tertio de mexoria en vna cosa.

Scholium Vnicum.

1 Sententia huius legis est praelegatum & meliorationem in re certa constitui posse; dummodo tertij valorem non egrediatur eandem sententiam, confirmat text. in l. 19. Tauri, & in l. 3. titu. 6. lib. 5. Compil. vbi Scribentes

2 & Angulo, schol. 1. Dubitandique rationem eam omnes fuisse testantur legitima enim debetur in singulis corporibus, l. 2. C. quando & quibus quarta pars, l. Plautius, ad l. falcid. Idemquè in tertio statuendum videbatur cum quasi legitima sit, cōtrarium verò statuit lex nostra, cuius decidendi ratio ea est.

3 Nam tertium licet praetextu extraneorū sit legitima, praetextu verò filiorū propiè legitima non est cum electio patri detur vnūq; filiū meliorare possit, caeterosq; excludere, & quāuis cōmune placitū sit omniū Scribētium, non tamen omnino satisfacit praedicta responsio: nam si legitima debetur in omni corpore praedicta assignatio certae partis, vel rei, meliorationis causa fieri nequiret, ratione partis, quā caeteri filij praetextu legitimae habent in illa re, vera tamen

4 erit decidendi ratio si animaduertamus longe receptius fuisse legitimā in singulis corporibus nō deberi, sed solū in parte haereditatis, teste Bart. in l. suus quoq;, nu. fi. de haered. inst. & cōmunē asserit Anton. Gabr. titul. de legitima, cōclus. 3. Angu. vbi sup. nu. 3. Ampliādaq; & extendenda erit nostrę legis sentētia, quāuis res assignata pro melioratione esset, caeteris prēstātior, vt defendit Tell. in d. l. 19. Taur. nu. i. Gutie. lib. 2. pract. q. 55. contra Cou. in c. Raynald. §. 2. nu. 5. quē sequūtur Matiē. & Azeu. in

5 d. l. 3. schol. 1. Rursusq; hic quaeri solet si prēdicta designata res nō ęquiualeat tertio, sed minoris ęstimationis sit: an ex alijs bonis suppleat, quā quęstionē disputat Gomezius

Gomezius in lege 17. Tauri, numero 14.pluresque alias quæſtiones Scriptores mouēt in dicta l.19.& in d.l.3. quæ huc pertinent,& in eorum commentarijs inſpici poſſunt.

Textus CC XIIII.

Sobre la ley que comiença: Ningun hombre que ouiere fijos, que es en el fuero de las leyes, en el titulo de las mandas, en el capitulo: Pero ſi quiſiere mejorar a alguno de ſus hijos, o de ſus nietos, puede lo mejorar en la tercia parte de ſus bienes, ſin la quinta parte ſobredicha. Y es a ſaber ſobre eſta quinta ta parte, y ſobre eſta tercia parte, quando no ay otro fuero ni coſtumbre que ſea contra la ley que ſacan primero por razon del alma, el quinto de quanto ouiere: y mandarloha a quien quiſiere: y de todo lo al que finca mejorara à alguno de ſus fijos: y mandarle ha el tercio: y aſsi ſe vſa eſta ley.

SVMMARIVM.

1 *Quintum animæ prius deducendum eſt à defuncti hæreditate, quā tertium in quo filium pater meliorauit.*

2 *Qua iure veteri eſſet filiorum legitima.*

3 *Lex fori auxit legitimam filijs, & patri meliorare permiſsit.*

4 *Ante legem hanc Styli dubitatio fuerat, an tertium vel quintum prius deduceretur.*

5 *Statuit lex Styli ſi filius in tertio melioratus, & anima in quinto concurrant animam præferendam.*

6 *Si prædictum quintum extraneo relinquatur, & filius melioretur in tertio: prius deducetur tertium.*

Lex CCXIIII.

IN TEXTV IBI:

Que ſacan primero por razon del alma el quinto.

Scholium vnicum.

1 Sententia huius legis eſt, quintum animæ, prius quàm tertium meliorationis elliciendum eſſe à defuncti hæreditate.

2 Ad huius ſententiæ cognitionem ſcire opportet iure veteri, legitimam filiorum eſſe quartam partem bonorum patris, lex Papinianus, ff. de in officioſo teſtamēto. Iure vero recentiori ſi parētes haberēt quatuor filios pauciores vę eorū legitima triens erat, ſi plures ſemis,

 iuxta

luxt.text.in authenten. de triente & semisse, §.1. & 2. collat. 3. authent. nouissima, C. de in offici. Iure tamen nouissimo legitima filiorum est totū as præter quintū, de quo pater in vita vel morte disponere potest, in animæ alteriusvę causæ, vel personæ fauorem, vt decisum extat in l. 9. tit.
3 5. lib. 3. fori, quo patri quoq; permittitur in tertio filium, quē velit eligere, & meliorare, ante hāc ergo nostram legem styli concertatio fuerat apud Scribentes, an quintum vel tertium prius elliceretur ab hæreditate testatoris, vt Doctores referuūt in l. 17.
4 Tauri. Interpretando ergo lex nostra prędictā fori legem prius quintum animę fauore deduci
5 asserit, vt quintā portione detractā de vniuerso hæreditatis corpore maior pars ad animam spectet, vt innuunt, verba illa: *Porrazon del alma, &c.* Ex quibus sanè verbis manifestè demonstratur
6 tertium meliorationis prius detrahendum, si non animæ, pioquè operi quintum relinqueretur, in quo notabilis lex, hæc est, vberiore tamen commentario non indiget.

Textus CCXV.

SI Alguno deuē a otro deuda que le deue pagar fasta dia cierto, so pena cierta, è diole peño por esta deuda, que sino pagasse este deudo fasta aquel dia q̄ vendiesse, ò podiesse vender los peños, si venido el plazo no pago, y el no vēdio los peños porque no los pudo vender: ò fizo afrenta a la parte que los vendiesse sus peños, que el no los queria vender: y el deudor no los quiso vender, entonce caeria el deudor en la pena, mas en otra guisa no.

Textus CCXVI.

SI alguno deuē a otro deudo fasta tal dia, so cierta pena cada dia, y el juez despues por sentencia ge lo manda pagar con la pena, siempre corre la pena cada dia fasta que pague el deudo, maguer que la sentencia sea dada.

SVMMARIVM.

1 *AGitur de pacto apposito vēndendi pignus si intra præstitutam diem non soluatur.*

2 *Quæ denuntiationes requirantur, vt pignus vendi possit.*

3 *Si apponatur pactum de non vēdendo pignore, quæ solemnitas interuenire debeat, vt vendi possit.*

4 *Bene potest concurrere pignus prætorium cum conuentionali.*

Lex

Lex CCXV. & CCXVI.

IN TEXTV IBI:

Que sino pagasse este deudor fasta aquel dia.

Scholium Primum.

1 Agit hæc lex de pacto apposito, & permissione vẽdendi pignus si quã titas intra præstitutam diem nõ soluatur, de qua revidendę sunt, l. vltima, §. 1. C. de iure dominij impetrando, & l. si conuenerit, in i. ff. de pignor. actione, & l. creditor, C. de distractione pignor. & totus titul. 13. par. 5.

IN TEXTV IBI:

O fizo afrenta à la parte.

Scholium II.

2 IN hoc casu vnica denuntiatio sufficit, l. vltima, §. 1. C. de iure domin. imp. l. Titia, §. vsuras, ff. de legat. 2. Si tamen ècõuerso pactũ appositum fuisset, vt pignorata res venditi nõ posset denuntiationes tres desiderã

3 tur diebus diuersis. Inter vnam & alteram interueniente, saltem vna die, iuxt. glossam, & Barto. in l. 4. ff. de pignoratitia actione. Hac enim solemnitate præcedente vendi pignus potest, non obstante prædicto pacto, de non vendendo pignus, quã glos. ex tollit Iass. in l. quibis, ff. de verborum obligation. Bald. in rubr. C. de nouo, C. compon. Alexander. in additio. ad Bartol. in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæstionib.

IN TEXTV IBI:

Maguer que la sentencia sea dada.

Scholium III.

4 BEnè enim potest concurrere pignus prætorium cum cõuentionali, vt optimè declarat Aluericus in d. l. vlti. §. 1. C. de iure domin. Bald. in l. vlti. ad fin. C. de bon. auth. iudic. possid.

Textus CCXVII.

OTrosi maguer que por fuero de ciudad ay ley en que dize, q̃ Iudio no tenga su boz, ni agena, si el Iudio la tiene por si en su pleyto, vale a lo que se juzga: maguer se dè la sentencia por el: mas si por otro tiene la boz el Iudio, no vale lo que fuere juzgado por el.

Lex CCXVII.

Inspiciendæ sunt leges 83. & 84. supra.

Textus CCXVIII.

O TROSI, *Dos juezes, o mas son ordinarios y conocen de oyr vn pleyto en vno. E al tiempo de la sentencia dar, o ante, se va el vno de los juezes ordinarios: el que finca sin el otro dara la sentencia, è vale. Ca los juezes ordinarios cada vno ha juridicion en todo: saluo en las villas que son puestas que juzguen de dos en dos, el vno de vn vando, y el otro del otro vando, porque son dos vandos: ca entonce no deue librar ni juzgar el vno sin el otro. E los juezes delegados, ò los arbitros no pueden juzgar sino todos, estando presentes, saluo si en el compromisso los arbitros, o el mandamiento ouieren los delegados de juzgar, e de librar: maguer los otros juezes delegados, y arbitros no estuuiessen presentes.*

SVMMARIVM.

1 *Iudices ordinarij si duo sint vnus, sine alio sententiam proferre potest.*
2 *Delegati & Arbitri si duo sint, vnus sine alio sententiam non proferunt.*
3 *Interloquutoriam sententiam, vnus sine alio, delegatis, & arbiter dicere possunt.*

Lex CCXVIII.

IN TEXTV IBI: *Dos Iuezes, ò mas, son ordinarios.*

Scholium Primum.

1 Sententia huius legis est, iudices ordinarios, si duo sint, vnũ sine alio sententiam proferre posse, secus in delegatis & arbitris. Huius sententiæ ratio in ordinarijs magistratibus, est apud eos enim, & quenlibet eorum ratione officij residet meum imperium, lex illicitas, §. qui vniuersas, ff. de officio præsidis.

In delegatis verò & arbitris, ratio est, nam cum omnes iudicare iusi sint, vno absente, alter iudicare nequit: cum nullam aliam habeant iurisdictionem, nisi illam, quæ à litigatoribus, vel ordinarijs mandata sit, insolidum itaque iudicare nequeunt cum apud omnes: nõ vero apud quenlibet imperium sit l. duo ex tribus, 39. de re iudicata, cap. causam matrimonij, de officio delegati, cap. diffinitiua, versi. Item si plures, secunda quæst. 6. quam

quam sententiam Doctores accipiunt in diffinitiua sententia. Secus in interloquutoria, iuxta glossam receptam in lege Pomponius, alias si vni, ff. de re iudicata, vbi Paulus Castrensis, ad finem, & inspicienda sun iura, in capit. vltimo de arbitris libro 6. & in lege 17. & 18. titul. 22. part. 3. & lege 4. titulo. 26. eadem partita, & ibi Gregorius Lopez, sententiam tamen hanc (nostra lex limitat quando litigatores vel ordinarij insolidum alijs absentibus delegatis, vel arbitris) vni soli iurisdictionem mandarũt, quo casu quilibet iudicare potest, vt ex vltimis verbis nostræ l. videre licet.

Textus CCXIX.

SI El Rey embia a mandar por su carta à alguno què el mandò tomar los bienes de fulano, è que los venda luego, este que recibe tal mandado, deue los tomar y vender, pregonandolos primeramente a los plazos que el fuero manda que se deuen vender, è no los deue ante vender: è si el no lo fizo, ò los vendio, ò passa mas de quanto le fuere mandado: deue ser emplaçado el vendedor para ante el Rey: è si assi fuere fallado, deuenle dar la vendida por ninguna, è deuenle tornar sus bienes a este cuyos eran, assi como fuere fallado por derecho, y si el comprador fuere fallado en el lugar, deue ser ante llamado. E sino fuere ay en el lugar maguer no sea oydo el comprador: daran carta que les sean tornados sus bienes que le fueron assi vendidos a este cuyos eran: y que fagan al vendedor que le torne los dineros que le pagò el comprador. Pero que dara a saluo el comprador si algo quisiere dezir contra el vendedor. Y esto seria como que le fizo pleyto de gelo hazer sano: y que recibio daño en sacar los dineros a logro, ò vendiera alguna de sus cosas, à menoscabò por cumplir esto que vendieron, que sean ante el Rey el vendedor y el comprador fasta tal dia: y el vendedor serle ha tenido a la postura, si la obo con el, o al daño: maguer no ouiesse postura con el.

SVMMARIVM.

1 *Bona vendenda, vt Regi solutio fiat, in publica subhastatione vendi debent.*

2 *An bona mobilia & immobilia præconium desiderent.*

3 *Ad hastam locare, quid sit.*

4 *Vèdita re subhasta an primus crèditor ius suũ ammittat, et de hasta*

publica nonnulla adnotantur.

Lex CCXIX.

IN TEXTV IBI.

Si el Rey embia à mandar.

Scholium Vnicum.

1 SEntẽtia huius legis est bona vẽdenda ad hoc, vt fiscus solutionem debiti recipiat publica subhasta tione,& non aliter vendi posse, licet in commissione Regioque vendendi mandato de subhasta tione nihil adijciatur, & ratio est nam Regium mandatum, se cundum ius,& loci consuetudinem,vbi res venditur accipiendum est,vt in indiuiduo in specie nostræ legis, docuit Bald. in l.1.C.si propter publicas pensita tiones,nu.4. versi. *Sed pone quod dominus Rex*, quæ doctrina nota bilis est.

IN TEXTV IBI.

Que el mandò tomar los bienes.

Scholium II.

2 IN distinctè docet lex nostra, siue bona mobilia,siue immo bilia sint, in publica subhasta tione vendi debere, vt regi solu tio fiat, quod inter iuris interpretes, non est sine difficultate, nonulli enim existimarunt præconium solum in immobilibus desiderari: in qua re distinguit Bald.in dict.l.1.numer.5. Atq; bona mobilia, quæ venduntur in foro publico, vt frumentum aliaquè victualia subhastationẽ non requirere cum pretium ma nifestum sit,collusioque interue nire non possit. Secus vero in alijs mobilibus rebus,in quibus affectio consistere potest: hæ enim publicum præconium requirunt, & hæc opinio placuit Ioanni de Platea in l.1.C de fide instrumen.& iure hastæ lib. 10. Nostra verò lex sine vlla distinctione præconiorum solemnia desiderat,& hic est verus eius in tellectus eadem enim solemnitas requiritur in exigendo tributo Regio,si bona vendãtur,quæ & in locando interuenire solet, cum hasta quoq; posita locationes publicorum fiant, vt est notissimum,& ostendit Ouid.lib. 4.de Ponto,eleg.5.his vers.

Aut populi redditus positam componet ad hastam.
Et minui magnæ non sit vrbis opes.
Nunc longi reddditus hasta suppo- nere lustri.

3 Et ad hastam locare Collum,di xit in præfatione lib.1. & de hastarum solemnitate inspicienda est,rubr.de iure hastæ fiscalis, & l.fin.C.si aduers.fiscũ,& l.si hyppothecas,,C.de remissione pignorum,& l.1.de domib. ad rem pri-

priuat.pertin.in Cod.Theodonā,&vt Feſtus Pompe.lib.8.ſcribit, haſtæ ſubijciebāt veteres ea quæ publicè venibant fiſcusque, omnino ea vti debet, vt noſtræ legis verba demonſtrant, cui tāta authoritas data eſt, vt anterior creditor ius ſuum amittat ſi vendita re ſubhaſta tacuerit, iuxt.dict.l.Si hypothecas, quæ quoquè ratio potuit mouere Legiſlatorem, hic dum haſtā deſiderat in venditione rei mobilis, ſiue immobilis, ſine vlla diſtinctione,& de haſta publica, plura congeſsit Alexand. ab Alexan. lib.3.cap.16.vbi Tiraquel. in annotat.litera P,verb.quæ publica Cicero, 2. officior. & Philipp.2. Senec.controuerſ.3.lib.9.& declam.3.eod.lib.Acron.in ſatyra 6.lib.1.ſerm.Orat. Ouid. libr.4. de Ponto.eleg.5.& 9.Feſtus dict. lib.8.Briſon.de verbor.ſignif. libr.8.verbo, haſta, Hotoman.in Legicon.verb.haſtę, Alex.Scot. in vocab.verb.haſtæ,qui Hotomanum ad literam tranſcripſit.

Textus C CXX.

Otroſi es a ſaber, que en las vendidas que ſe fazen por las almonedas, tanto vale la coſa, quanto puede ſer vendida, y no ſe puede desfazer la vendida porque diga aquel cuya es la coſa, que le fue vendida por menos de la meitad del derecho precio, ni los parientes mas cercanos no puedan ſacar la coſa vendida en el almoneda por mandado del Alcalde, ò del cogedor, ò del entregador, maguer faſta los nueue dias que pone el fuero, quiera dar el comprador lo que coſtò: mas quando ſacan la coſa en almoneda tanto por tanto, deuelo dar ante el que la demandò por auolengo, y la quiſiere ſacar de la almoneda, que no otro eſtraño. E ſi el Alcalde mandò vender alguna coſa, y es fallada deſpues que la vendio el Alcalde ſin derecho, ſi el comprador la tuuo año y dia en faz y en paz, no ſe deshara la vendida, mas el Alcalde ſera tenido al daño y al menoſcabo que recibio aquel cuyos eran los bienes.

SVMMARIVM.

1 *IN Re vendita in publica ſubhaſtatione, an habeat locum remedium, l.2. C. de reſcind. vendit.*

2 *Diuerſitas inter ſubhaſtationem neceſſariam & voluntariam.*

3 *Intelliguntur iura in l.1.C. de prædijs decur.& in l.ſi quos, C. de reſcind.vend.*

4 *Retractus locum habet in re, in licitatione vendita, ſiue voluntaria, ſiue neceſſaria venditio ſit.*

ralis affectio; quam quis habet ad res maiorum ſuorum, militat quoque ſiue res in licitatione vendatur, ſiue non, l. Lex quæ tutores, verſ. *Neque vero*, C. de administratione tutorum, latè Tiraquelus, de retractu, in præfatione.

Textus C C X X I.

Otrosi,en las preguntas que fizieron los Alcaldes de Burgos al Rey, dize, que mando el Rey,que el que fiziere deuda,o fiaduria sobre lo que ha,que no puede vender ninguna cosa dello,fasta que aquel que ouiere la deuda sobre ello sea pagado. E si alguna cosa vendiere el dello, mandara el Rey que se pueda tornar a ello,y que sea entregado en ello: y vendida que fizieren no vale. Pero assi se juzga,que si este deudor es raygado y valiado en los otros bienes que fincan,que puede vender de los otros bienes e que vala la vendida,saluo si los bienes que vendiesse fuessen señalamente obligados a esta deuda.

Ts SVM.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca sequitur ipsam rem*
2 *Habens hypothecam præfertur omnibus priuilegijs personalibus.*
3 *Si hypotheca perempta sit, an agi possit ad pretium deductum ex re vendita.*

Lex CCXLIII.

IN TEXTV IBI: *Señaladamẽte obligados à esta deuda* *Scholium Vnicum.*

1 Hypotheca enim sequitur ipsam rẽ, l. rescriptum, ff. de pactis, habensque hypotecam præfertur omnibus priuilegijs personali-
2 bus, l. eos, C. qui potio. in pigno. habeāt. rei itaque specialiter obligatæ venditionem vetat lex nostra alioquin enim agi poterit hypothecaria contra possessorẽ,
3 & si hæc perempta sit, an agi possit ad pretiũ deductũ ex illa re vendita, glo. & Bart. notabiliter tractāt in l. i. ff. de distractio. pig.

Textus CCXLIIII.

Otrosi, en el titulo de las deudas, y de las pagas, en la ley que comiença: Maguer, assi que muger de su marido no puede fiar ni fazer deudo sin otorgamiento de su marido estas palabras, ni hazer deuda. Y entiendenlas assi en casa del Rey en las deudas en que no se le sigue a la muger algun pro: mas si compra la muger casada alguna cosa, tenida es de pagar que cõpro y lleuo: y esso mismo en el emprestido, o en toda cosa de que pro se le aya seguido, ca los menores, y aun entonce tenidos son.

SVMMARIVM.

1 *Nupta sine viri licentia contrahere nequit, nisi ex cõtractu vtilitatem sentiat.*
2 *Sine curatoris authoritate in eius cõmodum cõtrahere minor potest.*
3 *Iudicium aliàs nullum validum efficitur in minoris vtilitatem.*
4 *Transactio super alimentis valet, in alendi vtilitatem.*

Lex CCXLIIII.

IN TEXTV IBI: *Sin otorgamiento de su marido.* *Scholium Primum.*

1 Sententia huius legis est, nuptam, sine viri licentia cõtrahere nõ posse, nisi ex contractu vtilitatẽ cõsequatur, breuiterquè ad cognitionem huius textus scire oportet, nuptam ex lege fori. 13. titul. 20. libro tertio, contractũ facere nequire, nisi in casibus ab eadem lege enumeratis, quibus, & nostra lex vtilitatis casum addit, in quo licet viri assensus non accedat vxor adstricta erit, & ita agnoscunt legum

Tau-

Taurinarum interpretes, in l. 55. quorum ſcripta, & hic conueniunt.

IN TEXTV IBI: *Ca los menores, è aun entonce tenidos ſon.*

Scholium II.

2 ARgumentatur lex noſtra, de nupta, ad minorem, vt ſicut hic, ſine curatoris au thoritate, in eius commodum contrahere poteſt, l. nec, C. de cō trah. & committend, ſtipulatio. l. 1. C. de auth. præſt. §. pupillus, de innutilibus ſtipulatio, eadem ratione, & illa contractui obnoxia ſit, vtilitas enim legitima ex 3
ceptio eſt anterioris regulæ, cū & iudicium illuſſorium non redatur, ſi hæc verſetur, l. non eo minus, C. de procurato. & valeat pactum ſuper alimentis in alen 4
di vtilitatem, quod aliàs vetitū eſt, l. cum hi, §. eam transſactionem, ff. de tranſactio. vtilitate, enim cognita, omnia ſolemnia ceſſant, vt prædicti ſcriptores ſunt arbitrati.

Textus CCXLV.

SObre la ley que comiença. Padres è hijos, eſſo miſmo vſan de los yernos de no los recebir en prueua.

SVMMARIVM.

1 *GEner ſuſpectus teſtis eſt.*

2 *Ad probandam innocentiam non integri teſtes admittuntur.*

3 *Generi an præiudicium afferat ſententia lata contra ſocerum, rem defendente in iudicio ipſo ſciente.*

4 *Refertur antiquus mos, quo gener, cum ſocero ſimul balneum ingrediebatur.*

Lex CCXLV.

IN TEXTV IBI: *Eſſo miſmo vſan de los yernos.*

Scholium vnicum.

1 OStendit lex noſtra in teſtimonio dicendo, generum filio comparari, cum in ſoceri lite ſuſpectus teſtis ſit, quæ ſententia iuri admodum pro cliuis eſt, cū & quilibet domeſticus repellatur, l. 18. tit. 16. par. 3. niſi excuſatio, vel in nocentia probanda ſit, tūc enim
2 gener, alijq; non integri teſtes admittuutur, vt placuit Archidiacono, in c. manifeſtè, & §. ſequenti. 1 2. q. 1. Alex. conſ. 24. ad fin. lib. I. Greg. in d. l. 18. ſchol. 5. nec hic omnitti poteſt, generi
3 præiudicium afferre, ſententiā latam contra ſocerum ſuum rē defendentē in iudicio ipſo ſcien

te,l.sæpe, ff. de re iudicata, vbi Accursi, verbo, *Experiri*, cuius opinionem elegit, l.20.titul.22.p.3.vbi adnotauit Grego. Lupesi. schol.12. & hic quoque narrare cupio veterem morem, quo generi vnà cum soceris, sicut cum filijs balneum ingrediebantur, cuius priscæ consuetudinis meminit Cicero, lib.1.officio. Pluthar. in Catone Censorio, fol. 118.litera D.licet Cato ita filios & generos instituerit, vt ipse Plutharcus refert, vt cum eis nunquam lauisset, quanuis à Romanis factitatum esset.

Textus CCXLVI.

O Trosi, en el titulo de las arras, en la ley que comiença. Todo hombre que casare, dize que no puede dar en arras mas de fasta el diezmo de lo que ouiere. Pero es à saber, que si ante que el casamiento sea fecho por palabras de presente le venda a ella, o a otro de sus bienes: maguer mas sean del diezmo aquellos bienes, vale la vendida como cada vn hombre puede vender lo suyo, y segũ drecho vale tal compra, y tal vendida.

Lex CCXLVI.

Ad huius legis cognitionem inspiciendi sunt commentatores legis 50.in legibus Taurinis.

Textus CCXLVII.

E N el titulo de los pleytos que deuen valer, o no, en la ley que comiença: Ningun hombre. E si de otra guisa fuere puesta la pena, no vale el pleyto ni la pena. Y esto se entiende quanto en aquello que fue puesto mas del dos tanto. E si otro pleyto de dineros, o de doblo: o si era sobre pleyto qualquier que no fuesse de dineros, mas por el dos tanto, o otro tanto, segun dicho es, valdra el pleyto, y la pena.

SVMMARIVM.

1 *PÆna duplum non egreditur, et quomodo hoc duplum accipiatur, & numer. sequenti.*

3 *De pœna simpli agitur.*

4 *Sul pœna dupli simplũ cõputatur.*

5 *Interpretatur, l. hoc edicto, de publican. & vectiga.*

Lex CCXLVII.

IN TEXTV IBI:

Mas por el dos tanto, ò otro tanto.

Scholium vnicum.

1 SEntentia huius legis est, pœnam duplum egredi nõ posse: ratio autem ea redditur, nam ex maiori sũma fraus præsumitur, quod satis probatur ex l.cum allegas, C. de vsuris, vbi lex contractus non excedit pœnam legitimam, ideoquè ibi quadrupli pœna apposita non valuit, & quia dubium erat, quæ pœna legi-

legitima diceretur, ſtatuit lex noſtra legem, & conditionem non improbatam dici, quando pœna ad duplum tantum extēditur, quanuis & hæc dura viſa fuiſſet Papiniano, vt Vlpianus refert in l.Iulianus,§.ibidem Papinianus,ff. de actio.empti, ſed æqua Iuſtiniano in l.1. C.de actio.empti,ibi: *Hoc quod intereſt, dupli quantitatem minime excedere:* & Rurſus,ibi: *Cum ſciamus eſſe natura congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competēti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine cōcluſa ſtatuūtur.* Vltimo
2 animaduerti debet, hanc dupli actionem ad pœnæ perſecutionē pertinere, vltra ipſius rei perſecutionem, & ideo inquit lex:
3 *Mas por el dos tanto:* alia verò pœna eſt ad ſimplum, & ita intelliguntur verba illa: *O otro tanto*, exemplo tex.in l.1. de publicanis,ibi: *Si id reſtitutum non erit in duplum, aut ſi poſt annum in ſimplum iudicium dabo*, ſenſus ergo noſtræ legis eſt, vt minor dupli pœna in conuentione apponi queat duplum vero egredi non poſsit, licet maior pœna à contrahentibus præfixa ſit, hoc verò duplum accipiatur, abſquè ſimpli ſupputatione, iuxta tex.in §.vltimo de obliga. quæ ex delicto, ibi: *Nam ipſius rei perſecutionē extrinſecus habet dominus, &c.* Hæc-
4 què noſtræ legis deciſio neceſſaria admodū fuit, alioquin enim ſub pœna dupli, ſimplum computabitur, iuxta egregiam deciſionem tex.in l.hoc edicto,§. vltimo,ff.de publican. & vectigalibus, *Quærentibus autem nobis*, in-
5 quit lex, *vtrum duplum totum pœna ſit, & præterea rei ſit perſecutio, an in duplo ſit, & rei perſecutio, vt pœna ſimpli ſit, magis placuit vt res in duplo ſit*, de qua re inſpiciēd' omnino eſt Bar.in l.ſanctio legum, ex num.6.ff.de pœnis, & quia in interpretatione legū pœnæ molliendæ ſunt, potius quam aſperādæ, l.interpretatione.42.ff.de pœn. cautè expreſsit lex noſtra, quomodo pœna dupli accipienda eſſet, videlicet, ne ſimplum ſub eo intelligeretur, ad cuius cognitionem iudico prolixiori commentario non eſſe opus, hæc tamen non abs re congeſta ſunt.

Textus CCXLVIII.

E*N la ley què comiença. Quien por deuda, que es en el titulo de las deudas, dize. O ſi por ſi hazer no lo quiſiere, o no pudiere, aya derecho por los Alcaldes: y por eſto no pierda ninguna coſa de ſu derecho, dc como fue pueſto entre ellos. Y es a ſaber, ſi el que ha de auer el deudo haze emplatar a ſu deudor, deſpues no ſe puede tornar à la poſtura que ſe pudieſſe por ſi entregar: mas maguer ſe querella al Alcalde ante del emplazamiento, poder ſe ya entregar por la poſtura.*

Lex CCXLVIII.

IN TEXTV IBI: *De como fuere puesto entre ellos.*

Scholium Vnicum.

AIt lex hæc valere pactum inter debitorem, & creditorem de ingredienda re, propria authoritate, si debitum intra diem diffinitam solutum non fuerit, quod antea decisum fuerat in l.2.titul.20.libr.3.fori, quam interpretando lex nostra asserit, creditorem, qui reum cõuenit, & in iudicium accersiuit pœnitere non posse, & propria authoritate ingrediendi iure vti, si lis, scilicet contestata sit, & cum latè de prædicto ingrediendi pacto egerim, in l.4.superius hic non transcribo.

Textus CCXLIX.

OTrosi es a saber, que si el que ha de hazer la jura la refierta, diziendo a la parte, que el toma la jura en confundiendo lo q̃ el dize à hõbre, sino a vos, que por esto es caydo, y es vencido del pleyto.

SVMMARIVM.

1 *DElator iuramenti, illud recusare non potest.*

2 *Triplex iuramentum est.*

3 *Iudicialis iuramenti vis est, vt is cui refertur recusare non possit, sub pœna amissionis litis.*

Lex CCXLIX.

IN TEXTV IBI: *Que si el que ha de hazer la jura la refierta.*

Scholium vnicum.

1 SEntentia huius legis est, iuramenti delatorem nullatenus illud recusare posse, etsi recusauerit, condemnandum esse.

2 Ad cuius vulgatissimæ sententiæ cognitionem sciendum est, triplex esse iuramentum, voluntarium nempe, necessarium, & iudiciale: de voluntario inspiciẽdus est text. in l. ius iurandum, quod ex conuentione, ff. de iure iur. de necessario caput vltimũ de iure iurando, de iudiciali lex generaliter, §. sed iuramento, C. de rebus credit. quę tria iuramẽta congessit, l.2.tit,11.p.3. lex ergo nostra nõ agit de voluntario,
3 nec necessario, sed de iudiciali tãtum iuramento, cuius vis est, vt is cui refertur recusare non possit, alioquin enim litem amittit, iuxta tex. in d. §. sed iuramento, vers. necessitate, & prædictam legem partitæ ad finẽ, decidit itaque lex nostra illud, quod à vetustioribus legibus decisum erat nullum itaque alium commentarium exposcit.

Textus

Textus C C L.

OTroſi es â ſaber, que ſi alguno arrendo de otro, digamos cien ouejas, o eſquilmos dellas, por cinco años por quantia cierta cada año: y deſpues eſte ſeñor de las ouejas, teniendo ya ſus cien ouejas, y ſeyendo ya pagado dellas, demãdo a eſte que las arrendo la quantia de la renta deſtos cinco años, y el que las tomo a renta, dize que no las tomo, ſino por tres años, y el ſeñor dize que las tuuo, y eſquilmo todos los cinco años, y que no le dio, ni le pago las ſus cien ouejas, ſino de q̃ fueron los cinco años cumplidos: eſte demandado q̃ arrendo para ſer quito de la demanda que le hizo el ſeñor del ganado de la rẽta de todos los cinco años, ha de prouar como le pago, y le dio las ouejas a los tres años. E otroſi, que le pago la renta de los tres años.

Lex C C L.

Commentario non indiget lex hæc.

Textus C C L I.

SI el Alcalde del dia que juzga ſobre la principal demanda, ſino condena a la parte en los fructos, y eſquilmos de la coſa ſobre que juzga ſi puede deſpues juzgar en los eſquilmos: es â ſaber que no, y ſi la parte los demando, y el Alcalde no los juzgo, pecharlo ha el Alcalde: y ſino los demanda perder ſe los ha la parte: y eſſo miſmo es en las coſtas.

SVMMARIVM.

1 IVdex apud quem, res cum fructibus petita fuit, ſi fructus ommiſſerit, an de eis iudicare poſſit.

2 Officium iudicis eius ſententia extinctum eſt.

3 Quando fructus officio iudicis debentur eis ommiſſis, in ſententia amplius de eis non iudicatur.

4 Si a parte fructus petantur duæ actiones ſunt, duoque capita alterum de re, aliud de fructibus ſpecialis, itaq̃ determinatio de vno quoque deſideratur.

5 De vna quaq̃ re, de qua iudex cognouit, de ea pronuntiare debet.

6 Declaratur deciſio pedemontana Theſauri 135.

7 In remedio tenutæ, ſi primogenium cum fructibus petitũ ſit, et ſupræ premus Senatus fructus õmiſſerit an peti poſſint, apud eoſdẽ iudices

8 An in remedio tenutæ fructus veniant.

9 Septẽ conſiderationes adnotantur, ad hoc vt fructus non veniant in tenuta.

10 Verius eſt fructus nõ venire in tenutæ remedio, ex legis expreſſione, cum ſolum quoad cognitionem de poſſeſſione tractetur, apud ſupremũ Senatũ in omnibus vero alijs ſimplex remediũ tenutæ eſt.

11 Inter effectus tenutæ fructus, non annumerantur.

12 Fructus non ſunt pars maioratus, ſed quid diſtinctum ab eo.

13 In adicto diui Adriani, & eius remedio poſſeſſorio nõ veniũt fructus.

14 *In petitio e hæreditatis de fructibus tractatur.*
15 *Per tenutã, & edictũ diui Adriani consequimur corporalia tãtum.*
16 *Ad consequendam tenutam remediũ adipiscendæ, & retinẽdæ intentatur, & quid de recuperãda*
17 *Longe verius est alijs septem considerationibus fructus venire in tenutæ remedio.*
18 *Fructus secundum iuris regulas pertinent ad legitimum possessorẽ*
19 *In interdictis possessorijs veniunt fructus, ex l. in interdictis, ff. de interdictis, quæ interpretatur.*
20 *In primogenijs succeditur titulo vniuersali.*
21 *In iuditio vniuersali veniunt fructus.*
22 *Sine fructibus non est remedium possessorium.*
23 *Sine actu apprehensionis transfertur possessio, ex l. 45. Tauri, etiam si à tertio hæc possessio occupata sit.*
24 *Duo non possunt in solidum possidere eandem rem.*
25 *In primogenijs non potest dari vacans possessio.*
26 *Possessio, quam lex transfert, an sit eadem cum illa, quam vltimus possessor habebat.*
27 *Tenutæ interdictum possessorium est, & ex necessaria consequentia, cum fructibus.*
28 *Casus ommissus remanet in iuris dispositione.*
29 *Alienare prohibitus fructus vendere potest.*
30 *Ædictum diui Adriani, in quo differat, à remedio tenutæ.*
31 *Hæreditas iacens non possidet.*
32 *Non datur hæreditas iacens suo hærede relicto.*
33 *Agenti interdicto possessionis nõ obstat exceptio proprietatis.*
34 *Ex ædicto diui Adriani, iura etiam incorporalia consequuntur.*
35 *Possessionis trãslatio, ex l. 45. nedum in possessione rerum corporalium, sed etiam in iurium incorporalium, quasi possessione procedit.*
36 *Adipiscendæ retinendæ, & recuperandæ remedia cumulare maioratus successor potest.*
37 *Si à supremo Senatu ommissi fructus sint iterum, de eis iudicare potest.*
38 *Quando lex transfert possessionẽ declaratio iudicis necessaria non est, quoad possessionem, fructus, & alios possessorios effectus, sed solum quoad cognitionem personæ, in quam transfertur.*
39 *In Vniuersalibus sententia lata, super re, facit ius quoad fructus.*
40 *Remedium possessorium legis taurinæ mixtam habet proprietatem*
41 *Omnis causa possessionis, cum fructibus à die mortis vltimi possessoris in suppremo Senatu finiri debet.*
42 *In primogeniorum successione, a iudice fructus supplentur licet à partibus petiti non sint.*

Lex

Lex CCLI.

IN TEXTV IBI: *Sino condena à la parte en los frutos.*

Scholium Vnicum.

1 Sententia huius legis eſt, iudicem apud quẽ res, cum fructibus petita fuit, ſi fructus ommiſſerit amplius de eis iudicare non poſſe.

2 Ratio huius ſententiæ, ea reddi poteſt, nam offitium iudicis eius ſententia extinctum eſt, amplius itaquè iudicare nequit, l. 4. C. de poſ. glo. in l. 3. §. ſi rem, verſic. fortaſsis de legat. 3. glo. vltima, in l. non ſolum, verſ. oportere, de rei vindicatione, gloſ. in l. 1. verſi. circa, de re iudicata, Iaſſon. in §. actionum de action. nu mer. 52. Sed ſanè determinatio,
3 hæc ex communi omnium placito locum habet, quando fructus offitio iudicis debētur, quaſi tunc eis ommiſsis, iterum iudicare magiſtratus non valeat, cum offitio ſit functus, quod manifeſte indicat prędicta lex 4. ibi, *Non enim duæ ſunt actiones alia ſortis alia vſurarum, ſed vna exqua, condemnatione facta, iterata actio rei iudicatæ exceptione repellitur*, difficilis, itaquè redditur noſtri textus ſententia quippecum, lex noſtra de fructibus debitis, ex ipſa actione, & non offiti o iudicis loquatur, vt oſtendunt verba illa,
4 *E ſi la parte los demandò*, difficultas autem in eo eſt: nam quando à parte fructus petūtur, duæ actiones ſunt altera, de re, alia vero de fructibus, ſpecialis itaquè determinatio deſideratur, de vnaquaquè, vt ex dicta lege quarta, ſatis demonſtratur, glo. & Doctorib. in lege prima, C, ſi aduerſus rem indicatam, docet Menochius de adipiſcenda remedio quarto, numer. 872. Cæſar contardus in l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſione, prima limitatione, nume. 24. ſuccedit, itaquè vulgaris re-
5 gula, vt de vna quaquè re iudex, cognouit, de ea pronuntiet, noſtræ itaquè legis deciſio prædictis iuribus rępugnare videtur.
6 Animaduerto tamen deciſionẽ noſtri textus confirmari, ex deciſione pedemontana, Theſauri 135. numer. 2. vbi in caſus contingentīa peritum prædium fuit, cum fructibus, & iudex condem̄nauit, ad prædij reſtitutionem, & de fructibus, nihil dixit, cenſuitquè Senatus fructus non deberi, nec peti poſſe noua actione, apud eundem iudicem, motus autem Senatus fuit, quia grauatus, in hoc appellare potuit, & nulla alia ratio, ab ipſo Theſauro redditur,
7 Exqua ratione infertur in remedio tenutæ, ſi primogenium, & eius poſſeſsionis trāslatio petita, cum fructibus ſit, ex legum

Tauri, & partitæ decisionibus, & supre mus Senatus fructus om misserit peti fructus, apud ipsos met iudices posse, cum ab hac sententia appellari, quoad possessionem, ex noua sanctione, nequeat, Thesauri itaq; ratio hoc
8 casu cessat, huius tamen quęstionis resolutio, ab ea pendet an in remedio tenutæ, fructus veniāt, nec ne.

9 In qua quæstione defendi, sane potest in remedio tenutæ fructus non venire, ex sequentibus considerationibus.

10 Prima, quia quanuis, ex lege decima, titulo septimo, libro quinto, nouæ cōpilationis, hoc iudicium, de quo agimus sit veræ possessionis, non autem solū tenutæ, sicut antea erat, in omnibus verbo alijs eiusdem naturæ remanet, vt ex prædicta lege 10. colligitur de fructibus, itaq; tractari nequit, sed prædictum iudicium cum propietate remmittendum est, ad regia prætoria, vbi quoad propietatem cognoscitur.

11 Secūda, quia prædicta l. 10. adscribit effectus prædictæ tenutæ, & tamen de fructibus mentionem non facit, quasi hi peti non possint, & si petantur condemnatio, vel absolutio in eis fieri, nequeat, vt ex dict. l. 10. videtur sentire Molina lib. 3. cap. 13. numer. 69.

12 Tertia, nam fructus nō sunt, pars maioratus (ad hoc, vt in tenuta veniant, licet iā vera possessio tenuta sit, ex legibus recētioribus, sed quid distinctum ab eo, Palacios Rubeos in repetitio ne rubricę, §. 62. numer. 10. vers. *Vnde fructus*, doctissimus Antonius Gomezius in l. 40. Tauri, numer. 64. Gregorius Lopez in l. 26. titul. 11. part. 4. glo. 3. in fine, Mařienço in l. 5. tit. 9. lib. 5. glo. 5. Mieres 3. part. quæstion. 9. numer. 24. Antonius capit de inuestitura feudorum. §. fæudorum fructus in principio.

13 Quarta, quia in ædicto diui Adriani, & eius remedio possessorio, non veniunt fructus, cum tantum detur possessio eorum bonorum, quæ defunctus possedit tempore mortis, fructus tamen, post mortem percepti, nullatenus dici potest testatoris fuisse Speculator titul. de testamentis, §. sequitur, numer. 38. versic. *Sed nunquid accessiones*, Alexand. cons. 184. numer. 9. lib. 5.

14 Quinto, quia quanuis in hoc remedio possessorio, fructus possessori non addicantur, eos non ammittit, cum petitione hæreditatis consequi queat, l. item veniunt, §. non solum, ff. de petitione hæreditatis, l. si post mortem. §. fructibus, C. eodem.

15 Sexta, quia per tenutā, & ædictum diui Adriani cōsequimur corporalia, tantum, hæc si quidem sola posidentur, fructus ergo

go collecti, & ſeparati à ſolo cō ſumpti, & non extātes, quid cor porale dici nequeunt, vt ex remedio tenutæ comperant, vt do cet Accurſius in dict. l. fin. C. de
16 edicto Diui Adriani, verbo, *Legitime*, in parte, *Item a petitione*. 7. quia quanuis ad conſequendam actualem tenutā bonorum maioratus interdictum adipiſcendæ intentari ſoleat, item & retinendæ, vt docuit Ioannes Faber in §. retinendæ, inſt. de interdictis, Guillermus Benedictus in cap. Rainutius, verbo, *Mortuo itaquè teſtatore*, in ſecundo, num. 72. remedium tamen recuperandæ hæredi competere, quando poſt defuncti mortem alius occupauit poſſeſsionem, & fructus eius multi negant relati à Tiraquelo in tractatu, *Le mort*. 6. par. 4. declaratione, numer. 8. & ab Anton. Gabriele de acquirenda poſſeſsione, concluſione ſeptima, numer. 1.

17 Ego tamen longe verius puto fructus venire in tenutæ remedio, ex ſequentibus.

18 Primo, quia fructus ſecundū iuris regulas pertinent ad legitimum poſſeſſorē, prætextu, què veræ poſſeſsionis competunt, c. conſultationibus, de iure patro. & §. ſiquis à non Domino, de rerum diuiſione, l. in litibus, C. de agricolis, & cenſitis, lib. 11. l. Pōponius, ff. quibus modis vſusfructus amittitur, vbi Doctores, latè tractant, Accurſius in l. 3. §. ex contrario, verbo, *Ex contrario*, verſ. item quilibet, de acquirenda poſſeſsione, & in l. ſi ego, §. partus, verbo, *Poſſeſſus*, de pub. in rem action. docte, Menochius de retinend. remedio 3. nu. 564.

19 Secūdo, quia in interdictis poſſeſſorijs veniūt fructus, l. interdictis, ff. de interd. præcipuè in interdicto tenutæ, quod eſt fauorabile, introductūquè, vt primogeniorum ſucceſſores facilius ius, ſuum conſequantur, quam ex interdictis ordinarijs conſequi poterant, ideo ex noua ſanctione de tenutis ædita, cauſa, vnica finitur ſententia, quod non ita obſeruatur in alijs interdictis poſſeſſorijs, c. cum ad ſedem, de reſtitutione ſpoliatorum, clemētina vnica, de cauſ. poſſeſsionis, & prop. in hoc itaquè fauorabili remedio negare, quod in alijs poſſeſſorijs remedijs, quæ minorem fauorem habent introductum eſt, iuri admodum repugnaret, & deciſioni, tex. in l. quod fauore, C. de leg.

20 Tertio, quia in primogenijs ſuccceditur tit. vniuerſali, nō verò ſpeciali, egregie Molin. lib. 1. de
21 primogen. cap. 26. numer. 20. & fructus ſunt ipſius vniuerſi pars, ita vt ſi fructus in hac ſucceſsione non veniant, vniuerſale ius dici non poſsit, vt in indiuiduo docet Bart. in Rubrica, ſoluto matrimonio, num. 18. Paulus

lus in l. si post motam, num. 3. & 4. C. de petitione hæredit. Baldus in cap. significauit, de rescriptis, num. 4. & docet expresse Cōsultus in l. item veniūt. 22. §. fructus, de petitione hæreditatis, ibi: *Fructus autem omnes hæreditatē augent, siue ante aditam hæreditatem, siue post accesserint*, idem quod probatur in l. quę dicitur, de expēsis in rebus dotalibus factis, & in l. peculium. 41. ff. de peculio, Bart. & Angelus in l. ex diuerso §. vbi autē, de rei vendicatione, Abb. in cap. graui, de restitutione spoliatorum, Peregrinus de fideicom. articul. 49. nume. 148. vers. 8. conclusio.

22 Quarto, quia antiquis temporibus remedium hoc pro cōsequenda actuali tenuta, tantum concessum fuit, hodie verbo iam remedium possessorium effectū est, ex l. 10. titul. 7. lib. 5. nouæ cōpilationis, vbi in hoc iudicio sūmario, etiam de possessione cognoscitur solaquè propietatis causa ad regios conuētus remittitur, fructus itaquè & possessoria emolumenta in hoc interdicto negare non possumus, sine fructibus enim non esset remedium possessorium, vt supra ostendi.

23 Quinto, quia ex l. 45. Tauri, ciuilis, & naturalis possessio transfertur in maioratus successorē, sine vllo actu apprehēsionis, etiā si ab alio occupata possessio fuerit, quod antea decisum fuit per legem. 7. titul. 4. part. 5. quam expendit Gregor. ibi, verbo, *Possession*, Molin. lib. 3. cap. 12. numer. 4 & probat textus in cap. cōtingit, de dolo, & contum. & latè tractat Antonius Gabriel de fideicom. conclus. 9. si igitur successor cum fructibus non succederet, innutilis possessio esset, lex quę esset imposita verbis, & non rebus, contra tex. in l. 2. C. commun. de legatis, præcipuè, cum

24 prædictus tertius non posideat ciuiliter, nec naturaliter, cum duo non possint vnam ac eandē rem in solidum possidere, & ille à quo occupata possessio est, tantum habeat nudam detentationem, ideoquè lucrari fructus nō possit, vt singulariter notat Gometius in dict. l. 45. num. 117.

25 Sexto, nam ciuilis & naturalis possessio, quæ ex legis Taurinæ decisione transfertur, statim mortuo vltimo possessore, in sequentem successorem continuatur, ita vt dici nequeat, etiā per momentum hanc possessionem vacare, glossa ordinaria in l. cum hæreditas, verbo, *Successeritis, C*, depositi, quam refert, & sequitur Molina lib. 3. cap. 12. numer. 20. Si ergo suptemus Senatus pronunciet, sine fructibus possessionem translatam fuisse, non diceremus continuatā fuisse possessionem, minus itaquè ius in successorem trāsferret senatus

natus,quam ab ipſa lege transla tum eſt,cõtra ipſius diſpoſitionem,& deciſionem textus in l.ſi ſorori,C.de iure deliberandi.

26 Septimo, quia hæc poſſeſſio non eſt noua,nec diuerſa,ſed eadem in ſubſtantia,& qualitate cum illa, quam vltimus poſſeſſor primogenij habebat,l. legatum,de adimendis legatis.Bald. in authentica defuncto, Cod.ad Tertulian. num.6. Tiraquelus plures allegans in tract. le mort 5.p.declaratione.1.nu.7.licet nõ ignorẽ,pleriſq; placuiſſe diuerſam poſſeſsionẽ eſſe,quoad ſubſtantiam,omnes tamen fatẽtur, quoad qualitatem habitualem, vnam & eandem poſſeſsionem eſſe,iuxta Baldi declarationem, de contentione inter maſcul.& fœmin.nu.1.doctiſsimi, & vigilantiſsimi Gometij in d.l.45.numer.114.Molin.lib.3. cap.12. nu. 22.Si ergo eadem poſſeſsio eſt, fructus, qui ſpectabant ad vltimum poſſeſſorem, ijdem pertinent ad nouum ſucceſſorem, l. ſi adimendo,ff.de adimendis legatis.

27 Nec obſtant ſuperiores conſiderationes,quibus ex ſequentibus ſatis fit.Primæ ergo conſiderationi reſpondetur ex l. 10. tit.7.lib.5.nouæ compilationis, hoc iudicium, de quo agimus veræ poſſeſsionis eſſe, & quãuis in omnibus alijs remedio antiquo tenutæ cõparetur, & eiuſdem naturæ maneat:non tamẽ inde ſequitur fructus in hoc interdicto non venire, ſicut iure veteri in tenuta non veniebant: nam poſtquam interdictum poſſeſſorium eſt, cum fructibus ex neceſſaria conſequentia accipere debemus,l in interdictis,ff.de interdictis.

28 Et parum vrget ſecunda conſideratio ex prædicta l. 10. quæ inter effectus tenutæ, de fructibus mentionem non facit, quaſi in hoc iudicio peti non poſsint, nec opinio Molinæ,quam retulimus.Prædictus enim diligentiſsimus author, hæſitauit omni ratione deſtitutus,dicta enim lex.10. non enumerat tenutæ, & poſſeſsionis effectus,ſolum enim perſcribit formam,quæ ſeruari debet in lite, & cauſa,tenutæ,& in quo diferat à iure veteri,innouando ſcilicet, vt in hoc iudicio ſummario,etiam depoſſeſsione cognoſcatur,ſolaq; pro pietatis cauſa ad regios conuentus remittatur, ad quos videlicet antiquitus,quoad poſſeſsionem,& propietatẽ cauſa remittebatur, cũ pro ſola tenuta hoc iudicium à principio cõceſſum fuiſſet,vt idem Molina conſiderauit in principio,d.c.13. & nu. 64.Rurſus,quia quãuis ſine præiudicio veritatis fateremur nõnullos effectus, ennumeratos fuiſſe in principio.d.l.10. & fructus fuiſſent ommiſsi caſus õmiſ-

missus remaneret in dispositione iuris, vulgaris l. commodissimè, de liber. & posth. alias enim induceretur correctio legum, per sub auditos intellectus contra glossam in cap. cupientes, §. quid si per viginti de electione in 6. l. præcipimus in fine, vbi Accurs. schol. vltimo, & ibi Doctores, Cod. de appellationibus,

29 Rursus nihil ob est. 3. consideratio, in qua diximus fructus non esse partē maioratus, illud enim dicitur prætextu alienationis, videlicet, vt alienare prohibitus fructus vendere, donare, & cedere, queat, & pro debitis possessoris executio in fructib' fieri possit, l. in ædibus, §. ex rebus, ff. de donationibus, tradit Bald. in c. i. §. donare, qualiter olim feu. alien. pot. & in auth. ei qui, C. de bonis, auth. iudicis posidendis.

30 Nec obstat. 4. consideratio, in qua docuimus in ædicto Diui Adriani, & eius remedio possessorio fructus non venire, distat enim hoc remedium, à remedio tenutæ discrimēquè, in hoc versatur in ędicto enim Diui Adriani ea ratione fructus nō veniūt, si ab alio percepti fuerunt, fructus enim ratione veræ possessionis acquirūtur, §. si quis à nō domino, de rerū diuisione possessioquè sine apprehensione non transfertur, l. cum hæredes, de acquirenda possessione, nec hæreditas iacens posidet, l. i. §. Scæbola, si quis testamēto liber esse iusus fuerit, itaquè cum hæreditas possessionē non habeat? Rursus nequè hæres ante quam aprehendat? fructus venire non potuerunt in hoc ædicto, cum tātum competat, pro his bonis, quæ defunctus posedit tempore mortis, at in primogenijs possessio transfertur, ex prædicta l. 45. sine vlla apprehensione, continuaturquè in successorem, ita vt nullum tempus medium considerari posit, inter mortem vltimi possessoris, & possessionis

32 traslationem. Sicur dicimus in hæreditate, quæ non potest dici iacens, quando quis decedit suo hærede relicto, cum non detur medium inter obitum defuncti, & existentiam sui hæredis, cum statim ipso iure continuetur dominium bonorum patris, in ipsum filium, etiam ignorātē, iuxta doctrinam Bald. in l. apud Hostes. C. de suis, & legitimis hæredibus, num. 6. vers. sed circa prędicta, Romani, in l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, ff. ad 5. c. Trebel. Socini in l. si filius qui patri de trāsmisione hæreditatis Cornei in l. 3. C. de iure delib. num. 104. Decij in l. qui se patri in principio, C. vnde liberi, & prædictam continuationem in primogenijs agnouit, Molina lib. 3. cap. 13, num. 21. & 24. ex quo sequitur tertiū fructus percipere non potuisse, post mortē vlti-

vltimi poſſeſſoris, cum poſſeſsio, & eius emolumentum tranſlata ſit in ſucceſſorem, fructus itaquè ex his rationibus in hoc iudicio veniunt, licet in ædicto Diui Adriani non veniant, ex defectu continuationis poſſeſsionis, vt ſic intelligatur Ciceronis locus in epiſtolis familiaribus, lib. 7. epiſtola. 122. In qua ita ſcriptũ eſt: *Illuſeras heri inter ſciphos, quòd dixeram controuerſiam eſſe poſſet, an hæres, quod furtum antea factum eſſet, rectè furti agere, itaquè, & ſi domum bene potus ſeroquè redieram, tamen id caput, vbi hac cõtrouerſia eſt notaui, & deſcriptum tibi miſi, vt ſcires, id quod tu neminem ſenſiſſe dicebas. Sex. Ælium, M. Manilium, M: Brutum ſenſiſſe, ego tamen Sceuolæ, & Teſtæ aſſentior.* Ex quibus ſane verbis, ſi rectè percipiãtur, ſatis prædicta opinio confirmatur, ad quorum cognitionem animaduertere debemus, Trebatium Ciceronẽ interrogaſſe, poſſet ne hæres crimen furti intendere pro re ſubtracta hæreditate iacente, ante eius aditionem, cui reſpondẽs Cicero ait, de hac re diſcrimen conſtitui inter Iuriſconſultos, quem Trebatius irridet, ſentiens nullam controuerſiam eſſe, cum notiſsimũ ſit iuris principium hæreditati iacenti furtum fieri non poſſe: ratio autem petenda eſt à Sceuola in l. 1. §. Sceuola, ff. ſi quis teſtamẽto liber eſſe iuſſus fuerit, vbi inquit ea ratione hæreditati furtum non fieri: actionem itaquè furtiuam hęredi ante aditionẽ, & apprehenſionem poſſeſsionis non competere, quia furtum nõ fit, niſi illius rei, quæ ab aliquo poſſeſſa ſit, at hæreditas non poſſidet? nec rurſus hæres ante apprehenſionem poſſeſsionis, hæreditas itaquè cum careat poſſeſſione, quæ facti, & animi eſt, non potuit eam in hæredem transfundere hæres: ergo antequam apprehendat poſſeſsionem non habet? & ideo actio furtiua non datur: nã ſi nullus ſit poſſeſſor, furtum fieri nequit, Cicero autem huius opinionis fuiſſe Sceuolam, & Teſtam Iuriſcõſultos teſtatur, quam & ipſe tanquam veriorem amplectitur, negat tamen alios contrariam non ſenſiſſe, vt ipſe Trebatius fuerat arbitratus, cum Ælius Manilius, & Brutus contra putauerint exiſtimantes, furti crimen intendere hæredem poſſe, pro re ſubtracta iacente hæreditate. Sceuolæquè, & Teſtæ opinionem, quàm Cicero refert, Vlpianus, & alij Iuriſconſulti in pleriſquè iuris capitibus admittunt, vt cernere licet ex d. l. 1. §. Sceuola, ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe iuſſus, l. 2. & l. ſi rem hæreditariam, ff. de crimine expil. hæred. l. in eo quod 33. ff. de acquir. rerum dominio, l. 1. ff. rerum ammotarũ, l. hæreditariæ, ff. de furtis, l. ſi homo,

mo, ff. de vsucap. & alibi sæpe, nec scio in toto ciuili corpore, vllam esse legem (quam ego viderim) illius opinionis, quã Cicero narrat Sex. Ælium, & alios Iurisconsultos tenuisse, quæ omnia non in eleganter, neque inutiliter congesta sunt ad cognitionem diuersitatis inter possessionem, quæ acquiritur ex ædicto Diui Adriani, & ea quæ ex legibus Tauri, & partitæ, in primogenij successorem transfertur, illa enim hæredi competit, postquam adierit, & tunc possessione aprehensa, fructus in hoc ædicto, & interdicto, quod ex eo resultat venient, fructus itaquè antea percepti, in hoc iudicio non veniunt, cum ratione veræ possessionis acquirãtur, quæ defecit in persona hæredis, nisi adeat, & eam aprehendat, sola enim aditio non sufficit. Hęc verò successori primogenij competit, cum mortuo possessore, ex legibus Regijs, in eũ transferatur omnis possessio naturalis, & ciuilis, sine actu apprehẽsionis, ita vt vacans momento possessio non sit, cum fructus itaquè eius ratione obueniant, in tenuta veniunt, illiusquè efficiuntur, qui declaratus successor fuit, etiam si ab alio essent percepti, à quo aufert maioratus possessor, cum ille, qui perceperit, possessionem non habuerit, & sine ea fructus suos non fecerit, nec obstat, etiam si apprehenderit, nulla enim possessio est, intrusioq; dicetur: nam cũ trãslata esset in successorem, alius posidere nõ potuit, cum duo in solidum possidere nequeant dominiũ enim & possessio pœnes duos non cõsistunt, l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. commodati, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquirenda possessione, trãslatio itaquè possessionis legis Tauri, & partitæ ministerio, solum attenditur, & consideratur, possessio enim inter media, per quęcunquè apprehensa nullius momẽti est, vt explicat Couarr. lib. 3. variarum, c. 5. num. 6. vers. & in hac, *Specie*, Decius cõs. 84. vers. *Et vlterius*, Ias. cons. 146. nu. 5. vol. 4. omnis itaq; apprehensa possessio aduersus legum Regiarum decisionem ad non possessionem reducitur, & ideo fructus à posidente, percipi non possunt, vt aliàs dixit Iurisconsultus in l. filio, §. contra tabulas, ff. de inofficios. testamento, ibi: *Possessio, quam pater accepit, ad irritũ recidit*, & sensit Baldus in cons. 454. cuius initiũ est, *Quidam Ioannes*, num. 2. & 3. lib. 1. quippequi ait, si statuto caueatur (sicut in lege Tauri deciditur,) vt possessio transferatur, sine actu apprehensionis, hoc casu fructus, in hoc iudicio venire cum alius non potuerit percipere, nec posidere, vt verbis illis satis demonstrat: *Considerá etiã, quod*

cum

cum ſtatutum faciat hæredem immediate impoſsibile eſt,quod ſoror in poſſeſsione concurrat, quia factum legis potentius eſt facto hominis,& magis immediate operatur, & docet Fulgoſius conſ.230.nu.4. Nicolaus Belonus conſ.35.num.8. Benedictus in cap. Rainutius, verbo, *Mortuo itaquè teſtatore*, in ſecundo, numer.72.

Nec ad rem facit, quinta conſideratio: nam licet in proprietatis lite hi fructus peti poſsint, ex iuribus adductis, damnum tamen & incommodum ſucceſſoris ſequeretur, ſi fructuum cognitio differretur, tum quia huius interdicti ſunt, vt ſuperius
33 docui. Tum etiam, quia agenti interdicto poſſeſsionis non obſtat exceptio proprietatis, vt ex multis docet Tiraquelus in dict. tractat.6.part.quinta declaratione, num.8.

34 Non vrget, & 6. conſideratio differt, enim edictũ Diui Adriani, à remedio tenutæ, vt ſuprà moſtraui. Rurſus, quia & verior opinio eſt, per prædictam Diui Adriani conſtitutionem, iura etiam incorporalia conſequi, vt videre eſt ex Viglio in l.fin.C.de edicto Diui Adriani, num.53. illud tamen abſquè controuerſia eſt, poſſeſsionis tranſlationem,
35 ex d.l.45. Nedum in poſſeſsione rerum corporalium, ſed etiam iniurium in corporalium, quaſi poſſeſsione procedere, ac locum habere, vt pluribus relatis agnoſcet Molina lib.3.cap.12.nu.23.

36 Nec vltimo obſtat, ſeptima conſideratio, cùm receptius ſit, poſſe maioratus ſucceſſorem adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ, remedia cumulare, vt plenè tractat Molin. innumeros recenſens, in dict. cap.13.nu.7.

37 Cum ex ſupradictis, ergo ſatis demonſtretur, in hoc remedio tenutæ de fructibus petitis iudicandum eſſe? puto ſi à ſupremo Senatu ommiſsi ſint, de eis cognoſcere poſſe, & ſententiam proferre debere, nec ad regios conuentus, cum propietate tacite, nec expreſſe, remittere poſſe.

38 Nec huic cõcluſioni, quæ veriſsima eſt obſtat noſtræ legis deciſio, quæ contrarium diſponit, loquitur enim in dominio, & proprietate, petitorioquè iudicio, vltimaquè ſententia, & re iudicata, vt innuunt illa verba: *Y el Alcalde no los juzgo, pecharlos ha el Alcalde*. Quæ verba maniſeſtè indicant, nullo alio remedio actori ſuccurſum eſſe, tum etiam, quia deciſio noſtræ legis, lõge diſtat à maioratibus, & primogenijs, & poſſeſsionis trãſlatione legis Taurinę miniſterio, & remedio, in quo cum ipſa lex transferat, declaratio iudicis, & eius ſentẽtia nihil operatur circa poſſeſsionem, fructus, & alios poſſeſſorios effectus, ſed ſolum, quo ad cognitionem perſonæ,

quæ succedere debet, ita vt ex
hac consideratione, ad quam de
bet aduerti, dici nequeat fructus
à iudice ommissos fuisse, nec o-
mitti potuisse, sufficit enim pos-
sessorem declarasse, & personá,
in quam possessio translata fuit,
ad hoc, vt in necessariam conse-
quentiam fructus possessori ad
iudicati censeantur, cum senten
tia lata in his vniuersalibus su-
39 per re faciat ius, quo ad fructus
sine vlla expressione, nec decla-
ratione, ita Bald. & Angelus in
l. ex diuerso, §. vbi autem, de rei
vendicatione, Abb. in cap. graui
de restitutione spoliatorum, Pe-
regrin. de fideicommissis, artic.
49. num. 148. vers. 8. conclusio:
& decisio Pedemontana, supra
relata in principio, & reliqui
Doctores, qui asserunt fructus
ommissos, apud eundem iudicé
peti nó posse in dominio, & rei
propietate loquuntur: ea ratio-
ne moti, quia in appellationis
iudicio peti possunt: hæc tamen
negatur in tenutis, vnica enim
sententia, secundum nouam san
ctionem lis possessionis finitur,
& sic nullus iudex adiri potest,
ad fructuum declarationem, qui
in hoc interdicto possessorio ve
niunt, ex superius traditis, sola
enim propietatis causa, in Rè-
gijs prætorijs tractatur, ea ita-
què, quæ possessoria sunt, hoc
propietatis iudicio non experiũ
tur, lex Papinianus exuli, ff. de
minoribus, & quia quanuis fru-
40 ctus, quid proprietatis esset, hoc
remedium possessorium, de quo
agimus eius naturæ, & qualita-
tis est, vt habeat mixtá causam
41 propietatis, latè Molin. lib. 3. c.
13. num. 9. concluditur, itaquè
omnem causam possessionis, cũ
fructibus à die mortis vltimi
possessoris, in Regio supremo
Senatu terminari, & finiri debe-
re, siue sint apud sequestrũ præ-
dicti fructus, siue, à tertio per-
cepti, siue in sententia possessio-
nis, Senatus de eis iudicauerit,
siue ommiserit: nam ex inter-
uallo potest, & debet pronuntia
re, vel declarare: Rursus prædi-
cta Pedemontana decisio, omni-
no falsa est, in casu etiam, quo lo
quitur, in ea enim frequentius,
itum est sententia, vt supra ad-
notaui, vt eius decisio tantũ ad-
mittatur in fructibus debitis iu
42 dicis officio. Quinimo in pri-
mogeniorum successione intre
pide affirmo, etiam si à possesso-
re fructus petiti non sint, iudicis
officio posse suppleri, siue in ip-
sa senteẽtia possessionis siue post:
prætextu scilicet translationis
possessionis Taurinæ legis, & e-
ius cõtinuationis, sufficiet enim
remedium dictæ legis 45. simpli
citer proponi, ad hoc, vt &
fructus petiti censeantur,
ex anterioribus consi-
derationibus.

(1)

Textus

Textus CCLII. qui vltimus eſt.

Sobre la ley, que es en el titulo de las fuerças que comiença, que por mandado de ſu ſeñor, quier ſea fijo dalgo, quier libre, quier ſieruo, quier franqueado, fiziere algun daño, ò fuerça: no aya pena ninguna, &c. Y eſto ſe entiende ſi el demandado prueua por teſtigos, o por cartas valederas: mas no por cartas ſelladas con ſu ſello, que mueſtra de ſu ſeñor, o que embie ſu ſeñor en que ſe contega que ge lo mando, ſaluo ſi ſon cartas del Rey, o ſi el ſeñor viene ante el Alcalde, y conoce que gelo mando hazer, entonce daran al hazedor por quito, y cumplirã en el ſeñor lo que deue de derecho qual fuere el fecho, o por echamiento de tierra, o por deſechamiento, o en otra manera: mas en tiempo del Rey don Alfonſo librauãlo de otra guiſa, ſi el que faze el mal lo fizo eſtando ſu ſeñor delante, y por ſu mandado à eſte daran por quito, mas ſi el ſeñor no eſtaua delante, libraranlo entonce por el derecho comunal, y conſentia el Rey don Alfonſo, è tenialo por bien.

Lex CCLII.
IN TEXTV IBI:
Eſtando ſu ſeñor delante, è por ſu mandado.

Scholium Vnicum.

Scripſi in lege.57. ſupra cuius ſcholia intueri poſſunt.

Finis huius operis.

INDEX IN SCHOLIA LEGUM STYLI.

A.

alia

Ad-

Aggres-

B.

Banni-

 carce-

Capi

Ci-

parte

D.

De-

rum

E.

F.

Feriæ

I.

L.

Legem

Legatus

stifi-

Medico-

Mino-

Mona-

parte

Mora

N

Nobi-

Nullitas

Pauperi

Pœna

iudex

Q.

Qua-

I 2 Reus

Styli

FINIS.

Nota

Alciatus cons. 48. lib. 6. nu. [illegible] de [illegible] camere

Lancellotus de atten. 2. p. 9. n. 6. [illegible] de gubernatore

Landrio de Inhibitionibus — ubi agit de hijs [illegible] Hispaniae

q. 4.

Como los hombres honrrados suelen traduçir